This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

A 472048 DUPL


1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR

882
S7
S5
17

STRABONIS RERUM GEOGRAPHICARUM LIBRI XVII.

GRAECA AD OPTIMOS CODICES MANUSCRIPTOS RECENSUIT,

VARIETATE LECTIONIS ADNOTATIONIBUSQUE ILLUSTRAVIT,

XYLANDRI VERSIONEM EMENDAVIT

JOANNES PHILIPPUS SIEBENKEES
PROFESSOR ALTORFINUS.

INDE A SEPTIMO LIBRO CONTINUAVIT

CAROLUS HENRICUS TZSCHUCKE,
A. M. SCHOLAE REGIAE MISNENSIS RECTOR ET PROFESSOR PRIMUS, SOCIETATIS LAT. JENENS. SOCIUS.

INDE A TOMO SEPTIMO CURAVIT

FRIDERICUS TRAUG. FRIEDEMANN,
PHIL. D. AA. LL. M. LYC. WITTENBERG. CONRECTOR, SOC. LAT. DUC. JENENS. SOD. HON.

TOMUS SEPTIMUS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXVIII.

IS. CASAUBONI
COMMENTARIUS
IN
STRABONEM

CUM NOTIS INTEGRIS
G. XYLANDRI, F. MORELLII, J. PALMERII
AC SELECTIS
P. MERULAE, J. MEURSII, PH. CLUVERII,
L. HOLSTENII, CL. SALMASII, S. BOCHARTI,
IS. VOSSII, EZ. SPANHEMII, CH. CELLARII,
J. ALMELOVEENII, J. BREQUIGNYI,
D. CORAYI, DUTHEILII, GOSSELLINI,
TH. FALCONERI,
QUIBUS
ACCEDUNT ANIMADVERSIONES
CAROL. HENR. TZSCHUCKII
ALIORUMQUE VIRORUM DOCTORUM.

CONQUISIVIT, DISPOSUIT
ET SPICILEGIUM VARR. LECTT. CODD. MSS. ET EDD.
SUASQUE NOTAS ADDIDIT
FRIDERICUS TRAUG. FRIEDEMANN,
PHIL. D. AA. LL. M. LYC. WITTENBERG. CONRECTOR,
SOC. LAT. DUC. JENENS. SOD. HON.

TOMUS PRIMUS.

LIPSIAE
IN LIBRARIA WEIDMANNIA
MDCCCXVIII.



VIRIS

PERILLUSTRIBUS AC GENEROSISSIMIS

MUNERUM MERITORUMQUE

AMPLITUDINE CONSPICUIS

CAR. SIGISM. FRANC.

L. B. AB ALTENSTEIN,

GEORG. HENRIC. LUDOV.

NICOLOVIO,

JOA. GULIELM. SUEVERN,

POTENTISSIMI REGIS BORUSSIAE

IN GUBERNANDA REPUBLICA

MINISTRO AC CONSILIARIIS INTIMIS

RERUM SCHOLASTICARUM PER TERRAS BORUSSICAS

SUMMIS DIRECTORIBUS

ETC. ETC. ETC.

VENERABUNDUS

D. D. D.

FRIDER. TRAUG. FRIEDEMANN.

Adv. Humanities
Blackwell
9-23-32
349303

VIRI
PERILLUSTRES AC GENEROSISSIMI,

Cur VESTRIS potissimum NOMINIBUS EXCELLENTISSIMIS hanc operam inscribere vellem, etsi justas habui causas in summa auctoritate ac sapientia, qua scholarum studia regitis, excitatis, ornatis, et quam patria non solum gratissime praedicat, sed et exteri magno cum plausu suspiciunt; tamen excusatione egere videor, quod VIRIS TALIBUS TANTISQUE, liberalium artium studio praeclarissime eruditis et assiduo multarum magnarumque rerum usu peritis, hunc librum offero, non tam meae voluntatis libero arbitrio electum, quam potius optimi praeceptoris hortatu et testamento quasi traditum et relictum, inprimisque, quod eum vix dignum habeo nominum meritorumque VESTRORUM splendore. Verumtamen summam de incredibili VESTRA humanitate et benevolentia spem concepi, fore, ut tenue hoc, si non eruditionis, at certe animi gratissimi deditissimique pignus ea, qua soletis, comitate admittatis. Qua fretus rogo VOS, VIRI ORNATISSIMI, ut immaturos hos otii, quo parce et carptim tantummodo frui scholarum magistris occupatissimis contingit, foetus aequi bonique consulere non dedigneminí; neque acrius mihi erit virium contendendarum incitamentum, quam scire, VOBIS non prorsus displicere privata haec studia. Nam quo quis magis, ut ipsi optime nostis, alios docere cupit, eo majore opera niti decet, ut ipse antea doctior fiat.

Idcirco minus recte agere mihi videntur, qui scholarum praeceptores a scriptis publice edendis removere, et angustis lectionum habendarum cancellis includere student, mirum quantum detrimenti scholis inde subnasci putantes. Tantum enim abest, ut umbratiles isti doctores otio utantur vel ad discipulorum vel ad sua ipsorum studia promovenda, ut alia omnia agant, et ad res scholae nonnunquam infestissimas animum operamque convertant. Contra et olim et etiamnunc videmus eos, qui, praeter discipulorum institutionem, qualemcunque litterarum in scholis tractandarum partem pro virili excolunt, doctrinae acquisitae copias discipulis aperire et lectionis studiorumque omnium fructus cum iis lubentissime communicare. Dum igitur isti, scholae satis didicisse sibi visi, artium ingenuarum progressus quotidie factos nihil magnopere curant, et, in hac litterarum luce turpibus tenebris offusi, ultra praeteritae aetatis mediocritatem non sapiunt, adeoque praestantioris ingenii discipulis satis non faciunt: hi, quoniam ad discendum semper sunt pauperes, ad docendum faciunt se ditissimos, et non solum inter discipulos, qui omnium maxime eruditionem in magistris reverentur, summa fruuntur auctoritate, sed etiam, doctrinae lumine longius prolato, scholae afferunt haud parum commendationis. Neque tamen negabo, esse posse viros studiis suis ita intentos, ut officii sui partes minus justo expleant; sed, ut verissime dicitur, usus non tollitur abusu, atque in hac, ut in omni re, media via tutissima. Omnino autem sapientis viri esse reor, non minus otii, quam negotii, rationem reddere.

Sed uberius haec mihi exponere cupienti verendum est, ne accidat, quod Phormioni sophistae, praesente Hannibale de armorum arte verbosius disputanti. Ego vero nolui longioris sermonis ambagibus ostendere, quae VOSMET IPSI, VIRI ILLUSTRISSIMI, quos longe intelligentissimos harum rerum aestumatores veneran-

tur cuncti, multo melius et perspicacius dijudicare potestis: nec magis in eorum numerum virorum doctorum arroganter irruere gestio, quos ipse tanquam exemplum imitatione dignissimum leviter adumbrando proposui; sed modeste tantum, ut decet hominem imbecillitatis suae conscium, indicare, ad quamnam laudem, quantum quidem in me situm est, in his litteris adspirem.

Quae quum ita sint, nihil mihi evenire potest gratius et optatius, quam conatus meos VESTRO favore et judicio levari. Valete, VIRI SUMMI, et Lyceum nostrum, VOBIS auctoribus et suasoribus a REGE liberalium artium AMANTISSIMO clementissime auctum et ornatum, cujusque florem laetissimis *Senatus Amplissimi, Ephorique summe Venerabilis* auspiciis maturare collegae allaborant, VESTRO amore decorare pergite.

Dab. Wittenbergae Ips. Cal. Aug. CIↃIↃCCCXVIII.

AEQUO LECTORI S.

Serius, quam lectores fortasse cum redemtore speraverant, prodit nunc Septimus hic Tomus, cum Tzschuckii morte, tum variis rerum publicarum privatarumque omnium turbis ac commutationibus retardatus. Sed non abienum est, quo facilius intelligatur totius laboris suscepti ratio ac forma, quomodo ad me delata sit operis perficiendi provincia, paucis exponere. Quum B. Tzschuckius corpore, quod multi labores ac curae, morbus etiam gravissimus, quem ipse narravit in praef. ad Strab. T. IV., attriverant, magis magisque gravaretur, oculorum praecipue acies, codicibus frequenter conferendis et libris per totam vitam vel legendis vel scribendis attenuata, hebetior et obtusior facta est, ita, ut non injuria horribilem caecitatem extimescere coepisset. Nam de eo valet illa vox Ciceronis: Quoties illum lux, noctu aliquid scribere ingressum, quoties nox oppressit, cum mane coepisset! Ac vere suam reddiderat in veterum geographia pertractanda, quam Ptolemaeus, summus geographus, secutus est agendi rationem: *προτιμητέον ἔμοιγε πανταχῆ τὸ βέλτιον καὶ ἐπιπονώτερον τοῦ χείρονος καὶ ῥᾴονος.* Ita forte accidit, ut per ferias academiae, quae olim fuit, Wittenbergensis, in qua versabar, praeceptores Afranei Misenensis a. CIↃIↃCCCXII. reviserem, temporisque praeteriti dulcem memoriam eorum alloquio recolerem. Hic salutanti obvius, Desideratissimus, inquit, mihi ades. Ego vero quum hujus desiderii causam rogassem, multis ille cum lacrymis vitae brevitatem artisque longitudinem con-

questus miserum valitudinis statum exposuit et tandem de opera sua studiis antiquitatis impensa ita disseruit, ut, si fors tulisset, Straboni, quam Melae, tot annorum labores dicatos se malle significaret, meque, ut reliquam partem Strabonis curandam susciperem, hortaretur. Ad tale ausum, ut par erat, obstupescens, per jocum dixisse putavi; uti solebat vir facetissimus a summis vitae miseriis redire ad insitam atque innatam animi hilaritatem. Tum ille aegre ferre ac pristina paene praeceptoris gravitate, quam nunquam non reverendam duxi, perstare. Ego contra senectutis naturam loquaciorem et imbecilliorem reputans simulque memor, illum olim mea aliorumque condiscipulorum opera usum fuisse in variis negotiis minoris momenti, quae ad Strabonem studiaque alia facerent, modeste, ut debebam, sed firmiter, tironem non posse dixi succedere in locum veterani. Audi, inquit, et desine renuere. Quo facto operi, quod restaret, partes impositas esse pronunciavit has, ut commentario editionis Almeloveenianae typis repetendo insererentur animadversiones et variae lectiones in schedis suis delitescentes, deinde, ut index rerum Casauboni suae editioni adaptaretur et Lexicon graecitatis conderetur, nondum antea repertum; justissime enim a librario efflagitari operis perficiendi curam quam celerrimam. Quae quum monuisset, finem ille. Ego autem, Quoniam tu, inquam, vis et ita res se habet, ne parum videar aut voluntati tuae obsequens, aut tardus ad altiora molienda, experiar vires spatio sumto ad cogitandum; nam in opere non modo tam gravi, sed etiam tam feliciter abs te post Siebenkeesium continuato, non est facile vestigia legere. Tum ille, Bono animo, inquit, aggredere. Aggrediar itaque, inquam, vel ut te imiter, quem amo, vel ut illud ipsum, quod studia mea omnia antiquitati et humanitati impertio, facere possim ornatius.

Deinde quum ad alia multum sermonem jam con-

tulissemus, egoque valedicturus praeceptori optime de me merenti reliquos vitae dies optassem tranquillos, ille nullam moram interponendam censuit, quin omnia negotii peragendi instrumenta singulatim coram me excuteret mihique transmittenda colligeret. Quonam tunc fuerim animo, vix potest dici. Nam tristissima viri olim alacris, nunc decrepiti, imago mirum in modum me percusserat, et nihil, nisi communis humanae fragilitatis cogitatio, dolorem summum potuit aliquantum sedare. Plura vero de V. B. memoria scripturo mihi otium fecit Weichertus, vir amicissimus, Afranei olim mecum alumnus, nunc professor clarissimus, in praef. ad editionem Pomponii Melae, quam commentario Tzschuckii breviore in usum scholarum utiliter instruxit Lips. 1816. 8. Contrahenda omnino etiam sunt vela, partim ne lectorum abutar patientia, partim ne maximae in magistrum pietati aliquid arrogantiae admiscere videar; ac cogitandum potius de justa excusatione nimiae in suscipiendo opere tam grandi tamque difficili facilitatis, ne dicam temeritatis vitiosaeque ignorationis. Quae quidem haud admodum difficilis est ad inveniendum. Nam in ea, quam duce Lobeckio, philologo eximio, professore nunc Regiomontano, sequebar, studiorum ratione satis habebam adjumenti ad operam demandatam rite perficiendam, praecipue quum omne negotium in colligendo et disponendo versaretur, nihilque meo judicio adornandum addendumve relictum esset. Ita accidit, ut, inita quadam cum Strabone familiaritate, dum perquirebam et comparabam, quas Tzschuckius miserat, schedas et animadversiones, amplificandae meae provinciae consilium caperem, et non solum Epitomes ac Veteris Latini Interpretis, sed etiam Gallicae Versionis, cum amplo commentario Parisiis interim editae, rationem habendam esse mihi persuaderem. Qua in re Lobeckii, viri incomparabilis, assensu confirmatus rescripsi et, quid vellem, aperui. Hon, me

miserum! Quale responsum tuli! Summo vitae ac litterarum taedio captum nihil fere terrestre se curare, et omnia ac singula meo arbitrio relinquere, velleque, ut Lobeckium et Schaeferum in judicium vocem. Quos ut consulerem, non eram hortandus, sed etiam mea sponte propensus. Hinc factum est, ut Lobeckius, cui liceat hic iterum publice gratias agere pro summa, qua me cum reliquis commilitonibus philologiae studiosis amplexus est, benignitate, et a quo nunquam nisi doctior discessi, Schaeferum adire verecundia impeditum auctoritate sua me adjuvaret. Nec caruit spes eventu. Sed viri summi humanitas effecit, ut librarius probaret, quam nunc fere vides, commentarii formam ac rationem, mihique libros, quibus opus erat, benevolentissimo animo usurpandos permisit ac postea tantis me cumulavit beneficiis, ut de ejus notitia satis mihi gratulari vix possim, ac lectores etiam habeant, quod hujus voluminis puritatem typographicam ejus curae ac diligentiae mecum acceptam referant.

In medio tamen cursu luctuosissimus hujus urbis et academiae casus infelicissime me ita impedivit, ut, virorum doctissimorum consilio, amicorum dulcissima consuetudine ac bibliothecae academicae usu privatus, apparatu Straboniano rebusque meis omnibus θεοῖς ὑποχθονίοις traditis, exsul et inops diuturnae obsidionis pericula effugerem et qualecunque miseriae meae praesidium a. 1813. ineunte alibi quaererem. Jure meritoque mea facere possum ista: Cum subit illius tristissima lucis imago, Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis. Nec juvat illorum malorum commemoratione infandum dolorem renovare; nam quis est, qui ea non senserit, ad quem belli funestissimi fata non pertinuerint? Mihi vero in hac calamitate tabescendum fuisset, nisi urbis Zwickaviae senatus amplissimus ad conrectoris munus in lyceo suo obeundum me vocasset. Etsi enim vitae degendae ratio maxime mihi placebat academica, in

uberiore contemplatione et cognitione posita litterarum, quanquam initio propter rei familiaris angustiam gravis et molesta; tamen, urgente necèssitate, spem oblatam cupide amplexus et ad artium liberalium commoda ubicunque promovenda paratus, in viam me dedi. Hic, concurrentibus ex improviso, quae tunc Saxoniam obtinebant, exercituum copiis cum communi patriae hoste auctis viribus ingruente, summo vitae discrimine vix liberatus sum. Postea benigno hospitio refectum et novi muneris officia aggressum nuntius de obitu Tzschuckii, quem antea propter belli turbas vix a limine potueram salutare, allatus vehementissime affecit, et alius casus non minus acerbus me simul cum schola et collegis solita sede expulsum bibliothecae lyccei, quae nondum omnia sua *κειμήλια* amisit, usu me seclusit. Namque ad summam isto tempore rerum publicarum trepidationem accessit, quod post memorabile illud proelium ad Lipsiam commissum tanta vulneratorum aegrotorumque militum multitudo affluebat, ut per duos annos integros in suburbio cum discipulis exsulare cogeremur. Jam vero praedicanda mihi multorum VV. DD. amicitia, qui tunc partim in urbe, partim in vicinis oppidis, librorum penuriam benevole levarunt, et quorum nomina afferre longum est, ipsorumque modestia vetat; quanquam id plerumque non sine magno meo sumtu fieri potuit. Redux deinde factus, restituta orbi terrarum pace, opus satis deliberatum multumque agitatum exorsus sum; sed, plagularum parte excusa, fuit hoc meum fatum, ut in eam, quam invitus reliqueram, urbem antiqua fama pariter ac recenti clade insignem eodem anno revocarer, quo super cineres virorum divinorum, qui rem sacram, turpissimo servitio ereptam, in prosperam animorum libertatem ac dignitatem vindicarunt, memoria saecularis tertia honorificentissime est concelebrata.

Sed jam longius me provectum sentio, quam insti-

tuti ratio postularet, ac verendum paene, ne lectoribus nimium videar περιαυτολογεῖν. Hi vero cogitent, velim, me non tam de mea persona, quam bene sentio quam sit exigua, sed hujus commentarii diutius procrastinati causam exponere veniamque rogare velle, quam, his praemissis, facile impetraturum me esse confido. Necesse nunc est, ut instrumenta editionis MSS. a Tzschuckio accepta ex ordine recenseam. Sunt autem haec:

1) *Codicis Moscoviensis collatio*, de qua ipse accuratius dixit in praef. ad T. II. p. V. sq. Qui quum incendio urbis capitalis tristissimo absumtus esse videatur; accuratissime haec vel in levioribus rebus comparatio damnum alioquin minime ferendum quodammodo resarcit. Utinam vero de ultimis istius bibliothecae fatis certior luculentiorque nuntius nobis afferatur!

2) *Codicis Parisiensis collatio*, descripta ab eodem l. l. p. VI. Allita ea est exemplari Almeloveeniano a Brequignyo, sed, quod Tzschuckius monere oblitus est, tantum usque ad L. XIV. p. 971. l. l. Nam ibi haec verba leguntur: „Hic incipio *Lefebvre de Villebrune*." Is igitur ad finem perduxit. Videtur autem hunc librum possedisse d'Ansse de Villoison, cujus nomine subscripto legitur in fine nota de Cyriaco Anconitano cum testimonio „ex Eudociae Ἰωνιᾷ MS." petito, quod est in Villois. Anecdd. Gr. T. I. p. 402., ut Tzschuckius jam notavit in margine.

3) *Tzschuckii ipsius collectanea MSS. ad Strabonem* paginas quaternarias quadringentas octoginta et octo continentia, in quibus maxima ex parte varias VV. DD. emendationes et animadversiones ex librorum permultorum lectione adnotavit, sed spisse satis et parum luculentis ductibus, quibus tamen sine offensione legendis ex longo tempore sum assuetus. Harum schedarum ea est ratio, ut in exemplo Almeloveeniano, cui Mosc. cod. lectiones sunt appictae, Tzschuckius numeros apposuerit, qui illuc relegant. Nonnunquam vero, quia

sem atramento, sed cerussa usus est, numeri evanuerunt: sed quoniam ille singulas collectaneorum particulas, quas in usum editionis ipse jam converterat, lineis adiunxit, idemque et ego facere pergam, opere finito omnia vel omissa vel ullum ob casum neglecta emergent et addendis inserentur. Praeterea misit *Lexicon Straboniarum*, seu potius levissimam talis lexici adumbrationem et primas demum lineas, plagulis quaternariis mille septingentis triginta et novem comprehensas, mihi sine delectu, neque tamen omnia vel pleraque, sed quaedam tantummodo vocabula e Strabone ordine alphabetico allata sunt, paginis ad ed. Alm. citatis. Quoniam vero plagulae plerumque vacuae adhuc erant, ne sine usu jacerent, inscripsi iis indicem notarum Siebenkeesii et Tzschuckii in Strab. T. I—VI. hujusque commentarii a me confectum. Lexici Straboniani denuo ad paginas ed. Tzsch. instituti et singula quaeque complexi (nam vel minutissimis rebus sua non deest utilitas) fundamenta ipse jeci alia, quanquam tenuia adhuc et rudia. Denique adest mihi *Scapulae Lex. Gr. quatuor tomis dispartitum et chartarum schedis intertextum*, in quibus Tzschuckius e scriptoribus graecis vel data opera vel strictim perlectis multa notavit, quae ad Strabonem pertinere vel ullam ob rem memoratu digna esse viderentur. Cujus libri usum, ab auctore in suam memoriam traditi bibliothecae scholae Regiae Misenensis, debeo liumanitati ac benevolentiae Koenigii, Afranei nunc rectoris celeberrimi, quod grata erga praeceptorem animo liceat hic publice profiteri. His igitur autographis ita usus sum, ut, quidquid ex iis, haud sine sudore, excusserim, sub auctoris nomine, hac addita nota Tzsch., commentario inserenda curarem. Priora autem ista collectanea dici non potest quantum negotii mihi eo facesserint, quod, quum scirem, Tzschuckium totam fere bibliothecam Regiam Dresdensem in Strabonis usum pervolutasse, tamen ne acerrimo quidem

studio discere potui, quamnam tandem ad aetatem librorum philologicorum lectio ei processerit, et saepenumero accidit, ut plura talium scriptorum volumina pertractarem seroque demum eadem vel integra vel carptim a Tzschuckio adhibita esse intelligerem. Hujus autem saeculi scripta perparum eum attigisse affirmare possum.

Quae Lexico Scapulae adscripta sunt, in usum Lexici Straboniani potissimum remitti debent. Ubique vero sedulo cavi, ne quid vel levissimum optimi praeceptoris effatum ejus nomini subtraheretur, quum nihil tantopere curem, quam ut simplex et candidus videar, inprimis erga eos, qui summis beneficiis me ornarunt. Quamobrem incredibile est, quanta sollicitudine ac molestia animum meum afficiant litigiosae inimicitiae, a VV. DD. ob ejusmodi perfidiae vel culpam vel suspicionem nuperrime etiam variis in rebus creatae atque susceptae. Ac quia, quamdiu adversaria Tzschuckii in meis manibus versantur, si forte cuidam minus religiose videar credita reddere, nemo potest esse mortui vindex ac patronus, diligentissime curabo, ut Tzschuckii collectanea in libraria Weidmannia summa cum fide integra asserventur, ne, seu vivus hac Strabonis absolvendi provincia decesserim, seu mors invitum me avocaverit, locupletissimi integritatis meae desint testes. Nam animi probi memoriam ultra hujus corporis cineres propagatam quovis sempiternae famae monumento praestantiorem existimandam esse puto.

4) *Siebenkeesii schedae variae*, quarum tenuitatem et magnam nonnunquam confusionem eodem modo expertus sum, quo Tzschuckius in praef. ad T. II. p. VIII. conquestus est. Collectis, quae sparsa ferebantur, intellexi, sex priorum librorum varias lectiones e codd. Italicis enotatas jam receptas esse fere omnes in editionem, et paucarum tantum superesse spicilegium. Confusio autem ex eo oritur, quod eaedem schedae ter

quaterve a Siebenkeesio descriptae reperiantur, suntque eodicum nominibus adeoque lectionibus, ita, ut prorsus nulla adhiberi dijudicandi ratio, nisi codicum aliae consentientium suffragia.*) Tum sunt aliquot plagulae animadversionum in libros priores tres, e quibus tamen auctor plerasque jam in editionem transtulit. Reliquas apposui hoc signo SIEB. Ac debebam fortasse etiam in ea re cautionem adhibere majorem; nam quae sibi quisque annotat, aliter comparata sunt, quam quae in publicum unum scribuntur, longiore meditatione praeparata. Verum, quod mea causa hic addo, tantum boni otii in his schedis conferendis perdidi, tantumque taedii devoravi, quantum ii demum, qui similes labores exantlarunt, satis possunt aestumare. Neque tamen literarum gratia talem fugi molestiam, sed, quantum potui, strenue subii. Etsi igitur, ut lectores sponte intelligent, notae Siebenkeesii, ubi e proprio fonte derivantur, nihil fere eximii continent, non debebant tamen omitti, ne quid neglectum desideraretur. Has schedas, uti Tzschuckianas, eadem causa ductus, asservandas curabo.

5) *Notae MSS. G. Paetzii,* gymnas. Ilefeld. praeceptoris, paginis quaternariis centum octoginta sex nitide admodum, sed paulo verbosius, scriptae. Quare hoc mihi sumsi, ut, servata auctoris oratione et argumentatione, in brevius nonnunquam eas contraherem, quod nec lectores, opinor, nec auctor doctissimus ipse, in tanta commentariorum copia, improbabunt. Sunt autem pretii haud quaquam spernendi et assiduitatem in Strabone legendo satis superque testantur, speroque fore, ut auctori, quod eas tam liberaliter et humane

*) In his igitur fidem firmare nequeo, si discesseris a cod. *Veneto*, cujus lectiones hausi e collatione, quam a Morellio acceperat Tzschuckius. V. ejus praef. ad Strab. T. III. p. VII.

cum Tzschuckio communicaverit publici juris faciendas, lectores mecum summas habeant gratias.

Haec igitur Tzschuckius misit parata. Sequitur, ut, quid ipse addiderim, enarrem. Qua in re initum numerorum ordinem servabo, quo commodius omnia lectorum oculis subjiciantur.

6) *Vetus Interpres Latinus*, de quo cf. Siebenk. praef. ad T. I. p. XXXVI. sq. Eum diligentius, quam a quoquam majorum vel aequalium factum est, denuo comparavi. Nam etsi plerumque nova tantum lectionum a codd. oblatarum comprobatio ex eo peti potest, tamen aliquoties solus est verae lectionis dux et auctor. Ac nescio, an dolendum sit, quod ejus editione principe ob ingens, quo venit, pretium uti mihi non licuerit, quum variae, quae mihi ad manus sunt, edd. posteriores nonnisi in erroribus typographicis discrepare videantur.

7) *Epitome seu Chrestomathia Straboniana*, de qua v. Siebenk. in praef. ad T. I. p. XXXIV. sq. Quam quum audiissem Bredowium, cujus obitum praematurum etiamnunc lugemus, Parisiis dum versaretur, emendasse e celeberrimo illo cod. Palatino - Heidelbergensi, unde olim Gelenius primum eam edidit et quem Xylander etiam usurpavit: per litteras rogavi eum, velletne mihi collationem hujus codicis, quem Bastius in Epist. Crit. p. 47. tantopere laudarit, in commodum Strabonis utendam permittere. Ille vero temporis angustiis, quin codicem conferret, se impeditum fuisse, sed, amici alicujus curae re tradita, brevi mecum communicaturum respondit. Interea mors eum oppressit. Sed, Gallia pacata, Hasium ea de re adii, virum antiquitatis illustrandae et populariam juvandorum studiosissimum, qui, quod postea evenit, istum cod. cum aliis Palatinis in Germaniam rediturum esse perhumaniter me admonuit. Ipsam vero epitomen integram an huic editioni adderem, diu multumque lus-

citavi, donec Spohnius, professor Lips., vir pristinorum praesentiumque studiorum similitudine et vetustate amicitiae coniunctissimus, qui in Hudsoni Corpore Geographorum Gr. et Lat. Minorum recognoscendo et augendo successor obtigit Bredowio hujusque operis ampli prodromum nuperrime emisit Nicephori Blemmidae duo opuscula geographica e cod. Paris. nunc primum descripta Lips. 1818. 4. cum iudicio prolixiore, in societatem honorifice et peramanter me vocaret, epitomesque ad illum cod. collationem a Creuzeri benevolentia promissam significaret. Quapropter, ne geographiae veteris amatoribus libri ejusdem bis emendi imponatur necessitas, ab hac Strabonis editione epitome prorsus aberit. Ubi vero ea dissentiret a verbis Strabonis, ut nunc habemus, diligenter notavi. Sed hinc discedere non possum, quin gratias persolvam eidem Spohnio, quod inter summas suas occupationes non detrectarit operam editionis Romanae Eustathii conferendae iis in locis, quos Tzschuckius ad ed. Bas. tantum attulerat. Nam hoc commentario prorsus carui, priusquam in hanc urbem rediissem, ubi Regis Augustissimi jussu et Summorum Virorum, qui reipublicae gubernaculo adstant, auctoritate Seminarii theologici recens conditi et Lycei efflorescentis in usum maxima pars bibliothecae olim academicae retinetur.

8) *Gemisti Plethonis Excerpta e Strabonis Lib. II.* collata a Bredowio in Epist. Pariss. p. 65. sqq. ad codd. Pariss. octo No. 462. 817. 1191. 1415. 1603. 1739. 2376. 2426. totidem alphabeti ineuntis literis notatos. In tanta, qua hic liber praecipue laborat, rerum abstrusarum obscuritate optandum est, ut lucem adspiciant, quas Lucas Holstenius observationes et exercitationes in duos priores libros se conscripsisse ait in Anglia (V. ejus epist. ad Peiresc. in Bred. l. l. p. 19. Epistolae Holstenii a Boisson. editae nondum ad manus mihi fuerunt.), quasque Romae in bibliotheca Barbe-

rina latere suspicor, ubi et alia ejusdem viri, de veterum geographia immortaliter meriti, adversaria servantur. Fortasse etiam lux quaedam affulgeret Cleomedi, cujus ad novam ed. instituendam Janus Bakius, acad. Lugd. Bat. professor, multa se jamjam parasse benevole mihi scripsit. Quoniam vero Plethonis mentionem hic illic ex Italis bibliothecis fecit Siebenkeesius, utrumque his signis *Pleth. Sieb.* et *Bred.* distinxi. Utinam vero, quotquot latent, ejusmodi Excerpta curiosius examinarentur. Nam inter quisquilias margaritae.

9) *Aldi, Hopperi, Xylandri editiones* accuratius consului, nam Tzschuckius a VII. demum libro eas inspicere coeperat, contigitque mihi, ut hac via multarum falsarum lectionum originem clare possem ostendere, a Siebenk. omissarum, qui obiter et raptim tantummodo eas adhibuit. Neque *Casauboni ed. secundae* textum, quem vocant, quum priori facile carerem, neglectum jacere passus sum. Magnus enim iste vir, vel codd. auctoritate vel conjecturae probabilitate motus, tacite quaedam, in margine adeo, immutavit, diligenter a me observata.

10) *Brequignyi animadversiones* ex ed. Strab., libros tres priores complexa, ubi solitam levitatem excedunt, contractas apposui.

11) *Tyrwhitti conjecturas*, quas Harlesius typis repetendas curavit Erlang. 1788. 8. propter singulare, quod ex iis elucet, acumen inserui integras.

12) *Penzelii versionem Teutonicam*, magis ut ne quid temere sprevisse, quam ut huic commentario multum consuluisse viderer, respiciendam esse duxi. Quidquid tamen bonae frugis notis subjectis inest, lectores ignorare nolui. Contra suspicionem, quam de variis additamentis spuriis auctor saepius, quam par est, sibi fingere solet, moniturus quaedam sum in ea, quam, mo-

ser. de glossis librariorum in Strabone repertis dissertatione.

15) *Strabonis Versio Gallica* *) cum amplo commentario edita a VV. DD. de la Porte du Theil, Coray, Gosselin **) jussu Napoleonis, quam paucis licerat accuratius describere. Labor ita fuit divisus, ut Dutheilius primum, secundum, quintum, sextum, nonum et Corayus tertium, quartum, septimum, octavum simul cum animadversionibus criticis et exegeticis curarent, Gosselinus vero promiscue omnibus libris notas geographicas adderet, prima sui nominis littera insignitas, appositis in margine paginis Casaub. ed. Dutheilius adjecit etiam libris a se traductis uberiores excursus (*éclaircissemens*), exceptis prioribus duobus, quos simul cum prolegomenis, subsidiorum aliarumque rerum necessariarum descriptionem exhibituris, edituram se promiserat. Qui num jam prodierint, mortuo viro eruditissimo ac laboriosissimo mens. Maj. a. 1815., dicere non possum, quum tomus quartus nondum ad me sit perlatus. In fronte T. I. leguntur duae dissertationes Gossellini, seorsim antea editae, de ratione veterum stadiorum itinerariorum exploranda ***) et de

*) Inscriptio haec est: *Géographie de Strabon, traduite du Grec en Français. à Paris, de l'imprimerie impériale. An* XIII. = 1805. 4. maj. *Tom.* I. CXIV et 513 pagg. Lib. I. II. III. — *Tom.* II. 1809. XVI et 424 pagg. Accedunt excursus pagg. 156. Lib. IV. V. VI. — *Tom.* III. 1812. XXIV et 552 pagg. Accedunt excurs. pagg. 276. Lib. VII. VIII. IX. — Apud nos haec tria volumina circ. triginta imperialibus venduntur junctim.

**) Male et apud nos et in patria a nonnullis hujus viri nomen depravatur, omissa labiali altera, in *Gosselin.*

***) *Sur la manière de considérer et d'évaluer les anciens stades itinéraires; sur les erreurs que le faux emploi de ces mesures a repandues dans le système géographique des Grecs; et sur le moyen de ramener ce système à son exactitude primitive.* p. I—XCVI.

ventis veterum *), tabulis multis et figuris illustratae, quarum summa eo redit, ut veteres geographos Graecos variis stadiis astronomicis usos fuisse censeat; sed, hujus varietatis ignaros, diversissimae mensurae stadia nonnunquam confudisse sibique ipsis in corrigendis prioris aevi erroribus fucum fecisse. Sex autem esse stadiorum genera, quorum primum 1111⅓, secundum 855⅓, tertium 700, quartum 666⅔, quintum 600, sextum 500 stadia complectatur in circulo parallelo terrae maximo. Quum vero neque aetate scriptorum, neque fide fontium, neque aliis argumentis nitatur haec sententia dicam an commentum, praeter approximationem, quam vocant, intervallorum hodie satis exploratorum ad veterum geographorum mensuras: mirum videri non potest, nullos paene, quod equidem sciam, inter nos esse hujus suspicionis patronos. Plura vero de hac re scire cupientes ablegandi sunt ad Ukerti librum **) in primis p. 57. sqq. — Haec quum ita sint, lectores haud gravate ferent, me talium animadversionum a Gosselino ad Strabonem factarum rationem parum habuisse, nisi ubi alia argumenta accederent, praesertim quum cogitem de systemate Strabonis geographico explicatius describendo. Sed res est altioris indaginis meditationisque diuturnioris. Forma tabularum geographicarum, quas idem adjecit a se compositas et aeri nitidissime incisas, nota est ex alio ejusdem viri libro. ***) Sunt autem quinque, descriptionem terrae habitatae sistentes, qualem Eratosthenes, Hipparchus, Polybius,

*) *Sur les roses des Vents des Grecs et des Romains, comparées à la rose des Modernes.* p. XCVII—CXIV.

**) *Ueber die Art der Griechen und Römer, die Entfernungen zu bestimmen, und über das Stadium.* Vinariae 1815. 8. 114 pagg.

***) *Géographie des Grecs analysée, ou les systèmes d'Eratosthènes, de Strabon et de Ptolemée comparés.* à Paris, 1789. 4. maj.

Strabo alii fuxerunt. Libri habitum externum typorum, exceptis graecis, chartaeque bonitate excellere, non mirum est, utpote excusi Lutetiae Parisiorum, quam urbem omnium elegantiarum officinam ditissimam iure suo meritoque dixeris. Ad corrigenda verba auctoris bibliotheca ejusdem urbis instructissima editoribus satis subsidiorum praebuit in codd. No. 1395. 1594. 1595. 1596. 1597. 1408., quorum tamen lectiones semper et ubique, quam hic illic tantummodo, enotatas esse malleem. Praeterea usi sunt Vetere Interprete Latino et, qui cum illo fere consentit, Italo, nec nostrates interpretes et editores neglexerunt. Habuerunt etiam Brequigny versionem Gallicam MS. cum aliquot notis criticis. In tanto vero, quo litterae nostrae apud exteros, Gallos praecipue, etsi nobis proximos cum Batavis, sunt contemtu (a quo tamen sensim sensimque liberari videntur, quia profectus est ex pessima optimarum rerum ignoratione), gaudere satis non possumus, Corayum et Dutheilium, non fando, sed ipso usu cognitos habere plurimos libros, qui de antiquitatis studiis in Germania frequentius, quam in ulla totius orbis terrarum regione, solent emitti, nec nostrae linguae prorsus esse expertes. Ridiculo enim et servili paene adulandi imitandique studio multorum nostrae gentis hominum eo res pervenit, ut, quod fieri necesse erat, ludibrio et despicatui essemus. Jam vero nonnulli, coeco quodam impetu mala cum bonis damnantes, contrario modo Gallorum litteras humanitatemque homine vere Germano indignas censent; qua in re suo quidem fruantur judicio, sed, qui fructus inde redundaturi sint, ipsi suo periculo viderint. Haec nostra certe studia pacata et tranquilla et, si qua alia, a tali odio aliena, bonarum artium incrementis ubicunque locorum factis non laetantur solum, sed magis etiam fruuntur. — Sed redeam, unde digressus sum. Animadversiones additae, eruditionis et assidui studii

testes, non solis philologis scriptae sunt, imo elegantiorum hominum omnium commodis inserviunt, quanquam tales res non possunt degustari, nisi omni cognita causarum pervestigatione. Quamobrem, si istorum tantum utilitatibus prospicere voluissent, fieri non potuisset, quin fortasse gratius et acceptius, omissis iis, quae ad nauseam usque nonnunquam repetuntur vel aliis e libris facilius et commodius cognoscuntur, redderetur totum opus ob imminutum pretii et spatii modum. Fortasse tamen concedenda est Gallico et ingenio et sermoni, a qua nos abhorremus, quaedam verbositas, itemque illud, quod Casauboni commentariis saepe usi sunt editores tanquam suis, suppresso auctoris nomine. Neque vero idcirco imminuam triumvirorum doctissimorum egregia merita, qui Strabonis, suo quisque genere excellens, Dutheilius historiam, chorographiam et antiquitatem, Corayus sermonis proprietatem et textus genuinum candorem, Gossellinus geographiam ac mathematicam singulari studio pariter ac successu excoluerunt atque illustrarunt. Hujus etiam alios libros consului postea editos *), unde Tzschuckius primis e voluminibus perpauca enotaverat. Horum igitur commentariorum summam si huic editioni nunc brevius, nunc pluribus verbis, quoad res ferebat, inserui, addito nonnunquam vel aliorum vel meo qualicunque judicio, in alienas messes falcem non immisisse, sed, Strabonis illustrandi gratia, cum triumvirorum illorum famae, tum popularium meorum atque omnino omnium lectorum commodis optime providisse mihi videor. Sin-

*) *Recherches sur la Géographie des Anciens. Tom.* I—IV. *av. Cartes. à Paris.* 1798. 1813. 4. maj. (Lipsiae ap. Weigel. in commiss. venduntur triginta quatuor thaleris.) Vernacule partim reddidit, partim animadversionibus auxit *Bredowius* in lib. *Untersuchungen über einzelne Gegenstände der alten Geschichte, Geographie und Chronologie.* Altona 1800. 8. T. I. II. m. Karten. Venditur quinque thaleris.

gula hic percensere non attinet; sed hoc addam, me interdum communi Interpretum Parisiensium (*Intpp. Parr.*) appellatione satis eos indicasse. Restat, ut verbo lectores moneam de praestantissimo cod. Par. No. 1397., quem Dutheilius in praef. ad Lib. IX. copiosius descripsit. Communis hic esse videtur reliquorum codicum fons, et, quanquam aquae ac temporis injuria male affectus in exterioribus foliorum partibus, tutam tamen in reliquis emendandarum lacunarum, quibus hic potissimum liber pristino nitore privatus est, viam ostendit propterea, quod ex diligentissima ejus collatione, quam V. D. Straboni perincommode erepto debemus, dilucide apparet, quid librarii varii in caeteris codd. sibi indulserint. Verum haec alias accuratius.

14) *Falconeri editio Oxoniensis* *). Quae quum olim magnifice **) annuntiata esset, considerata minus probatur non tam gloriosa, quam vera quaerenti, et ipsi adeo auctori incommode fuisse fertur. V. Beckii bibl. crit. in Actis Semin. Reg. T. I. p. 459. sq. Praefatio, data Bathoniae d. 20. Decbr. a. 1807., auctorem habet T. Falconerum ***), cujus verba ipsa, missis re-

---

*) Inscriptio sic habet: *Strabonis Rer. Geogr. Lib.* XVII. *Gr. et Lat. cum variorum, praecipue Casauboni, animadvss. juxta edit. Amstelod. Codicum MSS. collationem, annotationes et tabulas geographicas adjecit* THOM. FALCONER, *olim e collegio Aensi Nasi, Oxon. Subjiciuntur chrestomathiae gr. et lat. Oxon. e typogr. Clarendon.* fol. max. *Tom.* I. 1807. pagg. 22. VIII. et 643. — *Tom.* II. eod. a. pagg. continuatis ad 1333. Acced. indd. Apud nos vix quadraginta imperialibus comparatur.

**) V. Tzschuck. in praef. ad Strab. T. II. p. VI. sq. Ste-Croix in Journal des Savans a. 1789. mens. Apr. No. 25. bona quaeque sperans „*Mr. Falkoner*, inquit, *aura sans doute mis en usage tous les moyens qu' Holstenius vouloit qu'on employât pour exécuter avec succès une si grande entreprise.*" cf. Harles. in Bibl. Gr. Fabric. T. IV. p. 572.

***) Quale sit argumentum duarum epistolarum ejusdem *on the*

bus levioribus, jucundius forsan leguntur, si quaedam adjecero illustrandi causa, quam si ea meo arbitratu referam.

„Mallem L. B. in me nunquam rejectum fuisse, ut praefatione donarem hanc Str. Ed., quae, tamdiu promissa, tandem aliquando in manus tibi traditur. Verum aliter statuerunt ii, quorum in hac re summa auctoritas erat, qui et ad me praecipue pertinere hoc officium arbitrati sunt, tum quia plagulae libri, quae post aliorum labores imprimendae restabant, a me dispositae fuerint et accuratae, tum quia Ille, cujus fidei Opus multis ab hinc annis commissum est, patruus mihi fuit, et fato idem quoque jam diu functus.“

„Paucissima sunt, quod ad Editoris consilia attinet, de quibus Viros literatos certiores facere mihi in proclivi est; neque alia fortasse ea, quam quae memoria tenent Illius Familiares, qui eum de provincia, quam susceperat, colloquentem audiverunt, et quid illi in decursu Operis propositum fuerit, vel quid non, inter sermones quotidianos cum iis communicantem. Sciunt ii nimirum, nunquam in animo habuisse Editorem, Textum Strabonis de integro refingere, aut per omnia e Codd. MSS. emendatum exhibere: neque tamen istiusmodi adjumenta eum vel omnino neglexisse, vel parvi unquam habuisse; quod e lectionibus iis comparebit, e Codd. MSS. desumtis, quas in Annotationibus suis vel simpliciter exscriptas dedit, vel, ut in nonnullis factum est, diserte monuit, non indignas esse eas, quae etiam in textum ipsum reciperentur.*) Sciunt

---

Oxford Strabo insertarum *Diario Classico*, ignoro. Nam Anglici libri tanto venduntur, ut hominis Germani privati opes longe longeque superent.

*) Ego vero, collatis aliquot libris, nihil varietatis reperi et recte hujus editionis textus a Corayo in praef. ad Strab. ed. gr. σελ. οζ. ἁπλῆ σχεδὸν μετατύπωσις vocatur. Sed quis est editorum aut quis unquam fuit negligentia tam effrenata,

[illegible] quibuscum familiariter versabatur, Pro- [illegible] meum in schedis suis, quas Preli Clarendo- [illegible] Delegatis tradiderat, nihil immutasse unquam, [illegible] posteriores impendisse iis, quae e manibus [illegible] duxerat. Neque praetereundum esse censeo, [illegible] notissimum Opus, cui se accinxerat Editor, [illegible] quoque provectior, et infirma valetudine [illegible], ferre per doloris intervalla absolvit, neque [illegible] adjutum fuisse eum, neque annotationum [illegible] aliquod ab aliis accepisse, si TYRWHITTI [illegible] excreperis, et animadversiones quae a Col. [illegible] FORSTERO concinnatae sunt, atque unam [illegible] horis suis interpositas, et litera *B.* vel *M.* [illegible] Neque ultra haec plura esse judico; in qui- [illegible] de Editore ipso te morer necesse est." *)

[illegible] non tam turpi socordia, ut optimi scriptoris verba, praestan- [illegible] edd. lectionibus propositis, non multis partibus ma- [illegible], severe habito delectu, correcta exhibere, quam cum [illegible] edd. vitiis, hic illic etiam auctis, repetere? Quis [illegible], graeci editionem auctoris aggressus, tam vehemen- [illegible] contra studia litterarum obduruit, ut a crisi exercenda [illegible] abhorreat, pretiosissimasque lectiones pro nihilo [illegible] et in notis sine utilitate delitescere patiatur? Verum [illegible] intelligentes viros valet fortasse aliquid senectutis in- [illegible] valetudinisque attritae excusatio.

*) Tyrwhitti notae non aliae sunt, quam quas supra dixi a me integras esse insertas. *Forsteri* animadversiones leguntur sub fin. Ed. Ox. T. II. p. 1509—1535. hoc titulo: *Notae Georgii Crit. et Etymol. in lib. XVI. et XVII. Strabonis partem, Aegyptum imprimis describentem, auctore Joa. Reinh. Forstero Lib. Ill. Reg. Soc. Sc. Sod. ut et Antiquar. ap. Lond. nec non Reg. Sc. Upsal. Madrid. et Gotting.* Editor ex ejus epistolis Anglice datis ad Th. Falc. haec latine redditia excerpsit: „In hisce Annotationibus mihi in animo fuit quaedam dicere de locis singulis, quorum mentionem facit Strabo, vel in Aegypto, vel prope Aegyptum. In consilio praeterea fuit, lectorem, qua potui cura, certiorem facere de situ cujusque loci e veterum recentiorumque libris; assignare nomen,

„Codd. MSS. lectiones variantes sumtibus haud exiguis comparavit, et pro sua liberalitate ad Editorem transmisit Academia Oxoniensis. Interpretatio Latina est Xylandri paululum emendata, ut Textus ipse ex edd. prr. et aliquando etiam in Annotationibus, ex fragmento versionis antiquae ineditae, quod Doctissimus BAYERIUS, Bibliothecae Escurialensis Praefectus, cum Editore humanissime communicavit. *) Jam autem Codicum MSS. qui cum Ed. Amstel. in usum hujus nostrae collati sunt, haec est notitia. In Bibl. *Parisiensi* asservantur *sex codd. Strabonis*. Horum *quinque*

---

quo nunc innotescit; quae de eo dixerint scriptores antiqui, colligere; ejus nomen interpretari juxta linguam veterem Copticam seu Aegyptiacam; ubi, ut mihi videtur, saepe in etyma verisimillima incidi, quanquam in quibusdam aliis vocibus nec in vera etyma, nec in verisimilia me incidisse omnino mihi persuadere possum. Plurima dixi de Memphi. Indicavi quaedam de anno Aegyptiaco, atque de iis animalibus, quorum meminit Strabo. In quibusdam locis Strabonis textum ansus sum corrigere. Mihi vero maximae curae fuit, geographos veteres cum recentioribus conferre, ut in posterum peregre proficiscentes duce omnino non carerent.“ Praeterea accesserunt *Toupii* conjecturae, ex ejus adversariis, quae haeredis et sororis filiae munificentia ad Academiam Oxon. perlata sunt, depromtae, quarum tamen plerasque alibi jam V. D. in opusculis criticis proposuit; ego vero omnes diligenter reddidi. Denique ipsius *Thomae Falconeri* animadversiones, quas pretii non admodum magni esse aestumare possunt lectores ex iis, quae in medium protuli; in crisi facienda plerumque a veritate aberrat auctor et meras nugas sectatur, in interpretatione res ab aliis melius administratas recoquit vel hujusce aetatis potissimum mentionem injicit. Nam notae *Villebrunii* et anonymorum *M.* et *B.*, quos ignoro, tam parvae sunt, ut nullae esse videantur.

*) Hujus versionis ineditae vestigia in Ed. Oxon. frustra hucusque quaesivi, neque aliam esse suspicor, nisi Guarini, cujus codd. aliquot etiamnunc servantur. V. Siebenk. in praef. ad T. I. p. XXXVII.

quae autem libros unusquisque horum codd. scripserit, quoad nonnullos, incertum reliquit) JOH. BAPT. LEFEBVRE DE VILLEBRUNE. Is, qui in hac ed. Par. 1. vel Parisinus primus vocatur, in Bibl. Reg. Par. Catal. No. 1594. insignitus est." *)

Cod. *Par.* 2. No. 1597. etiam literis *B. S.* a Villebrunio notatur. Incipit collatio hujus cod. a p. 1. lib. I. et pergit, nullis spatiis vacuis interjectis, usque ad p. 166. l. 19. ubi notat Vill.: „hic deficit Cod. B. usque ad p. 182. l. 13." ubi rursus monet: „hic incipit p. 75. Codicis *B.* sed multa in eo sunt perturbata usque ad Lib. VI." Nullas autem lectiones reperio a p. 166. l. 19. prope fin. Lib. II. donec ventum est ad p. 559. l. 18. lib. V. deinde progreditur ad p. 469. l. 25. lib. VII. Reliqua hujus libri, inquit Villebr., desunt in Cod. S. De novo

*) „Ille quidem, ipsius Villebrunii verbis uti liceat, ineunte saeculo decimo quarto scriptus est. Pretiosus hic codex, membranaceus, olim Medicaeus, scriptus videtur a CYRIACO, celebri illo tot codicum scriba Graeco, ut patet fol. vers. 295. Multa notavit Cyriacus duobus aut pluribus punctis in hoc codice sibi suspecta, nec immerito; de quibus nec Casaubonus, neque alii editores quidquam dixere. De his rationem habui in meis excerptis." „De codice eodem ipsum etiam Villebrunium audias in epistola alio tempore Editori data, ita Gallice loquentem: Celui que je marque *A.* 1594. est assez récent, mais très bien conservé et supérieurement écrit. Il a été copié sur un assez bon exemplaire et n'avoit jamais été collationné. Malgré cela, le texte se sent de l'ignorance des siècles barbares. Il est cependant d'accord avec *B.* (Par. 2.) en nombre d'endroits, et les deux réunis sont de beaucoup préférables à *C.* (Par. 3.) que l'on a vanté un peu trop avant de l'avoir bien lu: en effet ce que je trouve de bon dans *C.*, est dans *A. B.* (Par. 1. et 2.) et ceux-ci n'en ont pas les défauts ou très rarement. Continet autem hic cod. omnes septendecim libros Strabonis, neque ullibi, quantum percipere potui, collatio deficit."

erditur collatio a Lib. VIII. et ad fin. Lib. IX. omnino terminatur." *)

„Cod. *Par.* 5. No. 1595. idem est ac ille, quem per totum Cl. Brequignyus cum eadem ed. comparavit, antequam, compactoris negligentia, injuria ei obvenerat. Complectitur omnes septendecim libros. Constat Villebrunium quinque priores libros contulisse, non autem plures." **)

---

*) „*Villebrunius* ita: Hic omnium, qui superstites noti sunt, Codex hodie Str. antiquissimus; nono aut decimo saeculo docta manu scriptus, membranaceus, olim Mediceus; sed novem tantum priores libros exhibet; nec quidem integri sunt secundus, tertius, quintus. Ex his quae continet multo plura bona excerpsi, quam ex iisdem locis aliorum codd. False dicitur in Notitia Bibl. Reg. in hoc reperiri scholia in IX. aut alium librum. Quia vero lapsu temporis vel corrosa vel vetustate fuerant detrita plurima folia, in eo recentiori manu completa fuerant, recentibus super agglutinatis; tentusque ex alio cod. circa finem decimi quarti saeculi restitutus. Quum autem deprehendissem veteris membranae spatia recentiori fuisse obtecta, vapore aquae calidae recentem membranam detraxi, veteremque scripturam, inversam quidem, ope speculi obversi lustravi nec raro varias optimasque lectiones inde expiscatus sum." „Il est cependant, ut editorem alibi monuit idem, incomplet dans ce qu'il contient depuis le troisième livre jusqu'au sixième, et le tems ne m'a pas permis d'examiner ces morceaux, qui sont sans suite en grande partie."

**) „*Villebrunius:* Hic codex bombycinus, ex Asia ante aliquot annos ad nos allatus, longe depraedicatus, sed revera recentior, et multo minoris momenti, quam vel ipse Cod. 1394. (*Par.* 1.) Septem, ni fallor, posteriores ac quinque priores libros cum vestro exemplari composui; etenim quum chartam plurimis in locis laceram viderem, suasi Cl. *Bejot* hunc librum compingendum curaret. Ast quod maxime damnosum, imprudens compactor intro nimis folia resecuit, ita, ut signa, quae loca transposita bene multa indicabant, fuerint abscissa: hinc, magno licet meo desiderio, librum deserere mihi coactus." In epistola autem supra memorata

„Cod. *Par.* 4. No. 1408. incipit a p. 655. l. 11. lib. IX. ad haec verba ὑπὸ Φαλαντήου πόλις. In librum X. desinit, et rursus incipit a lib. XIV. et progreditur usque ad XVII. In margine exemplaris nihil a Villebranio notatum est de collatione librorum VI. VII. VIII. *)— Excerptorum autem collatio incipit a p. 84. l. 12. lib. I. Notat in margine Villebranius ad verba *Πρὸς δὲ τὴν εὐθυωρίαν* p. 83. l. 24. lib. I. „Hic incipit fragmentum excerptum fol. 9. Cod. Reg. Paris. 1398. Differt initium, quod contractum legitur, ad usque *θήρων* p. 84. l. 9. lib. I.“ Ad verba ταῦτα *μὲν εἰρήσθω* p. 91. l. 4. lib. I. deficit. Ad p. 157. l. 52. lib. II. monet Villebr. in margine „Collatio Excerpti alius“ quae pergit ad p. 171. l. 30. lib. II. Incipit iterum collatio ad p. 526. l. 21. lib. V. et continuatur usque ad p. 539. l. 15. ejusd. libri, ubi monet Villebr. „Hinc Excerptum transit ad p. 544. l. 2.“ et notatum videmus in margine: „Exc. hic incipit omissis, quae a p. 539. l. 15.“ Nullas autem lectiones postea reperire potui. Lectiones Excerptorum in hac Ed. per *Exc.*, librorum integrorum per *Par. 5.* designavimus. **)

---

ita loquitur: „ce qui m'a mis dans l'impossibilité d'en lire plus de dix livres dont je vous envoie la collation.“

*) „*Villebranius* ita: Codicem hunc crassum 4to majori charta, recentem quidem, plurimis in locis, immo plures integros libros, contuli. Multa mihi antiquitatis vestigia exhibuit, quae in aliis desideravi; plurima autem in eo vel librarii incuria, vel deficiente codice, ex quo fuit exscriptus, omittuntur, ac praesertim in libris VI. VII. VIII.“

**) „*Villebranius* ita: Consului etiam cod. in fol. No. 1398. (*Par.* 5.). Excerpta primum exhibet ex ipsomet textu Strabonis, quae modo textum integrum, modo contractum, aut pluribus omissis referunt; genuinas lectiones passim hinc collegi, dein libros integros XI. XII. XIII. contuli, nec sine fructu. Mirum sane, quod nec *Aldus* (cum ad Asulanum pertinuerit hic cod.), neque *Casaubonus* quidquam de his dixerit Excerptis, quae longe alia sunt, atque ea, quae ad finem Edit. Almelov. conspiciuntur.“

De Collationibus codd. Pariss. revera dolendum est, alias Villebrunium mancas quodammodo aut imperfectas reliquisse, Codicis autem sexti collationem, cum, ut ipsius verba exhibeantur, „sat molestiarum et taedii superaverat", omnino neglexisse."

„Codd. *Florentinorum* collatio confecta est a *Cl.* Bandinio, Bibl. Laurent. Cust. Doctiss. In hac Ed. Cod. V. vocatur *Med.* 1.; Cod. XL. *Med.* 2.; Cod. XIX. *Med.* 3.; Cod. XV. *Med.* 4. Notam vero quandam aetatis exemplaris, ex quo exscriptus est Med. 2., in hac re invenimus: ubi occurrit numerus, plene verbis designatur, non litteris; et, si duabus constet figuris, fere semper interponitur conjunctio *καί*." *)

„In Bibl. *Collegii Etonensis* est cod. Strabonis chartaceus recentior, Byzantii scriptus. Libros tantum XI continet; caeteri in cod., ex quo exscriptus fuit, desiderabantur. In eodem multa deerant, et in Etonensi relicta spatia ad explendas lacunas, quod postea factum est manu, quae nusquam alibi in notis agnosci potest. Ad finem cod. extat hic colophon: *Ἐκτησαμην τηνδε την βιβλον ἐκ βυζαντιου γραφεισαν παρα ἀγαλλιανου διακονου ἱερομνημονος φιλου.*" **)

*) Horum codd. descriptionem exhibuit Siebenk. in praef. ad T. I. p. xxxii. Eorundem collationem a Bandinio pariter accepit Tzschuckius (V. ejus praef. ad T. III. p. ix. T. IV. p. v.) integram servatam in adversariorum farragine, quae est apud me. Sed incipit a IX. demum libro; lectiones a lib. X. ad finem enotatas idem jam evulgavit. Codicis V. collationem a se factam edidit Abr. Gronovius in Variis Geographicis. Lugd. Bat. 1739. unde aliquot animadversiones, quae notatu dignae viderentur, mutuatus sum. Quando utriusque collationis lectio variat, haec signatur *Gron.* Codex XL., quia erroribus et manus recentioris correctionibus scatet, perparum prodest.

**) „Ad marginem sunt notae, quarum aliae argumenta tantum, aliae lectiones variantes, vel loca praetermissa exhibent, conscriptae manu raro quidem recenti, neque eadem

„In Bibliothecis autem *Anglicanis*, quod vulgo circumfertur, alios Strabonis codices latere, neutiquam fide dignum videtur. Ut errori enim illi medela tandem adhibeatur, qui e *Montefalc.* Bibl. Bibl. etiam ab *Harles.* et *Siebenk.* repetitus est, sciant Eruditi, codicem eum, qui in Acad. Cantabr. Bibl. reponi dicitur, per plus quam abhinc quinquaginta annos ibi non repertum fuisse; et alterum illum, qui Collegio Novo apud Oxonienses assignatus est, ad Colleg. Lincolniense revera pertinere, neque tamen Graecum Strab. Cod. esse, sed Versionem Lat. auctore Guarino Veronensi, et ei germanam, quae Venetiis a. 1472. in lucem edita est.“

„In Bibl. *Escurialensi* adservatur alius cod. Strabonis, cujus collationem suppeditavit Vir Cl. *Franc. Perozius Bayerius*, qui etiam, qualis sit et qua aetate, nos edocuit.“ *)

---

ubique. Aliquando etiam reperiuntur Epigrammata, literis majusculis exarata, quorum nonnulla ab Editore nostro Annotationibus suis interjecta sunt. Tituli, vel praefationes, scripti sunt litteris minoribus, manu diversa ab ea, qua notae reliquae exaratae sunt, et scatent contractionibus. Indicant ab ipso exscriptore Epigrammata fuisse reperta, et quo loco.“

Nisi me mea fallit opinio, profecta sunt ista epigrammata a Cyriaco Anconitano, qui Scholia in Strabonem scripsit, quorum Excerpta e Patricii Junii bibliotheca asservantur inter MSS. Vossii in bibl. Lugd. Bat. V. Tzschuck. in praef. ad T. III. p. VI. sq., qui praeterea in schedis citat: Reines. syntagm. inscriptt. ad class. 1. n. 241—245. cl. 5, 52. cl. 6, 121. 122. Sax. in Onomast. litter. P. 1. p. 210. Observv. Miscell. Nov. T. 4. p. 519. Addo, qui plurima refert, Villoisonum in Proleg. ad Homer. Iliad. p. XXXII. not.

*) „*Bayerius* ita: Cod. membranaceus, optimae notae, forma ad majorem accedente, cujus folio extremo subjicitur literis graecis epigraphe, quam sermone Latino ita exprimere possis. *Absolutus fuit praesens liber Augusti mensis die 12, Indictione prima, a.* 6951. (*Chr.* 1443.) *manu Georgii Chryso-*

„De Codicis *Mosquensis* indole cum collatione sua ad Editorem quaedam a Cl. *C. F. Matthaei* transmissa sunt." *)

---

coccae Diaconi, sumtibus autem Francisci Philelphi, qui in usus proprios eum sibi comsit. Sequuntur hexametri versus quinque, quorum summa eodem redit. Videtur autem diversus hic Chrysococca a cognomine alio item *Georgio*, cujus tum Varia Medica atque Astronomica, tum scholia in Homeri Odysseam in bibl. Vatic. extare ait *Allatius* in diss. *de Georgiis* ad a. 6844. (Chr. 1336.) scripta; ut ex collatione aetatis utriusque liquet. Praeterea antiquior Georgius professione Medicus fuit, ut ipse *Allatius* docet l. c. Meminit ejus Georgii *Fabric.* Bibl. Gr. T. I. p. 295. T. III. p. 87. Fueritne autem scriptor noster is, cujus ineditum fragmentum *de caede Amurati primi Turcarum imperatoris* adducit *Allat.* in diss. p. 360.? Cum enim ea caedes contigerit a. Chr. 1389. recte colligit *Fabric.* T. X. p. 695., id fragmentum Junioris alicujus Georgii Chrysococcae esse."

*) „*Matthaei* ita: Codex bibl. Sanct. Synodi Ecclesiae Orthodoxae Graeco-Rossicae no. CCV. in forma majori, continet in foliis 427. libros XVII. Scriptus est exeunte saec. XV. aut ineunte XVI. a scriba docto et diligente in charta vulgari, laevigata tamen. Commendatur etiam hic cod. a pulchritudine et aequalitate literarum. Comparando eo intellexi, eum non solum optimis codicibus lectionum probitate parem esse, sed interdum etiam superiorem. In primo folio reperiuntur duae notae, ex quibus apparet, ubi antea servatus fuerit. Prima in ima parte folii sic habet: *ἐκ τῶν Μαξίμου ἐπαχόπου Κυθήρων*. Is est Maximus Margunius, de quo v. Fabric. Bibl. Gr. T. X. p. 536. sq. Secunda nota in principio libri est: *τῶν Ἰβήρων*. Ea indicat, olim hunc cod. fuisse in monasterio Iberorum montis Athus. De eo tradit *Montefalc.* in Palaeogr. Gr. p. 473. Jam cum notum sit, codd. Graecos plerosque omnes, qui nunc hic servantur, ex monte Atho, jussu Alexii Michaelis filii, Rossorum Imperatoris, et Niconis Patriarchae Mosquensis, per Arsenium monachum huc translatos esse, mihi fit credibile, hunc cod. primo in bibliotheca Maximi Margunii, postea in Monasterio Iberorum fuisse. Certo scio, nec hic Mosquae, nec Petropoli, ullum alium praeter hunc, de quo modo dixi, inveniri cod. Stra-

„Accedunt Lectiones e cod. MS. *Gemisthi Plethonis* in Bibl. *Bodlejana* excerptae." *)

„Animadversiones, quae *ad finem Edit. Amstelodamensis* adjectae sunt, in nostra suis locis interponuntur, Auctoris nomine, ubi notum fuit, addito; ubi, a quo confectae erant, incertum fuit, pro *Anonymis* relictae sunt." **)

„Jam autem Editioni huic Strabonis inseritur Tabularum Geographicarum series, ne diutius desiderarent Eruditi Populorum et urbium situs, prout a Strabone recensentur, juxta positos et oculis subjectos. Quod et primo quoque in hac Ed. factum est, saltem per integrum operis decursum; etenim quae a *Brequignyo* concinnatae sunt ad libros III. priores tantum attinent, ultra quos etiam Strabonis Geogr. in lucem non edidit vir ille doct. Tabulae nostrae interea numero septendecim sunt, ab Editore concinnatae, quarum tres priores ipsa quoque *D'Anvillii* opera et consilio absolutae erant: de caeteris provisum est, ut fide eadem qua primae (quantum pote erat) cum textu Strabonis consentirent, et sententiam ejus exprimerent."

„Hic loci respondendum est Cl. *Harlesio*, ubi in Ed. Bibl. Gr. Fabric. T. IV. p. 572. de editt. Str. ita loquitur: „Brequignyus omnem, quem collegerat, ad suam edit. ornandam apparatum quibusdam Anglis doctis commisisse fertur, qui eo in nova, quae summo

---

bonis MS. Nam ipse nuper bibliothecas Petropolitanas adii, et cum viris doctis ibi de ea re locutus sum."

Multo autem accuratius et copiosius a Tzschuckio enotatae sunt ejusdem codicis lectiones e Matthaei collatione Dresdae asservata; ac, ne lectores lateret utriusque collationis discrimen, addidi *F.* i. e. *Falconeri*, et *Tz.* i. e. *Tzschuckii.*

*) Ut eas a *Siebenkeesii* et *Bredowii* Excerptis e Plethone distinguerem, addidi *Bodl.*

**) Ego vero, quum *Almeloveenii* esse mihi persuasissem, adscripsi: ALMEL. *in Addend.*

splendore Oxoniae paratur, editione uterentur." Ita doctissimus ille vir, vel prae incuria, vel rumori, quod verisimilius, plus aequo confisus: nihil enim aliud Brequignius ad Editorem transmisit, praeter ed. librorum III. pr. una cum variis lectionibus cod. MS. 1393. quae ideo in hac edit. *Bre.* notantur." *)

Inde patet, quid de tota hac editione sit statuendum, cujus auctorem prorsus latuit opera, quam Interpretes Parisienses et Tzschuckius in geographi verbis emendandis et explicandis per aliquot annorum spatium insumserunt, et cui ne ulla quidem, praeter commemoratas et *Theod. Bezae* quasdam MSS., animadversionum a philologis alibi ad Strabonem frequentissime factarum innotuit. Neque multum novi subsidii affert variarum lectionum copia, quum omnes fere ex Versione Gallica et hac nostra editione, accuratius etiam, possint hauriri, si exceperis codd. Escurialensem, Etonensem, Mediceum secundum, in quibus tamen haud praecipua elucet auctoritas. Parisiensium codd. vero multo diligentior apud Falconerum est collatio, quam apud Intpp. Pariss., qui sensum tantummodo, non graecitatem, respexerunt. Quidquid igitur alicujus momenti esse videretur, ex animadversionibus desumsi, adeoque nugas interdum vilissimas non sprevi, ut lectores, desiderio editionis Oxoniensis aliunde oborto, quid rei esset, quod appeterent, clare cernere possent. Neque vero etiam quidquam variarum lectionum praetermisi, sed, ut Strabonis studiosi in hoc nostro apparatu critico securi acquiescere possent, curae cordique mihi fuit, servatis etiam codicum nominibus, ne forte adnumerari furibus queam, qui earum rerum, quas ele-

*) Adjecta etiam est pyxis nautica veterum cum recentiore ventorum descriptione comparata. Voluminis typorumque forma et ordinis instituti ratio eadem fere est, quam v. c. vides in Diodoro Siculo Wesselingii.

pserunt, signa commutant. Sciant igitur lectores, codicum Parisiensium variae notae ubi appositae sunt, variorum virorum intelligi comparationem. Ita v. c. idem codex *Par.* 3. vocatur apud Falconerum, *Reg.* apud Brequiguyum, *No.* 1595. apud Interpretes Parr., *Paris.* apud Tzschuckium. Harum siglarum tabulam infra apposui. Sed quibuscunque tandem meritis justam habere debemus gratiam.

15) *Corayi editio Graeca* *). Praemittuntur *Προλεγόμενα τῆς γεωγραφίας τοῦ Στράβωνος πρὸς τοὺς Ἕλληνας*, de ortu, genere, nomine, aetate, scriptis Strabonis eorumque variis editionibus et versionibus, inserta etiam *παρεκβάσει* de Graecorum geographis ante Strabonem nobilitatis. Quodsi in iis reprehendere aliquis vellet rerum satis cognitarum repetitionem, ad fidem potissimum Fabricii in Bibl. Gr. institutam, nae iste injustus admodum esset. Nam non solum suae gentis hominibus, quod testatur dialectus graecae linguae recentior, qua usus est auctor, sed juventuti etiam scholasticae scripta sunt haec prolegomena, in quibus non desunt proprii judicii documenta illustria. Sed, quod mireris in sene ob quandam aetatis hujus morositatem ac severitatem censoriam, in dijudicandis priorum editorum laboribus adeo sincere ac modeste sententiam suam aperuit, ut nihil fieri posset aequius et laudabilius, nihil intelligentius et subtilius. Quo magis in virum summum, cujus de Graecorum gente ho-

*) Inscriptio haec est: *ΣΤΡΑΒΩΝΟΣ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΕΠΤΑΚΑΙΔΕΚΑ, ΕΚΔΙΔΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΡΘΟΤΝΤΟΣ Α. ΚΟΡΑΗ, φιλοτίμῳ δαπάνῃ τῶν ὁμογενῶν Χίων, ἐπ' ἀγαθῷ τῆς Ἑλλάδος. ΜΕΡΟΣ ΠΡΩΤΟΝ. ΕΝ ΠΑΡΙΣΙΟΙΣ, ἐκ τῆς τυπογραφίας Ι. Μ. Ἐβεράρτου.* Lib. I—VI. Se trouve chez Theophile Barrois, père, libraire, rue Hautefeuille. No. 28. *ΑΩΙΕ.* i. e. 1815. 8. pagg. ½ i. e. 90 et 391. (Lipsiae ap. Weigel. in commiss. venditur sex thaleris et 16 gr.)

dierna et antiquitatis litteris tam divina et immortalia merita exstant, intueantur imberbes quidam apud nos adolescentuli, qui magnifice, tanquam ex oraculo, voces edunt, et, nulla data offensionis ansa, proximum quemque, prout lubido fert, conviciis discindunt et semper anquirunt, in quem evomant virus acerbitatis suae, intueantur, inquam, et discant temperantiam humanitatemque, quae omnem quidem aetatem decet, maxime vero juventutem. Sed praestat senis amabilis consilia persequi, quam hominum spurcissimorum commemorare injuriam. — Postquam igitur maximam partem Gallicae versionis absolverat, graeca etiam Geographi verba, quantum licuit, purgata editurus codicem Par. 1395. denuo contulit, praeterea vero lectionum varietatem a Siebenkeesio, Tzschuckio, Falconero congestam in usus suos adhibuit, plures etiam locos vel priorum editorum vel suae conjecturae ope sanare studuit. Atque, ut dicam hic, quid sentiam, etsi ubique fere severo judicio soloecismos, quibus sex priores potissimum libri scatebant, removit et probatissimas quasque caeterum secutus est lectiones, nimis tamen confidere videtur conjecturis suis, quae subinde novitatis splendore aciem animorum nostrorum prima specie praestringunt, re explicata minus dignae videntur, quae in textum ipsum invehantur. *) Verum, ubi principia

*) Hanc ob rem p. πβ' ita se excusat: "Οσαι διορθώσεις εἶναι εὐτυχεῖς (διότι δὲν νομίζομαι τόσον ψεκόμοιρος, ὥστε νὰ ἀπέτυχα εἰς ὅλας), τὰς χρεωστῶ εἰς ὅσα εἶχα βοηθήματα παρὰ τοὺς ἄλλους πλειότερα· τὰς ἀποτυχίας μου θέλουν συγχωρήσειν ὅσοι ἐδίδαξεν ἡ πεῖρα πόσον εἶναι δύσκολον ἀλλοιωμένον ἀπ' ἀντιγραφέας συγγραφέως ἔκδοσις. Τοῦτο μόνον εἰς τινὰς ἤθελεν ἴσως φανῆν ἀσυγχώρητον, ὅτι δὲν ἀρνοῦμαι νὰ προβάλω εἰς τὰς σημειώσεις, χωρὶς νὰ καταχωρίζω εἰς αὐτὸ τὸ κείμενον, τὰς εἰκασίας μου. Ἀλλὰ δὲν εἶμαι πρῶτος τῶν τοιούτων τολμητής· τολμηρότερον ἴσως κάποτε μ' ἔκαμεν ἡ ἀγανάκτησις νὰ βλέπω συγγραφεῖς Ἕλληνας ἀσχημισμένους μὲ πολλὰς λόγου ἁμαρτίας,

differunt, et non necessaria mathematicorum ratione, sed probabili tantum argumentatione omnia concluduntur, bene longa oritur et satis litigiosa disputatio, quam hic quidem omittamus, ablegatis lectoribus ad ea, quae in ipso commentario passim monenda esse putavimus. Neque ego is sum, qui meo judicio multo stare malim, quam aliorum virorum uti existimationibus, neque, ubi plura nitent, paucis magnopere offendar; sed tamen, ne captiosa probabilitate fallamur, ubi plurimum dederimus aliorum auctoritati, licet etiam aliquantulum concedere nostris opinionibus. Recte secusne id fiat, videant doctiores. Certe dabit auctor in notis sub finem operis addendis justam mutatae lectionis rationem. Doleo autem Corayi editionem graecam Paulo serius in manus meas venisse; qua de causa in addendis referre coactus sum, quid mutaverit in libri primi parte priore. Necesse vero est, cum ipsius Strabonis, tum omnino literarum causa, optare, ut reliquum vitae curriculum viro laboriosissimo obtingat placidum ac quietum, ne in perficienda hac, quam Geographo dicavit, duplici opera iniquo fato impediatur.

Haec igitur sunt, quae habui subsidia in adornando et augendo hoc commentario, de quo si pauca addidero, missum te faciam, lector benevole. Duas potissimum res spectavi. Primum, quod sua causa postulabat librarius, ut Almeloveenii editio summa, qua fieri posset, cura et diligentia typis repeteretur, ne ἰῶτα quidem omisso, et caveretur omnino, ne, qui hanc nostram editionem possiderent, ad illam recurrere ullo modo cogerentur. Quamobrem Casauboni commentarium, qui est in Almeloveenii editione, cum eo, qui est in Casauboniana secunda, verbotenus comparatum correxi nunc, nunc auxi; loces scriptorum, a Cas. obi-

δι' ἔχει ἄλλο, πλὴν διὰ τὸν ὁποῖον ἔχουσι τινὲς δεισιδαίμονα σεβασμὸν τοῦ κειμένου.

ter tantum ex saeculi more adductos, librorum capitumque vel versuum addito numero notavi diligentius, ita, ut, quidquid his uncis ( ) inclusum sit, Almelovenio acceptum referretur, his vero [ ] omnia a me adjecta indicarentur; Homericorum carminum locos a Cas. hic illic in margine appositos, ut nihil deesset, accuratius ad Wolfianam editionem recognovi; locorum e graecis scriptoribus laudatorum versionem latinam, ubi a Cas. profecta erat, reliqui, ubi Almelov. subjecerat, ut inutilem et molestam, omisi; paginas ed. Almelovenii, quibus utuntur qui commentarium Cas. allegant, ut lectorum commodo prospicerem, in superiore parte interioris marginis adscribendas curavi; addenda ex ed. Alm. suis locis inserui; denique omnia ita instituere conatus sum, ut jam digitus non porrigendus esset editionis Almelov. causa. Nam quum ipse cum meo damno expertus essem, et experiar quotidie, eorum incuriam, qui sumtuosissimas editiones scriptorum graecorum cum interpretum priorum commentariis ita confecerunt, ut nihilominus tamen nemo antiquis editionibus carere posset, indicibus potissimum, ut alias res taceam, negligenter omissis, sedulo cavi, ne in eandem reprehensionem inciderem. Quo magis enim opus est multo sudore atque labore acerrimo ad tales res perficiendas, eo uberiores diuturnioresque multarum vigiliarum fructus percipiunt litterae.

Deinde hoc mihi curae fuit, ut ex editionibus commentatorum Strabonis exterorum, quidquid conferre posset ad Geographum emendandum vel explicandum, undelibet coacervarem, et sic non solum populares meos infinitis sumtibus liberarem, sed etiam istis curarum, quae in geographia antiqua apud nos collocantur, notitiam afferrem. Hoc consilio philologorum nostrorum scripta, quantum licuit, pervestigata sunt vel a Tzschuckio, vel, recentissimorum in primis, a me ipso; sed in immensam molem ne liber excresceret, plurima

indicavi potius, quam exposui, et ab iis libris afferendis, qui e Beckii *) historiis abunde cognosci possunt, prorsus abstinui. Praeterea praefixi paginas praecipuarum (Almel. Casaub. Tzschuck. Falcon.) editionum inter se collatas, ubi, ne ex quadam descriptoris negligentia turbae oriantur, sciant lectores, omnia dirigi tantummodo ad hanc nostram; atque, ut spatio parcerem, plerasque animadversiones minutissimae formae typis exscribi jussi. Poetarum fragmenta, a prioribus editoribus fere neglecta, majori diligentia digna sunt, et, ubi ipse nihil profecisse mihi videbar, ad Hermannum rem detuli, cujus humanitatem promtumque animum saepius cognovi, et publica gratiarum actione praedicandum censui. Etsi vero ad finem totius operis indices sequentur uberrimi, tamen, propter rerum tractatarum varietatem, singulos tomos nolo iis prorsus carere.

Habes nunc, L. B., formam ac rationem totius editionis: qua exposita scire cupio, quid judicibus harum rerum peritis displicuerit, quid fuerit probatum, eosque rogo, ut non tam mea, quam hujus commentarii bene instituendi causa, publice sententiam suam dicere velint. De mea autem qualicunque opera sic statuant, ut in priore tantum, ut supra dixi, negotio omnes officii a Tzschuckio et librario impositi partes contineri sibi persuadeant: ubi si quid aut negligenter, aut imperite egerim, hujus culpae poenam meritam persolvam. Sed in posteriore, quod sponte ac praeter necessitatem suscepi, tantum plecti me fas est, quantum ae-

*) Anleitung z. genaueren Kenntniss der allgem. Welt- und Völker-Geschichte. T. I. P. I. Ed. secund. Lips. 1815. 8. Ubi habes utilissimum promtuarium librorum, qui non historiae solum, sed etiam singula veteris geographiae capita tractant; quamobrem harum litterarum studiosis commendari satis non potest.

quitas humanitasque patitur. Quapropter etiam, ut ostentationis suspicionem a me removeam, dicendum est verbum de nova editione Strabonis cum brevi annotatione, quam, rogante librario, et suscepi et publice indicari passus sum. In ea quum verba Geographi ipsa denuo ad fidem codicum accuratius recensere atque ex scriptoris usu satis perspecto constituere deque multis aliis rebus nonnisi longo temporis decursu explorandis disputare cogitem, facile patet, nihil temere me moliri, sed hujus editionis finem exspectare debere, quem ut adducam, statim ad secundum, qui proxime evulgabitur, tomum elaborandum me accingam. Interea vale, L. B., et conatus meos benigna manu excipe.

TABULA COMPENDIORUM

QUIBUS CODICES, EDITIONES ET INTERPRETES BREVITER APPELLANTUR.

Ald. i. e. Aldina editio.

Alm. i. e. Almeloveeniana editio.

Bamb. i. e. Bembi codex apud Siebenkeesium.

Bess. i. e. Bessarionis codex apud eundem.

Breq. i. e. Brequigny.

Cas. i. e. Casaubonus.

Cor. i. e. Coray.

Duth. s. Dutheil. i. e. de la Porte du Theil.

Epit. i. e. Epitome Strabonis s. Chrestomathia.

Esc. i. e. Escurialensis codex apud Falconerum.

Eton. i. e. Etonensis codex apud eundem.

Falc. i. e. Falconer.

Fr. i. e. Friedemann.

Fragm. Med. i. e. Fragmentum Medicei cod. ap. Siebenk.

Fragm. Vat. i. e. Fragm. Vaticani cod. ap. eund.

G. H. S. i. e. Godofr. Henr. Schaefer.

Goss. s. Gossell. i. e. Gossellin.

Gron. i. e. Cod. Mediceus ap. Gronovium.
Hopp. i. e. Hopperi editio.
Intpp. Parr. i. e. Interpretes Parisienses.
Marg. Cas. i. e. Margo edit. Casauboni secundae.
Med. 1. 2. i. e. Medicei codd. primus et secundus ap. Falc.
Mosc. F. i. e. Moscoviensis cod. ap. Falconerum.
Mosc. Tz. i. e. idem apud Tzschuckium.
MSS. Cas. i. e. Manuscripti codd. Casauboni in margine plerumque allati.
Par. 1. i. e. Parisiensis cod. primus ap. Falc. idem cum No. 1594. ap. Intpp. Parr.
Par. 2. i. e. Parisiensis secundus idem cum No. 1397.
Par. 3. i. e. Parisiensis tertius idem cum No. 1593.
Par. 4. i. e. Parisiensis quartus idem cum No. 1408.
Par. 5. i. e. Parisiensis quintus idem cum No. 1398.
Paris. i. e. Parisiensis cod. apud Tzschuckium idem cum Par. 3.
Penz. i. e. Penzelii versio Strabonis vernacula.
Reg. i. e. Regius cod. ap. Brequignyum idem cum Par. 3.
Pleth. Bred. i. e. Pletho Bredowii.
Pleth. Bodl. i. e. Pletho Bodlejanus apud Falconerum.
Pleth. Sieb. i. e. Pletho Siebenkeesii.
Sieb. s. Siebenk. i. e. Siebenkees.
Sp. i. e. Spohn.
Stroz. i. e. Strozianus cod. ap. Siebenkeesium.
Tyrw. i. e. Tyrwhitt.
Tz. s. Tzsch. i. e. Tzschucke.
Vat. A. B. i. e. Vaticani codd. apud Siebenkeesium.

Ven. i. e. Venetus codex ap. Siebenk. et Tzschuck.
Vet. Intp. i. e. Vetus Interpres Latinus.
Villeb. i. e. Villebrune.
Xyl. i. e. Xylander.

THEODORUS JANSONIUS
AB ALMELOVEEN
S. P. D.
LECTORI BENEVOLO.

A multis annis admodum raro in bibliothecis etiam instructissimis Strabonem, omnium judicio principem geographorum simul et fidelissimum historicum, cura summi viri Isaaci Casauboni illustratum, ejusque eruditissimis perpetuis annotationibus auctum, exstare, atque avide a viris, qui principes inter doctos habentur, desiderari, in tanta illius scriptoris exemplarium penuria cum observasset librarius, iis, qui Geographiae veteris studia prae omnibus amplectuntur, satisfacere volens, in primis constituit eximium hunc scriptorem, cujus lectio, ut situs totius orbis rite cognoscatur, admodum necessaria est, ante LXXXVII annos ultima vice Parisiis vulgatum, praelo subjicere. Ut autem haec reliquis, quae antea luci expositae fuerunt, editionibus, quae, quod mirum tamen, pauciori numero repertae sunt, (quinquies enim intra CXC annos Graece tantum est editus) praestaret, serio mecum coepit agere, ut honestissimis suis conatibus utraque manu adessem, vel etiam ipsi traderem quod haberem auctarium animadversionum virorum doctorum, quo vel ipsum Strabonem, vel optimi commentatoris Is. Casauboni notas possem exor-

nare. Quod primo non ita lubens amplecti potui, quod Strabonem numquam eo consilio tractassem aut evolvissem, ut eum edendo tamquam accinctus miles vel athleta in hanc arenam tuto descendere possem. Deterrebat me facies totius operis, non nisi humeris fortissimi viri sustentandi, et longissima mora, cui vix prudentissimus sufficeret, ad finem perducendi. Pertinacius vero ut reluctarer, faciebat ipsius Casauboni arbitrium, qui, uti ex commentariis ejusdem viri constat, auctorem hunc edi a peritissimo sui temporis geographo Philippo Cluverio volebat. Hunc enim, ut labores ipsius in describendis Orbis antiqui et novi regionibus probant, justa ratione studiis istis promovendis aptissimum judicabat, ut ita Strabonis ager cultura aequalis et optime comparati artificis tanto magis enitesceret. Inhibuit etiam, quod probe noveram, idem de Strabone judicium tulisse superioribus seculis multos fama et eruditione clarissimos heroas, Victorium, Turnebum, Stephanum, Scaligerum, Lipsium, Holstenium, Lindenbrogium, Salmasium, Vossium, et, qui nostris temporibus aut claruerunt, vel clarent auctoritate, Gronovios, Graevium, Perizonium, Cellarium, Hudsonium, aliosque. Maluerunt enim hi omnes ab hoc auctore manus abstinere, quam corruptum adeo et graviter laborantem invalida medicina curare. Deerant enim ipsis remedia, deerant quae repurgando isti Augiae stabulo necessaria requirebantur. Neque in hoc auctore quicquam emendare absque auctoritate alicujus codicis vel facile licebat, vel tutum judicabatur ab ipso Casaubono. Quare initis rationibus, mecum reputans librarium non facile inventurum quempiam, qui hoc tanti moliminis negotium in se susciperet, meum ita exposui ipsi consilium, ut in edendo hoc auctore sequeretur illud exemplar, quod ab ipso Casaubono secundis curis, paucis annis ante mortem optimi viri emendatum, et fere sexennio post ejusdem obitum luci expositum, tantopere omnium do-

clorum virorum praeconium meruerat; atque adjiceret illa omnia Observata quae Xylander, Morellius, Palmerius destinato consilio quondam scripserant, atque etiam quae alii viri docti subinde in aliud intenti per partes peregerant: quibus recensendis et digerendis operam meam roganti librario non potui denegare. Quod ad textum vero Strabonis attinet Graecum et Latinum ita reliquimus, sicut in ultima editione ad nos pervenerat. Nam illum emendare nec potuimus, nec etiam voluimus, ne, destituti prorsus omnibus auxiliis, fortassis hunc genuinum doctissimi Casauboni foetum, (quem tamen *non ut partum legitimum, sed ut ἔκτρωμα ξάμηνον haberi* vult *ep.* 11.) contaminaremus, et nostras secuti conjecturas quosdam severiores Aristarchos de nostra incuria acerbius clamantes audire cogeremur, si errores, qui in prioribus editionibus vel invito Casaubono (*epist.* 19.) remanserunt, in hac postrema offenderent. Audi L. B. qui olim contra acerbos criticos se defenderit ipse Casaubonus in praefatione Polyaeno praemissa: *Mihi*, ait, *numquam hoc fuit propositum, ut ex librorum Graecorum, historicorum praesertim, versione in Latinum sermonem, multo minus ex earum versionum, quae ab aliis essent profectae, emendatione nomen mihi parerem: quod neque arduum fuit nobis, quoties libuit experiri, neque palmarium umquam judicavimus, aut dignam omnino rem, in qua, quod superest nobis ex gravissimis nostris occupationibus otii, collocaremus. Quare desinant, obsecro, doctissimi viri de nobis conqueri, quod superiore anno, quum Strabonem nostrum ederemus, peccata interpretis non simus sigillatim omnia persecuti: qui si factum id ita interpretantur, quasi non essent illa a nobis animadversa, nae illi nos non norunt: qui profecto si id egissemus, et quae illi notant, et alia quam plurima quae non omnes fortasse vident, notare nullo negotio potuissemus. Sed num quaeso inique faciunt, qui plus*

[illegible] exigant, quam nos polliceamur? Emendare [illegible] commentari Strabonem fuit nobis propositum: [illegible] peccata notare: quod si quando a nobis [illegible] factum sane, cum ante in Strabone, tum in [illegible] nunc), alia causa fuit: nempe si quid ea res [illegible] ad lectionis veritatem. Jam quod alio loco iidem [illegible] viri annotationem quandam nostram ad quarum Strabonis tot machinis labefactare conantur: nisi [illegible] proferant, nunquam consequentur, ut in ea vel [illegible] apicem censeam mutandum. Ipsi sane si totam [illegible] nostram annotatiunculam perlegissent, non commussent, ut qui omnia in iis admirer, candorem tamen in hac ipsorum responsione desiderare possem; sed haec pluribus alias. At morosos istos (non jam te alloquor, magne Belga) et iniquos alienae industriae aestimatores nunquam tanti faciam, ut responsione dignos putem. Scilicet urit eos, quod nos ea aetate (vix enim vigesimum octavum aetatis annum eramus egressi, quum Strabonem edidimus) conati simus palmam illis praeripere, ad quam ipsi per tot lustra ac decadas annorum contendebant. Atqui, quod etiam magis etiam urat, si Deus, fautor unicus studiorum nostrorum, vitam et otium suppeditet, faciemus profecto, ut intelligant, nos ad poliendum et perficiendum opus, quod temporum iniquitas nobis invitis extorsit, eorum opem non admodum desiderare.

De ipso quoque Strabone major erat apud nos existimatio, quam eundem vel levissima macula inconsulto polluere, prout ista audacissimorum quorundam hominum solet esse temeritas, tantum juris sibi in corrigendis auctoribus assumentium, ut pro lubitu mutent atque transponant eorum verba, de quibus ne auctores quidem ipsi per somnium cogitaverunt. Nolui, inquam, ea, quae priores editiones constanter exhibuerunt, etiamsi forte lectio corrupta et minus proba videretur, propterea immutare, vel mea solum auctoritate corri-

gere. Ubi tamen ex Aldi, Hopperique codice animadverterem excidisse verba, ea vel subjeci, vel ipsi textui inserui, uti pag. 715. l. 4. hujus editionis post verbum *Σατύρων* omissa addidi *καὶ Σειληνῶν*, et pag. 791. l. 36. post verbum *αὐτοῦ* elapsum verbum *σχίσεται*. pag. 996. l. 15. post verba *καὶ Μύσοι* editiones Aldi et Hopperi *καὶ Χάλυβες, καὶ Φρύγες, καὶ Μιλύαι* addere monui. pag. 1006. l. 2. post verba *ἐν παρόδῳ* apposui omissas voces *στρατιωτικῇ καὶ ὁρόμῳ*. pag. 1057. l. 36. post verbum *τετρακισχιλίους* exciderunt *καὶ τριακοσίους*. pag. 1114. l. 34. post verbum *Τρωγλοδυτικῆς* apposui neglecta verba *εἶτα ἄλλην πόλιν Ἀρσινόην*. In ipsa autem versione, (quam plane *novam desiderare Strabonem, siquidem eum doctissimus interpres haud raro inconsulte atque inconsiderate interpretatur*, ait Barthius,) etiam nonnumquam neglecta revocavimus verba. pag. 724. l. 13. desunt *Euripidis verbis contradicens*. pag. 777. l. 10. *propter Alexandri ambitionem*. pag. 890. l. 20. *et Eleusa de quibus*. pag. 969. l. 36. post verbum peripateticus adde: *vir historicus. Aetate nostra Theopompus*. pag. 994. l. 29. *proxime Orontes emittit*. pag. 1139. l. 23. *a Thrasyalco* *) *Thasio, qui unus fuit ex antiquis physicis*. Verba vero, eorumque restitutos apices hic enumerare praeterea, quae, qui curiosis auctorem oculis perlustrat, ipse satis percipiet. Potissimum vero in eo diligens nostra cura versata est, ut auctorum testimonia a Casaubono in notis citata, minus fideliter excusa, ex ipsis emendatioribus editionibus corrigeremus, additis in commodiorem usum lectorum, quantum potuimus, librorum capitumque distinctionibus. Qui labor quidem longa taedia devorare jussit, et, quamvis primo oculorum intuitu non ita conspicuus, tamen diligenti indagine hanc laudem, ut lectoribus unice prodesse voluerit, sit in-

*) Ita *Almel.* l. l. et hic perperam ex Ed. Hopp. scripsit pro *Thrasyalce*. Fr.

venturus. Denique illud diligens fuit nostrum studium, ut, quae sparsim in libris vel commentariis cujuscunque disciplinae vel etiam aetatis scriptorum comprehensa invenire potuimus, inde desumta suis locis Strabonis textui subjiceremus, ut illa accessione nunc locupletior et nitidior Strabo prodiret, orbis descriptio majore luce splendesceret: eoque felices adeo consequuti sumus hujus nostri laboris successus, ut, quod praefiscine dixerim, ultra quadringenta Strabonis loca, aliquando brevius, et prolixius quoque aliquando, aliorum auctorum verbis illustraverimus. Verum speramus surrecturum olim quempiam, qui post Conr. Heresbachium, H. Glareanum, Joh. Hartungum, Marc. Hopperum, Guil. Xylandrum, Isaac. Casaubonum, Jac. Palmerium, instructus illis subsidiis, quae non nisi raro et difficulter offenduntur, et tamen in hoc gravissimo scriptore emaculando necessario requiruntur, semel, quod isti viri nondum potuerint attingere, rite perficiat. At ea spes minus nos falleret, si codicum manu exaratorum Strabonis penuria (nam ita rari exstant, ut vix in publicis principum Bibliothecis reperiantur) non adeo foret deploranda. Non enim in illa celebri Vossiana Bibliotheca, quae Athenaei Batavici nunc dives factus est thesaurus, exstat, nisi dumtaxat plenioris operis fragmentum. Nec universa Anglia vel etiam Scotia, tot manu exaratorum codicum abundantia excellens, nisi unicum suppeditare posset e collegio Lincolnensi, eumque adhuc mutilum, atque etiam unum ex Etonensi, qui similiter (cum in eo septem libri desiderentur) integer non exstat. In celebri illa Palatina Bibliotheca quoque non nisi partem et excerpta quaedam Strabonis inveniri, ex catalogo Manuscriptorum Graecorum, quem de ea reliquit Sylburgius, patescit. Praeterea nihil prorsus Strabonis habet Thomasinus, qui ceteroquin omne quidquid in Bibliothecis publicis et privatis, quae Patavii sunt, excussit, et in lucem produxit. Integrum vero Venetiis repe-

riri in Divi Marci Bibliotheca refert Spachius, qui forte fuit unus ex iis IV, quorum collationes a socero suo Henrico Stephano, (edito jam fere Strabone) se accepisse aliquoties fatetur Casaubonus. Binos tamen integros, sed recentioris notae, Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana haberi, ex diligentissimi viri Montfauconii Itineris Italici diario constat. Foret profecto egregium ornamentum *), si comparari posset Cyriacus Anconitanus, Scholiastes Graecus Strabonis, qui tempore Frederici III. in Strabonem videtur Graeca Scholia conscripsisse, quibus usus est Langermannus, ICtus Hamburgensis, uti colligi potest ex Reinesii Inscriptionum Syntagmate pag. 225. et 568. In primis etiam **) Henrici Scrimgeri, Professoris Genevensis, in Strabonem notae, Casaubono anno 1607 a Petro Junio missae, quas alicujus momenti ***) fuisse vel ex ipsius Casauboni verbis constat, scribentis: *Quantum ad eam rem* (novam nempe Strabonis editionem) *juvare nos tuae illae notae Scrimgerianae queant, ne dici quidem potest.* (ep. 514.) His aliisque plurimis ornamentis decoratum si quando videre licuerit superbientem Strabonem, incredibiliter gaudebo. ****)

*) Aliter statuit *Tzschuck.* in praef. T. III. p. VI. sq. Fr.

**) Vid. *H. Stephan.* ad Max. Tyr. p. 360. Tzsch.

***) Disertius eas descripsit *Siebenk.* in praef. T. I. p. XXX. sqq. Fr.

****) Sequitur in Ed. Almel. Indiculus Editionum Strabonis, quo facile carebunt lectores, quum de omnibus his rebus diligentius exposuerit *Siebenk.* in *Fabric.* Biblioth. Gr. ed. *Harl.* et in praef. T. I. Fr.

EPISTOLAE ET PRAEFATIONES

QUAE PRIORIBUS

STRABONIS

EDITIONIBUS

PRAEFIXAE ERANT.

Edit. Basil. A. 1549.

Aegidio Tschudo, Claronensi, viro apud Helvetios Consulari Clarissimo, Praetori Aquensi integerrimo, Marcus Hopfrabus, Basiliensis, S.P.D.

Si ingrati habentur, et pii parum liberi, qui relictas sibi a majoribus suis opes vel sine ratione prorsus despiciunt, vel in vanissimos usus turpiter profundunt, dilapidantque: quanta eorum erit ingratitudo, qui divitias longe majores, hoc est, veterum ac praedecessorum suorum, de rerum Naturaeque partium diligenti ac multifaria consideratione *συντάγματα καὶ ὑπομνήματα*, quibus animus excolitur, sibi ac posteris relicta, nullius precii prae sua pigritia et inertia ducunt? Eo vero contra laudanda magis eorum est probitas et gratitudo, quam sua industria et studio probant, qui ejusmodi monumenta, rem veluti dignam, jucundam, honestam, utilem, necessariam, et singulare veluti Dei in vita humana donum amplectuntur, exosculantur, fovent, promovent, ab interitu fortiter vindicant, a corruptione restituunt, castigant, illustrant. Quod quidem hominum erat officium omnium, nisi corruptio prima hanc secum ruditatem induxisset. Noluit enim Deus ille Opti-

mus Maximus hominem pecudum instar vultu demisso despicere, et ignorare res illas, in quas universas dominium ei semel concessisset: sed fronte erecta, et in omnes mundi Naturaeque partes directa, ut suprema, infima et medioxuma omnia intueretur, perlustraret atque cognosceret: quibus inspectis et cognitis, in majores Dei laudes et sapientiae, ejus qui est Christus Jesus, per quem omnia facta sunt, raperetur, jugiter cum sancto David spiritu exultante psallendo: *Magnus est Dominus noster, et immensa virtus ejus, sapientiae autem ejus numerus non est.* Quia vero ea mentibus humanis post lapsum obrepsit et inducta est caecitas, ut rerum eas natura penitus lateret, adeoque nulla rerum incognitarum admiratione caperentur, vel ad Majestatem earum excitarentur: excitavit denuo Deus singularia quaedam ingenia, quae Naturae vim absconditae imperitis eruerent. Quorsum vero haec? Ut, quemadmodum alios omnes ejusmodi homines ingeniosos, et scripta eorum colere, et suspicere debemus, ita horum quoque, Vir Ornatissime, studium et industria omnibus commendetur, quorum opera et beneficio hoc quoque praeclarum de orbis terrestris situ Opus, posteritati relictum, conservatum, et in lucem, quantum fieri potuit, integrum, purum et perfectum, editum est. Nam ut de scientia hac ipsa prius dicam, multae sunt res, quae commendare nobis eam debent: inprimis vero dignitas ejus, utilitas, et mira jucunditas. Dignitatem quandam eximiam ostendit ipsum statim, circa quod versatur, subjectum. Id vero est, non de animalibus, non de plantis, non de gemmis vel metallis, aut alia ejusmodi aliqua Naturae parte, quarum quidem rerum contemplationes sunt et pulcherrimae et utilissimae: sed totus est ille terrae orbis cum omni ornatu ejus, qui, quae diximus jam, universa in se continet, et ex se pleraque progignit: una cum vasto illo Oceano et supereminentibus insulis. Commendat quoque dignitatem ejus,

artis praeclarissimae affinitas, ea videlicet, quae de coelestibus corporibus habetur disciplina: quae ut supremum sortita est locum, ita haec proxime ei ac velut ὑπαλλαγή subjungitur, unde quoque suarum demonstrationum principia et firmamenta pleraque petit. Hinc quoque Ptolemaeus, verus hujus disciplinae artifex, utramque in opere suo conjunxit, quod circa orbes quasi versentur concentricos, haec quidem terrestrem, illa vero coelestem. De utilitate autem quid dicam? experiuntur eam haud exiguam inprimis, si ejus periti sunt, qui regnorum, civitatum et castrorum gubernaculis praefecti sunt, praesertim si populorum et gentium mores, ritus, et consuetudines, quorum demum observatio prudentiam gignit, ipsis locorum descriptionibus adjiciantur: cujus noster ille prae aliis fere omnibus memor diligenter fuit. Sentiunt quoque hinc suam commoditatem, qui mercibus commutandis, et in exteras longinquas regiones transportandis vitam agunt, dum terrarum situs, marium flexus, locorumque omnium distantias cognitas habent. Quae autem studiosi, et qui bonas profitentur literas, commoda hinc capiunt, praeter illud quod nunc dicam, alia multa sunt. Nam quem auctorem, sive historicum, sive poëtam, vel ipsimet recte intelligent, vel aliis interpretabuntur, nisi rerum geographicarum aliqua saltem mediocri cognitione instructi fuerint? Ut taceam, quod ad universam rem literariam habiliorem et idoneum magis hominem reddit. De jucunditate porro, quam nobis parit haec facultas, non est quod multis disputem: omnes quippe sentimus, mirabili quadam animos nostros affici suavitate, si vel unius alteriusve gentis mores, et varios ritus, diversos paulo a nostris, aliquis nobis referat: aut si quis maris aliqua monstra, animalium quorundam incognitas nobis et inauditas formas et effigies narret: Aetnae item montis conflagrationem perpetuam, vel Scyllae, Charybdisve pericula si quis commemoret, admiratione

magna ducimur. Quanto igitur majorem nobis adferet voluptatem, si totum simul hunc terrae orbem, et omnem ornatum ejus, regiones, montes, valles, sylvas, flumina, populos, regna, et urbes infinitas, una cum Oceano omnia haec ambiente magno, et quicquid in eo, perlustrare contingat. Et eo certe magis, quod citra periculorum metum, et sumptum immensum, domi etiam apud nostros manentes, discere haec omnia possumus: quod istis, qui haec nobis monumenta reliquerunt, vel qui ante eos fuerunt, fortassis non licebat. Quae quidem quum ita se habeant, in magno merito nobis precio et charissima esse debent ejusmodi volumina et commentaria, quae de hac re viri sapientes, et rerum peritissimi nobis tradiderunt. Quae dixi hactenus, nolo separent nobis chorographum a geographo, de quorum discrimine multis verbis Ptolemaeus initio suae Geographiae disserit, huic quantitatem, illi vero qualitatem curae esse dicens. Quod si verum est, ipse fere solus geographus est, proxime tamen ei accedet Plinius et Mela: chorographus magis hic noster, et Dionysius Afer. Verum omissa hac differentia, ad nostrum veniamus, et de diligentia ejus, et operis hujus utilitate disputemus: ibi longe alia fuerit consideratio. Nemo certe Straboni hic nostro est comparandus: tanta cura, tanta animi perspicuitate ille universa, quae in hoc habitabili orbe contingunt, sub oculos ponit: tanto inde judicio singulis sua adfert ornamenta locis, ut unus ille vere totius orbis pictor Apelles videri queat. Magnam terrae habitabilis partem ipse peragravit ac vidit, eo quidem tempore, cum tranquillitatem Orbi fecisset Augustus, et utcunque adhuc retineret Tiberius. Porro quae non vidit, quanta diligentia inquisivit ab iis, qui vere noverant? Ac ut ejus rei aliquod exemplum exhibeam, lectorem admonitum volo, etiam atque etiam consideret, qua cura ille Alpinas gentes scripserit, quas eum vidisse non puto, praecipue Rhaetos, Salassos, Leopon-

tios, ac alios quosdam. Deinde Rhenum, ac ejus paludes, populos item adjacentes. Plinius ac Tacitus, oculati alias testes, quam jejune haec omnia: ut vehementer mirer, fuerintne Rheni catarractae iis noti, cum neuter eorum ne verbo quidem meminerit. De Strabone, viro Asiatico, non mirum eos eum non nosse: at qui Germaniam et Gallias totics adisse memorantur, eos de tanta re nihil scisse, plane mirabile est. Atqui Plinium tantae curae fuisse existimo, ut, si novisset, neutiquam taciturus fuisset. Strabo hic noster longe accuratius de hisce regionibus, maxime quod ad Alpes attinet. De Asia ac universa Graecia, imo de universo habitabili orbe, quid est omnino quod illum latuerit? Quis porro est qui gentium ritus, principum genealogias, populorum origines, regionum qualitatem, nobiles viros diligentius commemoret? Quapropter hic auctor studiosis harum rerum omnibus commendatissimus esse merito debet. Non certe quod apud te, Vir Ornatissime, vel studium hoc, vel Strabonem commendare velim, quem rectius mihi et aliis omnibus posse scio, sed aliorum gratia haec dicuntur. Novimus quippe omnes, hoc tibi studium cordi esse quam maxime, et in eo te oblectari mirifice: tum etiam Strabonem hunc tibi esse notissimum, familiarissimumque. Cui sane rei praeter testes alios, tua quoque illa lectu sane dignissima, de Alpina Rhaetia compositio, locuples testimonium perhibet. Hactenus igitur de studio Geographico et auctoris hujus praestantia dicta sufficiant. Venio nunc ad editionem hanc, in qua quid praestitum sit, paucis referam. Adeo corruptus fuisse archetypus fertur (de Latino loquor), ut, postquam suam ei castigando restituendoque operam contulissent Viri undiquaque doctissimi, prior quidem D. Conradus Heresbachius, sequenti vero editioni D. Hieronymus Gemusaeus, adhuc tamen errores non certe leves deprehensi sint: quod non virorum horum alicui osci-

tantiae, sed Graeco fortassis exemplari corrupto imputandum est, quod etiam queritur in sua praefatione HERESBACHIUS. Eorum errorum aliquot ultra centum restituit Doctissimus Vir, et optime de literis meritus, HENRICUS GLAREANUS, affinitate tibi junctus, qui nobis sui illius codicis pro suo candore copiam benigne fecit. Emendavit quoque non paucos eruditione Vir Clarus, IOANNES HARTONGUS, Graecarum literarum callentissimus. Graecum exemplar, quod ex Aldi officina prodiit, locis aliquibus valde corruptum, ego obiter recognovi: errata, quae deprehendere in eo potui, castigavi: quod tamen omnia deprehenderim, aut advertere potuerim, non sum dicere ausus. Ea enim est humana imbecillitas, ut, licet quis sit oculatissimus, et acutissimus, multa tamen eum praeterfugiant. Quapropter si quae adhuc vitia inter legendum occurrent, quemadmodum occursura oculatioribus non dubitamus, plurimum omnes rogamus, ut candide id interpretari, et humanae infirmitati, vel potius temporis brevitati, quod nobis ei recognoscendo solum concedebatur, imputare velint. Converto me totum nunc ad te, *Vir Clarissime*, ut causas breviter dicam, cur te mihi prae aliis omnibus elegerim, cujus nomini editionem hanc inscriberem. Prima mihi occasio fuit, hujus disciplinae studium, et cognitio eximia, quam omnes in te praedicant, et tua ejus rei monumenta doctissima abunde testantur. Non enim ulli putavi magis convenire hujus auctoris inscriptionem, quam viro praeter reliqua ornamenta, ut sunt consulares et praetoriae dignitates amplissimae, etiam hujus professionis ut peritissimo, doctissimoque, ita fautori, et literatorum omnium Mecaenati unico. Accessit postea priori huic causae altera quoque, quae in meo me proposito confirmavit: nempe quod gratum quoque id fore non dubitabam affini tuo, GLAREANO, Viro in omni disciplinarum genere excellentissimo, si tibi eam nuncuparem. Vale, Vir Orna-

tissime. BASILEAE, 26. die Augusti, Anno Domini M. D. XLIX.

Edit. Basil. A. 1571.

Ad Illustrissimum atque Magnificentissimum Principem, D. AUGUSTUM, SAXONIAE Ducem, S. R. I. Archimareschalcum, atque septemvirum Electorem, Landgravium Turingiae, Marchionem Misniae, Burggravium Magdeburgi etc.

STRABONEM meum, Princeps inclytissime atque humanissime, ego offero, et, quanta abs me praestari potest laudatissimi tui nominis veneratione, tibi dedico. Id quo consilio, quibus rationibus impulsus fecerim, obsecro pro tua illustri in alios humanitate considerare aliquantulum ne graveris: quamvis, ut ingenue meoque more agam, ne obsecrarem quidem, aut majorem in modum hoc peterem ego, cui tanta benignitatis atque liberalitatis tuae fiducia animum occupavit, nisi consuetudini morem gerendum utcunque animadverterem. Proinde citra ambages et ampullas dicam quod res est: TE fretus, DEO benignissimo placuit, ut mea pulmentaria (quod ille ait) sudando quaererem. Amplexus sum conditionem grato animo, et quantum potuit a me praestari, eam ipsius, qui imposuit, et sine quo nihil possumus vel conari feliciter, auxilio implevi, adeoque implendam ad immortalitatis usque a CHRISTO partae aditum firmiter mihi proposui. Eidem DEO clementer placuit, ut mihi pararet vicarios suos: qui me non plane immerentem, neque indignum, et possent et vellent sublevare: maxime ubi me pro mea tenuitate inter tam multas difficultates adversitatesque intelligerent rempub. literariam aerumnosis molestissimisque meis laboribus pro virili qua adjuvare, qua ornare. Istis, atque aliis, quas infra exponam, rationibus ego permo-

tus, cepi ante quinquennium cogitationes de Latine reddendo et perplurimis in locis sibi restituendo, annotatiunculisque interdum illustrando STRABONE instituere: fecique etiam in primo libro periculum: et vidi meum propositum ac laborem doctis candidisque viris satis probari. Itaque dispicere etiam cepi de aliquo, cujus munificentiam opere confecto sperarem nostris rebus auxilii aliquid suppeditaturam. Ut primo loco TU, Princeps generosissime, mihi in mentem venires, equidem factum DEI instinctu existimo, qui tuarum virtutum meam admirationem materiam esse voluit meae hujus actionis. Ego, ne quid dissimulem, ita factus sum, ut non modo ab adulando abhorream quam qui vehementissime, sed et conscientia meae infantiae prudens a summorum virorum laudatione abstineam. Nimirum enim perridiculus sim profecto, si a tam multis, iisque facundissimis viris, decantatas tuas a tot jam annis laudes, et toto orbe praedicatissimas, putem me una atque altera dictionis circuitione augere posse. Ergo te WITENBERGA tua, tua te, Princeps litterarum portus et aura, LIPSIA praedicet, aliaeque tuae fecundae eruditionis scholae. TE Xylander (si patere) tuus veneretur, et cum applausu pio agnoscat in TE hoc vere competere, Virtuti gloriam esse comitem. Ne quis tamen maligne me putet partes exornatoris (quibus in hoc scriptionis genere rari supersedent) detrectare, sic habeant candidi, me hac dedicatione nostri qualiscunque monumenti publice TUIS laudibus testimonium fidele perhibere voluisse: inscribamusque adeo huic monumento, quod arae Platoni a se dedicatae insculpsit Aristoteles noster: PONI hoc ei VIRO, quem nefas omnino sit a malo aliquo laudari. Aequo animo fer, clementissime Princeps, meam hanc magni muneris tam impolitam et rusticam defunctionem: audi benigne caetera. Cum lentius in hoc meo suscepto opere pergerem, propterea quod alia magis urgebant, PLU-

TARCHIUS maxime, et tamen jam fere finem imponerem: magno cum Germaniae commodo, ac publica gratulatione evenit, ut JOANNES CASIMIRUS, Palatinus comes, etc. Princeps summae et virtutis et spei, TUAM filiam, Principem lectissimam, in uxorem duceret. His quoque a nobis brevi (ut speramus) significatio submissae nostrae observantiae publica occurret. Sed me mirifice animavit haec res, multoque jam minus vereri cepi, ne TU me alienum putares, hominem filiae TUAE SOCERO, Principi omnem superanti laudem, et GENERO TUO tot beneficiis ac nominibus obstrictum, et quasi mancipatum, neque enim duos jam demeretur, qui aliis aliter familias duas totius Germaniae amplissimas demerentibus, in unum coalescentes, tenui, sed pio tamen, probaturo quidem hercle se omnibus bonis, et profuturo certe in publicum, munusculo honoraret. Vos sui vicarios DEUS constituit, adeoque suo quodam ipsius nomine est dignatus. Quanti vero is nostra dona antiquitus fecit, quanti facit in hodiernum diem? cum quidem nihil ei de nostro largiamur. Eum TU, piissime et mitissime Princeps, imitabere quantum voles et videbitur consilium, nos quidem et reipublicae litterariae, cujus procuratio tibi nomen immortale consecravit, et officio nostro pro viribus inserviemus: neque id vere nos facere opinabimur, nisi animo nostro constet, pie nos augustissimum tuum nomen (quando aliud nunc possumus nihil) coluisse. Ergo, Illustrissime Princeps, idemque humanissime, his nostrae dedicationis rationibus contentus ut sis clementer, et caetera pro tua prudentia existimes, quae ego, ne modum praefationis excedens abuti judicer tua aequanimitate, volens omitto, majorem in modum etiam atque etiam, qua debeo, reverentissima submissione oro. Superest, non ut laudem vel Strabonem, vel geographiam, vel me, sed ut aliquid tamen, quando ita mos est, dicam.

STRABONI itaque patria fuit Amasia, nobilis urbs Ponti: cujus situm, amplitudinem atque dignitatem, ipse libro hujus, quod damus operis, duodecimo descripsit, meminere omnes alii geographi. Hanc cum ipse suam patriam esse profiteatur, non est, ut Stephani aut Suidae admodum requiramus testimonium. Gentilitatem suam ipse commemorat, et majores suos regibus Ponti, ipsique adeo Mithridati Magno Eupatori fuisse amicos ostendit, summisque honoribus adfectos, quale fuit Comanense sacerdotium, quod gerens regiam paene majestatem aequavit. Id, si, quae decimo et duodecimo libro de Dorylao et Moapherne refert, considerentur, in obscuro non est. Jam Aelii Galli amicitia, summi viri et Aegyptiae Provinciae a Romanis praefecti, quem certo consilio lustrantem regiones isthic sitas comitatus fuit, facile ostendit, eum in bona et haud vulgari opinione fuisse. Philosophum eum praeter Plutarchum in Lucullo Suidas ac Stephanus nominant, hic quidem etiam Stoicum, si recte legitur, quod in medio relinquendum duxi. Certe doctissimum hominem fuisse, satis ipse vel hoc suo commentario demonstravit. Conscripsit enim praeterea etiam historiam eorum, quae Polybii aetatem et finem scriptorum sunt subsecuta, libris (ut Suidas in Polybio habet) XLIII. cujus operis librum secundum ipse auctor nominat geographiae libro undecimo, ubi de Parthis disserit, quo ex loco apparet, eum etiam alios historicos commentarios confecisse. Caeterum operae precium est cognoscere, quantum quidem ejus fieri potest, quibus usus magistris fuerit, ubi vixerit, et quorum aetatem attigerit. Proinde Tyrannionem grammaticum audivit, quod ipse fatetur libro duodecimo, et sequenti libro eum amatorem Aristotelis appellat. Hunc Romae fuisse, et ibi Aristotelis libros exscripsisse ibidem docet, idemque est apud Plutarchum in Sylla, atque haud satis scio, isne sit Tyrannio, cujus ad Q. Fratrem Tullius

meminit; ea quidem aetate vixisse Romae, non est dubium, meminit etiam Suidas. Quid antiqui grammatici docuerint, quae eorum fuerit apud Principes existimatio, litteratura in tantum adducta despectum quorum vitio sit et culpa, aliâs (uti spero) explicabitur a nobis. STRABO etiam Xenarchum Seleucensem peripateticum se audivisse indicat libro ultra decimum quarto, qui Romam profectus Augusti Caesaris amicitia fuit cohonestatus. Boëthum quoque Sidonium in Aristotelis philosophia commentanda socium sibi fuisse, libro decimo sexto ostendit. Athenodorum philosophum, cui Augustus plurimum detulit, sodalem suum ibidem appellat. Sane hunc Stoicum non modo Suidas facit: sed Athenaeus etiam, et in longaevis suis Lucianus. Verum qui disputationes apud Strabonem de rerum quarundam natura expositas consideret: Aristoteleum peripateticum potius (arbitror), quam Stoicum hunc judicabit: quo accedunt, quae de magistris suis ipse memoriae mandavit: et potuit peripateticus sodalitatem cum Stoico etiam colere. Siquidem erant philosophi re etiam, non titulo tantum tenus. Hos ergo, quod ipse observaverim, suorum studiorum vel duces habuit, vel socios. Sed diligentissime eum lucubrationes aliorum legisse, quorum catalogus seorsim exhibetur, philosophorum, historicorum, geographorum: id vero et ipsa eorum recensio, et toto opere passim obviae mentiones ac disquisitiones de eorum sententiis apertius edocent, quam haec ut putem nominibus paginam debere impleri. Homerum, qui cum reliquae sapientiae oceanus, tum geographiae pro suorum temporum captu facile princeps fuit, mirum in modum, atque deditissima in hoc (ut apparet) opera, illustravit: adeo ut non defuerint homines docti, qui Homericum geographum eum appellarent. Id quidem laudi, non vitio dandum est (si vel verissimum fateamur) Straboni judicium, eoque amplector libentius, quod tanti operis commenda-

tionem proponit gravissimam. Si enim, quod res atque experientia comprobat, et postremo libro auctor noster haud inepte ostendit, magnae sunt marium terrarumque mutationes, eaeque admiratione haud paulo majore dignae, quam civitatum et imperiorum (quando terram stabilissimam, mare mirifico litorum aggere coërcitum scimus: hominum autem animos et casus infinite, ac quovis momento mutabiles quotidie animadvertimus, etiam non dictante philosophia) quis, nisi barbarus, non expetat antiquum orbis terrarum situm cognoscere, ut cum recentioribus per temporum intervalla mutatis comparare possit? At enim orbis terrarum Augusti Caesaris aetate situs quis fuerit, quae certo cognita, quae vel rumoribus obscuris, vel etiam arrogantium hominum futilibus narrationibus ita descripta, ut ignota potius, quam nota, credi debeant: nemo Strabone melius docuit, nemo copiosius; quem si cum Mela, Plinio, Ptolemaeoque praecipue et historiis eorum temporum compares, earum, quas dixi, mutationum illustria exempla, et plurima quidem tibi occurrent: ac intelliges ea, quae considerans Flaccus noster vere exclamavit ——— *mortalia facta peribunt*, et probabis Plinii querelam, justissime deplorantis, *Quod mira humani ingenii peste sanguinem et caedes condere annalibus juvat, ut scelera hominum noscantur mundi ipsius ignaris.* Verum ego nescio quomodo contra institutum in hanc digressionem abreptus, qui neque Strabonem, neque geographiam apud TE, Principem humanarum rerum peritissimum, laudare intenderam, ne Ululas Athenas: nunc ad propositum e diverticulo me refero. Hoc duntaxat addam, antiquitatem (cujus notitiam quis non praedicat, quis non adfectat?) haec longe majore cum fructu et gloria quaeri, quam in exesis marmoribus, cariosis tabulis, nummisque interdum effigie et inscriptione oblitterata vetustatem ostentantibus, interdum adulterinis et subditiciis. Quod enim

fideles, reconditas, utilesque ha- multas, ut taceam etiam rerum natu- ac de earum causis disputationes vero in ipso scriptore aut mea versione alliniri, est, nisi fallor, verius. Vixit pus, quo JESUS CHRISTUS nostrae dignatus est degere, nostrae miseriae medicari. Id vel ex dixi, potest deprehendi: adjiciamus ta- quaedam. Athenaeus scribit libro decimo- ubi de pernis agit, Strabonem libro septimo graphicis omnino loquitur ejus commentariis) tum sibi fuisse Posidonium Stoicum philosophum. Posidonium porro asseclam fuisse Scipionis qui Carthaginem diruit. Rem putemus. Inter captum Carthaginem et Ti. Caesaris dominationem, quam Augusto mortuo occepit, anni intervenerunt CLIX circiter. Itaque XX annorum ponamus fuisse Posidonium, quo tempore cecidit Carthago: mors ejus in annum urbis conditae IↃCII incidet, quo tempore si Strabonem ponas annos fuisse natum XV (vix enim pauciores admittit res et ratio) ineunte imperium Ti. Caesare oportuit eum esse annos natum XC. Ratio haec sic constat, si deletam Carthaginem anno ab u. c. ponamus (ut fit) IↃCIIX. Ti. Caesarem Augusto successisse anno u. c. IↃCCLXVII. et vixisse Posidonium annos XXCIV. ut in longaevis suis refert Lucianus: neque absurdi aliquid de Posidonii et Strabonis aetate fingamus. Vixisse Strabonem, cum jam potiretur rerum Tiberius, ipse testatissimum fecit, ut, cum libro tertio eum Augusti de Hispania constitutiones exsecutum scribit: cum Augusti patris successorem Tiberium in fine sexti libri diserte commemorat, vivumque etiamnum Drusum: cum libro quarto Noricos, Carnos et Tauriscos a Ti. et Druso Neronibus repressos, jam per trigesimum tertium exinde annum tributa pendere prodit. Quod omnino

incidit in quintum Tiberiani imperii annum: cum e Dione nostro (Lib. 54.) appareat, fratres istam victoriam reportasse. anno ab u. c. IↃCCXXXIX. Meminit ejusdem in Sardium descriptione, libro decimo tertio. Adhaec non modo sua aetate Marciam Hortensio traditam ait a Catone (quod in annum IↃ CCV. incidit,) in Tapyrorum descriptione, libro undecimo: sed et C. Antonium, Ciceronis in consulatu collegam, sua aetate Cephalleniae urbem instaurasse scribit libro decimo, ut, si a Ciceronis consulatu ad annum Tiberii Imperatoris quintum ratio temporis subducatur, necesse sit, XXCI annos Strabonem vixisse, etiamsi Tullio consule natum fingamus. Haec annotanda duxi, cognitu haud indigna. Nam quod Ptolemaeum Auletem Aegypti regem, quod Dionysium Halicarnassensem scriptorem historiae Lib. 12. aequales suos dicit, quod Augusti Imperatoris subinde facit mentionem, nullam gignunt difficultatem. P. quoque Servilium, qui a captis Isauris cognomentum invenit, visum sibi in horum descriptione ait: is quidem res gessit undecim annis ante Tullii consulatum, sed fieri potuit, ut eum Romae valde senem Strabo viderit. Verum haec hactenus. Ubi scripserit, ubi vitam suam egerit, neque multum ad rem facit, neque pronunciare aliquid certo possum. Magnas quidem peregrinationes obivit. Nam praeter Aegyptiacam illam passim a se, ultimis maxime libris, commemoratam, in qua comes Aelio Gallo fuit (Largus hic apud Dionem libro quingentesimo tertio fere ultimo legitur. Sed constanter apud Strabonem Gallus est, ut Dionem corrigi hinc posse putem.) ipse libro secundo tradit, se ab ortu solis in occasum ab Armenia ad Etruriae usque loca Sardiniam spectantia profectum terras lustrasse: et a septentrionalibus ab Euxino mari usque ad Aethiopiae fines; ut facile intelligant periti, non temere eum post Artemidoros, Eratosthenes, Hipparchos, Polybios, atque complures alios geographiae emendatam descriptio-

nem molitum fuisse. Sed de Strabone ipso satis. De geographia vero alibi dicemus (DEO favente) copiose. Interim placeat Antalcidas Spartanus, vir apprime laudatus, qui sophistam Herculis de laudibus Lacedaemone declamaturientem refellit, Nihil attinere dicens eum laudari, quem nemo vituperasset. Etenim barbaros, qui historias (quarum friget sine geographiae cognitione lectio), qui bonos omnes scriptores antiquos (quibus lucernam accendit et adhibuit Strabo) fastidiunt, in nullo ponam unquam numero: dignos Ajacea sua (si diis placet) felicitate, vitae in ignorationis coenum demersae, placeant sibi, rideantur a cordatis. Nunc aliquid, quod breviter tamen et modeste possimus, de nostro hoc opere dicamus, ne quis consilii nostri ignarus vitio det nobis, quae laudi vertenda confidimus. Etenim cum instituissemus Stephani de urbibus emendationem atque versionem, (quae deinde commentatio a nobis gravibus de causis est in Onomasticon geographicum traducta) et diligentius Strabonem excuteremus, quod adjuvari nos ab interprete permultum posse opinaremur: ita rem affectam deprehendimus, ut invitari nos ad convertendum de integro hoc opus sentiremus. Neque hoc dico, ut veterem interpretem insecter, sive is Guarinus fuit, sive Tifernas. Fecit ille, quod potuit, in opere difficili, et (quod res docet) valde multis in locis depravato atque mutilo. Equidem apparet eum scripto libro usum, cum tam saepe ab Aldino discrepet ejus versio. Persequi autem errata ejus necesse haudquaquam habeo. Qui volet, meam versionem cum vetere conferat: si quid habet eruditionis et aequitatis, non metuo, ne sit judicaturus me actum egisse. Neque affirmo, ubique me rem acu tetigisse, in tam obscuro opere, codicibus praesertim destitutum bonis. Aldinum enim habui, quem sequerer, et ex eo expressum Basiliensem, cujus titulus profitetur mendorum innumerorum correctionem. Hunc si libeat cum nostra edi-

tione comparare, facile intelliges, cum quot centuriis gravissimorum mendorum mihi negocium fuerit. Neque tamen omnia mihi suspecta vel annotavi vel loco movi: quaedam asteriscis signata, quaedam in Onomasticum rejecta sunt. Spes affulserat manuscripto codice potiundi, quae postquam ad irritum cecidit, feci quod potui, et si non merui laudem, vitavi certe culpam. Epitomas, Eustathium, Ptolemaeum, Plinium, aliosque scriptores historicos et poëtas consului: quanta potui sagacitate e vestigiis scripturam veram indagavi: si quid videretur dignum, in annotatiunculis monui, quas longe copiosiores adjecissem, nisi in Onomastico commodius et ex professo disputarentur pleraque. In vertendo habui rationem Latinitatis mediocrem, et qualem videtur haec materia ferre. Itaque interdum usus sum non latinissimis vocibus, sed in hoc argumento usitatissimis: ut sunt septentrionale, orientale, aliaque id genus, in quibus si nimiam elegantiam affectes vertendis, magnum est ab obscuritate periculum: ut tolerare hanc, quam alia novitate pellere praestare videatur insolentiam. Denique operam dedi pro meis facultatibus, ut et legi Latine Strabo genuinis sententiis redditus posset ab iis, qui vellent, et utiliter Latina cum Graecis compoui, conjuncteque perpendi. Inserendas suis locis curavi tabulas Ptolemaicas, eo id consilio, ut lector et situm regionis facilius imaginari, et Strabonianas descriptiones cum his aliisque comparare eo promtius posset. Nam Strabonianas conficere tabulas solis distantiis locorum numeris stadiorum annotatis, cum quidem non ubique ii sint expressi, saepe admodum vitiosi, interdum varie et ambigue multorum e diversis traditionibus adsignati, operam est ludere, plusque habet meo judicio audaciae, quam industriae. Quod idem de Plinii geographia sentio. Nam Ptolemaei quidem facile potuit a perito rerum homine in tabulas conjici, cum is longitudines et latitudines locorum annotaverit, quae si

[illegible] ad nos pervenissent, ipsaeque tabulae [illegible] et pleniores factae essent, minus [illegible] hac de re alias. Nova locorum nomina, [illegible] expertia, annotare nolui, cum ex[illegible] adjecta, et mihi vindicare aliena noluerim. [illegible] vero Marius Niger Venetus non ita [illegible] volumen edidit, dignissimum, [illegible] litterarum bonarum studiosis diligenter [illegible], ac cum Strabone, Plinio, Ptolemaeoque [illegible]. Ita enim ad solidam omnibusque numeris [illegible] orbis terrarum, et, quae ei acciderunt, [illegible] cognitionem perveniri potest; quam qui [illegible], non aliis, sed sibi ipsis faciunt injuriam. Ego incredibili et molestissimo labore hoc opus confeci, quod (nisi fallor) multorum liberalia studia juvabit, Strabonemque penitus cognoscendum praestabit. Eo nomine, et mei adversus TE, Princeps illustrissime atque generosissime, studii gratia ut tuae placeat clementiae, eaque nostram tenuitatem suo favore et patrocinio non dedignetur, quantam animo concipere queo, summa et addictissima TIBI reverentia submisse oro: Tibique ac tuis omnia quam felicissima, ac propriam prosperitatem divinitus exopto: Vale. Heidelbergae Kalend. Martii, anno repraesentati Servatoris nostri CIↃ IↃ LXXI. T. Illustriss. Celsitudinis observantiss. ac humillimus cliens M. GUILIELMUS XYLANDER. Augustanus, Philosophiae in publico Heidelbergensi Gymnasio Doctor.

Edit. Eustath. Vignon 1587. et Paris. 1620.

JACOBO LECTIO, viro Patricio, et clarissimo, doctissimoque Jurisconsulto ISAACUS CASAUBONUS S. D.

Si verum est, vir clarissime, quod omnes semper existimavere docti et sani judicii homines, nihil esse, quod hominem ingenuum ac liberaliter educatum, maximeque eum, qui ad Rempublicam cogitet accedere, vel erudire, vel ornare magis possit, quam historiarum cognitionem: dignissima profecto sunt studio et opera nostra, ea omnia, quae ad historiae cognitionem praesidium aliquod et adjumentum afferre possunt. Quae quum varia sint, nec unius generis, mihi tamen primum inter illa locum merito sibi videtur vindicare ea, quae a Graecis sapientibus, quod Orbis descriptionem polliceretur, Geographia est appellata. Neque haec sententia nostra magis est, quam veterum omnium doctorum hominum, qui ad scribendam historiam animum appulerunt: quorum nullus est (eorum quidem certe, qui hodie exstant), qui non plurimis locis Geographi partes in suis scriptis suscipiat. Putarunt enim doctissimi viri, non posse historias, quas narrarent, recte prius intelligi, quam fuisset lectorum animus rudi saltem eorum locorum, ubi res gestae fuissent, cognitione informatus. Et merito quidem ita illis visum. Nam sicut Imperatori locorum, in quibus versatur, imperito, difficile fuerit, praeclarum quicquam et memorabile praestare: ita iis, qui res ab aliis gestas legunt, difficile est, de iis sincere judicare, et recte statuere, absque aliqua eorum locorum, ubi res gestae fuerint, notitia. Ac quanquam alias quoque plurimas, easque maximas, secum Geographiae cognitio utilitates adfert: tamen

haec mihi praecipua fuisse causa videtur, cur clarissimi quique veteres philosophi hoc argumentum studiosissime persecuti sint. In hac siquidem se exercuere palaestra antiquissimi illi philosophi Anaximander Milesius, Hecataeus, Democritus, Dicaearchus, et qui hos secuti sunt, Eratosthenes, Hipparchus, Posidonius, aliique multi, quorum hoc loco nomina recensere longum sit. Ipse quoque Marcus Tullius, opus Geographicum se aliquando meditatum esse, in iis, quas ad Pomponium Atticum [II, 6.] scripsit, epistolis, testatur. Qui si opus institutum, rei, ut ipse fatetur, difficultate *) permotus, non deseruisset, fortasse minus esset, cur hodie Graecorum Geographorum scripta, quae omnium edax et consumtrix vetustas abolevit, desideraremus. Accidit enim magno nostro damno, et insigni eorum hominum, qui superioribus seculis vixere, negligentia, ut ex omnibus antiquis, qui in hoc argumento ante Ciceronis tempora versati erant, nemo interitum effugerit, ne unus quidem: quae jactura tanta sane est, ut haud sciam an majorem aliam res literaria senserit. Ac nisi divina quadam providentia iisdem fere temporibus frustra tentatum a Cicerone opus ab alio fuisset perfectum, nae nos hodie in summa Geographiae, hoc est, rerum pulcherrimarum et utilissimarum ignoratione versaremur. Nunc, postquam Deo Opt. Max. aliter visum est, unus extitit Strabo philosophus, *αἰρέσεως* quidem Stoicus, caeterum doctus, Deus bone, et laboriosus, prorsusque ad unguem factus homo: qui omni doctrina eruditus iisque omnibus praesidiis abunde instructus, quae ad hanc rem desiderari possunt, rem et magno animo suscepit, et tanta felicitate confecit, ut persuasum habeam, si quis diligenter hujus scripta versare voluerit, eum antiquiorum Geographorum jacturam patienter

*) cf. Inttpr. ad Pomp. Mel. I, 1, 1. et *Bak.* ad Posidon. p. 88. Fr.

ferre. Opus namque relictum nobis est a summo scriptore, quod praeter accuratissimam totius orbis tunc cogniti descriptionem, tanta doctrina, tamque varia omnium rerum scientia refertum est, ea denique arte contextum, ut, si unius aut alterius e veteribus scripta excipias, nihil plane in omni vetustate reperiam, cum hoc opere comparandum. Quo magis dolendum, neque integrum id ad nos pervenisse, et quae pervenere, ita fuisse ab imperitis hominibus accepta, ut vix alius scriptor vel plura vel graviora vulnera acceperit: prorsus ut jure queas illud tragici poëtae usurpare, *Τέτρωται δαιτὸν πλέω λέγειν.* adeo nihil reliqui fecere imperiti quidam et barbari homines, quin hunc auctorem omnibus modis male acciperent, et, quantum in ipsis esset, mancum et contaminatum nobis traderent. Neque vero *χθὲς καὶ πρώην* factum est, cum coepit praestantissimus hic scriptor ab impuris illis harpiis inquinari. Anni sunt quingenti, et fortassean amplius, cum coepere Strabonis codices ita corrupti circumferri, ut saepe viris doctis, qui imprudentius eos sequerentur, imposuerint. Mirari vero subit, in tanto doctissimorum virorum numero, quos nostra haec et parentum aetas tulit, quum nullus jam relictus sit vetus scriptor, quem non certatim emendare, illustrare, et interpretari, multi contenderint: vix tamen unum aut alterum adhuc extitisse, qui de Strabone nostro cogitarit. Atqui rei literariae intererat hunc potius scriptorem legi quam emendatissimum, quam vel Apulejum, vel Martialem, vel Petronium, vel alium quempiam etiam meliorem his scriptorem: neque hoc dico, quod doctorum virorum, qui in illis scriptoribus laborarunt, consilium reprehendam: hoc tantum volo, rem videri indignam, nondum fuisse repertum aliquem, qui ex tam excellentis operis emendatione laudem sibi et nomen parere studuerit. Non enim dici hoc potest, ita fuisse ab interpretibus hoc negotium confectum, ut docti abstinere ab eo post-

ea debuerint. Imo ita infeliciter et negligenter in hoc opere versati sunt interpretes, ut nondum constituerim, faceritne illis honestius, negotium non suscipere, quam susceptum ita negligenter exequi. Nos vero quum iam ab illo tempore, quo vix ex ephebis excesseramus, Strabonem unice amare et admirari, partim sponte nostra, partim optimi parentis hortatu coepissemus, nihil magis in votis unquam habuimus, quam ut susceptam hanc provinciam ab aliquo docto viro audiremus. Itaque quum aliquando intellexissemus, summum virum, Iosephum Scaligerum, principem hujus memoriae Criticorum, emendationem hujus auctoris esse aggressum, dici nequit, quam grata ea res ad nostras aures acciderit. Verum postquam comperimus, praestantissimum virum aliis studiis intentum, vix hac de re quicquam cogitare, quum in dies crescret in nobis Strabonis amor, decrevimus tandem faciendum non esse, ut diutius ab omni ope destitutus, optimus et nobilissimus scriptor relinqueretur. Etsi autem eramus ipsi nobis nostrae tenuitatis optime conscii, tamen non dubitavimus arduum opus aggredi: partim, aequitate doctorum hominum freti, quibus nostrum saltem consilium probatum iri sperabamus: partim, ut vel cum existimationis nostrae periculo, doctiorum studia excitaremus. Quod nisi multa nobis post susceptum hoc negotium contigissent, quae alacritatem et impetum nostrum pene frangerent, magna in spe eramus, posse nos studio et diligentia nostra ita de hoc auctore mereri, ut etiam docti viri, qui his studiis delectantur, aliquid se nobis hoc nomine debere essent agnituri. Nunc coacti sumus, opus affectum potius, quam effectum, (praesertim quod ad posteriores septem libros attinet) in vulgus emittere: quod, si alia fuissent tempora, adhuc premere decreveramus. Et tamen, ne sic quidem diffidimus doctos viros conatus nostros aequi bonique esse consulturos: praesertim si haec a nobis eo tempore scripta memine-

rint, quo praeter publicam calamitatem in hoc concussi orbis motu omnibus bonis communem, multa nobis privatim contigere, quae animum a studiis persaepe avocarent. Quorum omnium cum tu mihi testis sis locupletissimus, Lecti clarissime, elegi te unum ex omni amicorum meorum numero, inter quos tu familiam ducis, cui hoc opus, qualecunque tandem id esset, donarem ac dedicarem. Nam sive id ejusmodi est, ut excusatione egeat, non possum meliorem testem mearum occupationum, et eorum omnium, quae mihi, dum id molior, non semel contra animi sententiam contigerunt, exhibere: sive contra, ejusmodi haec sunt, ut laude aliqua possint digna videri, neminem habeo, cui potius ista, quam tibi oblata velim, imo debeam: debeam inquam, tum publico nomine, tum etiam privato. Publico, quia nemo est bonus, qui te non plurimum colat et observet: ut qui jam locum eum in tua civitate obtineas, quem haud scio an ea aetate, qua tu es, ullus alius nemo ante te sit consecutus; nec mirum: nam quum eo parente nasci, cujus sola memoria aditum tibi ad quosvis honores patefaceret, divino munere tibi contigisset; tu tamen ab ineunte aetate non destitisti sedulo operam dare, non ut honores adipiscereris, sed ut iis quam dignissimus piorum et bonorum omnium judicio posses videri. Quod etiam cumulatissime tibi Deus Opt. Max., solus ἰῶν δωτὴρ, ut poëtae ajunt, concessit. Nam et sapientia, et cum aliarum artium bonarum, tum Juris Romani scientia ita te instruxit, ut unus omnium repertus sis, qui eodem tempore, et Reipublicae consiliis prudentissimis prodesses, et juris studiosos doctissimis lectionibus juvares. Privato autem, quia, quum tot argumentis fuerit mihi perspectus et exploratus singularis quidam amor, quo me jampridem constantissime prosequeris: graviter peccare mihi viderer, si occasionem hanc testandi amoris erga te mei praetermitterem. Habe igitur, Lecti clarissime, amo-

ris et observantiae meae pignus fidissimum: et, siquidem gratum id tibi futurum est, eripe gravissimis tuis occupationibus aliquot horas, quibus hoc opus, quod tibi parum politum trado, recognoscas, atque pro acerrimo judicio tuo corrigas. Hoc mihi gratius contingere nihil potest. Vale. Datum e museo nostro pridie Kalendas Septemb. anno ultimi temporis CIↃ IↃ LXXXVII.

ISAACUS CASAUBONUS DE STRABONE ET EJUS SCRIPTIS.

STRABO, genere Cappadox, (ut eum Josephus nominat) natus est in urbe clarissima, Amasia, sicut ipse libro XIV.*) testatur: quo loco Amasiam eo studio et cura depingit, ut, quanta fuerit ipsius erga patriam charitas, testatum satis superque fecerit. Neque dubium est, patrem ei fuisse unum aliquem e principibus ejus urbis viris, quanquam ipse paternum suum genus reticet. Nullus est enim in his quidem libris locus, ubi ejus facta reperiatur mentio. Nam quod in editione Xylandri lib. XI. legitur, Moaphernem fuisse patris Strabonis patruum: nos eum locum esse corruptum ex veteribus libris docuimus [T. IV. p. 404. huj. ed. p. 762. Almel.]: in quibus legitur ὁ τῆς μητρὸς ἡμῶν θεῖος, non τοῦ πατρὸς, ut primus Xylander edidit: qui non meminerat

*) Haud dubie Lib. XII. T. V. p. 145. sqq. huj. ed. Fr.

iterum lib. XII. [T. V. p. 150. sq. huj. ed.] sic scriptum esse, Ὀψὲ δὲ Μοαφέρνης ὁ θεῖος τῆς μητρὸς ἡμῶν. Itaque de paterno ejus genere quod dicamus amplius, nihil habemus. Maternum, ut ipse non uno loco docet, traxit a Dorylao tactico, viro forti et claro, qui fuit unus e Mithridatis Euergetae amicis ac ducibus. Hujus Dorylai stirpem ex variis Strabonis locis infra descripsimus.

DORYLAUS ὁ τακτικός, Mithridatis Euergetae amicus. Hic in urbe Cretae Cnosso e Macetide muliere Sterope sustulit filios duos

Lagetan: cui fuit	Stratarchan. Hic in extrema senectute Straboni visus.
Filia, quae nupsit fratri Moaphernis. Ex hoc conjugio nata est	
Filia, cui filius STRABO.	

Philetaerus, Dorylai tactici frater. Huic filius fuit

Dorylaus, unus e Mithridatis Eupatoris ducibus regi charissimus.

Atque haec de Strabonis parentibus, qui quidem vel eo nomine laude dignissimi sunt, quod filium suum tanto studio instituendum et erudiendum curarint. Vix enim ullus fuit illis temporibus in ulla Asiae schola clarus doctrina et literarum nomine vir, cujus STRABO γνώριμος et auditor non fuerit: idque a teneris annis, ut ipse testatur. Nam admodum juvenis cum esset, Nysam (quae fuit minoris Asiae urbs,) studiorum causa profectus, Aristodemo Aristarchi filio magna cum laude tunc duas scholas obtinenti (quum quidem mane Rhetoricam, vesperi Grammaticam profiteretur) operam navavit: postea etiam Tyrannionem, celebrem et ipsum Grammaticum audivit. Atque ita in Rhetoricis et Grammaticis horum opera eruditus, ad studia philosophiae se contulit. Porro, ut variae tunc fuere Philosophorum

sectae, ita variorum opera in philosophiae studiis usus est. Ipse aliquot ex suis praeceptoribus commemorat: ut libro XIV. [T. V. p. 684.] Xenarchum Seleucensem peripateticum. et lib. XVI. [T. VI. p. 54.] scribit, se τὰ Ἀριστοτέλους συμφιλοσοφῆσαι, hoc est, exercuisse se in philosophia Aristotelis cum Boëtho Sidonio. Unde adductus est Xylander, ut putaret, peripateticae sectae fuisse addictum Strabonem: idque (inquit) ex sparsis hoc opere disputationibus variis licet intelligere. Sane si docte et subtiliter scribere ac disputare, solis peripateticis convenire et proprium esse, concedimus: concedam ego quoque libens, peripateticum Strabonem fuisse, et quidem ἐν τοῖς μάλιστα. Sed profecto non ita est: neque vere hoc a Xylandro est annotatum. Ipse Strabo multis locis Stoicum se fuisse satis aperte, nisi ἐθελοσυμφοῦμεν, indicat: et veteres fere Strabonem quum laudant, Stoicum semper nominant. Et vero id ut non esset, disputationes, quas Xylander ait, ipsum jugulant: in quibus nihil non στωϊκώτατον, et ex penitissimis Stoicae disciplinae fontibus haustum reperies: quod quia suis locis *) a nobis est annotatum, non refellemus hoc loco pluribus insignem hunc Xylandri errorem. Porro quo vitae genere usus sit, et ubi potissimum vixerit, itemque ejus mortem, quum nemo veterum ea de re scriptum quicquam reliquerit, nos hodie ignorare necesse est: nisi quod ipse de se et suis peregrinationibus (quae maximae fuere in Italiam, in Aegyptum, in Aethiopiam, et alias longinquas regiones) multa, prout dabatur occasio, literis mandavit: quae cum omnibus obvia sint hos libros volventibus, non teram frustra tempus pluribus hoc loco ea commemorans. Scripsit praeter Geographicum hoc opus etiam historicos Commentarios: quod opus, si Suidae **). credimus, in libros

*) V. c. p. 20. 29. 278. ed. Almel. Fr.
**) Vid. s. v. Πολύβιος. T. III. p. 143. cf. *Fabric.* Bibl. Gr. T. IV. p. 677. ed. Harl. Fr.

XLIII. fuit distinctum: videtur autem mihi ejus pars proprium nomen habuisse *Τὰ μετὰ Πολύβιον*. Sic enim puto accipienda ejus verba lib. XI. [T. IV. p. 502.] quibus ait de Parthis plura se scripsisse *ἐν τῇ ἑκτῃ τῶν ἱστορικῶν ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρᾳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον*. ut idem liber intelligatur, qui fuerit sextus totius operis, secundus autem *τῶν μετὰ Πολύβιον*. Meminere autem Strabonis aliqui e veteribus: sed admodum pauci, et, ut opinor, praeter Plutarchum, Josephum et Tertullianum, nemo. Nam Julianum quidem Architectum, Stephanum, Socratem, Euagrium, Suidam, Eustathium, Jornandem, et reliquos id genus, praetermitto. Jam quod scribit Strabo libro secundo [T. I. p. 189.] *τὸ ὑπομνηματίσασθαι τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις*, nescio an ita debeamus accipere, ut fuisse ab eo historiam Alexandri conscriptam intelligamus. Non enim alibi factam reperio ejus operis mentionem: et videntur posse illa accipi de iis, quae cum alibi multis locis, tum maxime libris tribus postremis, de rebus gestis Alexandri scribit. Illud constat, post conscriptos historicos Commentarios tum demum appulisse Strabonem animum ad scriptionem hujus operis, cum jam aetatem eam esset assecutus, quae scientiam et experientiam rerum quam plurimarum afferre (studiosis quidem certe hominibus) potest, soletque. Id enim ipse testatur libro primo. Quanquam quum attentius hos libros lego, venio in hanc sententiam, ut putem multis ante annis de hoc opere eum cogitasse, primaque ejus lineamenta duxisse, semperque in eo exornando perseverasse, donec ad extremam senectutem pervenit: quo quidem tempore opus ita limatum et perpolitum in vulgus edidisse videtur. Id ex eo maxime intelligimus, quod multa narret Strabo, ut recens facta, vel quae adhuc gerantur, quae tamen historiae eorum temporum testantur non mediocri temporum intervallo fuisse disjuncta: unde constat, non uno aut altero mense conscriptum hoc opus fuisse:

[illegible] spatio magna cura et diligentia ela[illegible] ut jam mirum non sit, tantam ejus esse prae[illegible] quantam docti viri et sani judicii uno ore [illegible] omnes et profitentur. Restabat ut de Stra[illegible] aliquid diceremus: quae quidem quaestio [illegible] est difficilis (maxime ob locum Athenaei) [illegible] tenebrionum culpa ita nonnullis obscura [illegible] ut non defuerint qui negarint Strabonem esse, qui [illegible] studiosorum manibus versatur: sed alium, ne[illegible] quem ipsi Stratonem indigitant. Primus [illegible] sententiae auctor Franciscus Patricius,*) homo [illegible]: qui in suis Peripateticis discussionibus longa di[illegible]one hoc paradoxum probare conatus est, et si sta[illegible] quorundam sententia, abunde probavit. Deinde [illegible] sunt alii, qui ut omnia sibi esse lecta ostenderent, [illegible] praestantissimum auctorem non Strabonem, ut [illegible] mortales, veteres, recentiores, omnes: sed Stra[illegible] cum Patricio appellare coeperunt. Ac quamquam [illegible] ita diffidimus doctorum hominum judiciis, ut lon[illegible] oratione ad horum sententiam refellendam opus esse [illegible]remus: dicerem tamen ea de re quid nobis videa[illegible], et Achillea illa Patricii argumenta dilueremus: nisi et temporis premeremur angustiis, et factum id a nobis esset in eo scripto, quod adversus Patricii librum paramus, quodque brevi faciente Deo Opt. Max. edemus. Interea testatum hoc volumus, non recusare nos, ut inepti, nullius judicii, ac plane stulti habeamur, si vel unicum verbum in hanc sententiam ab illo magno Critico, aut magno potius errorum hamaxario, prolatum sit, quod falsum non sit, ineptum, et prorsus eo homine dignum, qui nullo judicio in bonis scriptoribus versatur: idque ita esse suo loco, ut jam diximus, manifestissime probabimus. Sed et ad librum XII. notare

*) Cui adstipulatur *Bisciola* Tom. 2. horar. subcisiv. c. 5.

nos meminimus, videri Strabonem diem suum obiisse (aut desiisse certe scribere, ac paullo post obiisse) ante annum A. V. C. DCCLXXVIII. qui fuit annus Tiberii XI. vel XII. quo anno Cyzicenis ademptam fuisse libertatem Tacitus auctor est, quam ipse disertis verbis eis tribuit. Atque hoc ante me observasse scripsisseque eruditissimum Taciti interpretem video.

JUDICIA ET TESTIMONIA DE STRABONE.

Suidas. *)

Στράβων, Ἀμασεὺς φιλόσοφος καὶ γεωγράφος. **)

Fr. Patricius de Regno et Regis Institut. p. 170. Edit. Paris.

Geographorum princeps Strabo.

---

*) S. h. v. T. III. p. 379. ed. Küst. Idem significatur s. v. *Στράτων*. T. III. p. 382. Citatur etiam s. v. *Πολύβιος*. T. III. p. 143. s. v. *Λοίκουλλος*. T. II. p. 460. s. v. *Ἄβυδών*. T. I. p. 15. et Zonar. Lex. T. I. p. 147. ed. Tittm., ut alios grammaticos et scholiastas, suis locis commemorandos, omittam. Fr.

**) Eadem habet Eudocia in Viol. *Villois.* Anecdd. Grr. T. I. p. 388. ubi solemni errore Geographus laudatur etiam s. v.

Idem pag. 194.

Strabo, Cretensis, (male pro *Cappadox*) vir plurimae lectionis, summa diligentia, uberique doctrina omnia complexus est, adeo, ut consummato operi nihil adjici possit.

Lud. Cael. Rhodigin. Lection. Antiq. L. XXI. *c.* 25.

Strabo non Historicus modo praesignis, sed Philosophus quoque et Mathematicus, adeo celebris et pervulgati nominis, ut eum Thessalonicensis Eustathius, per quandam exochen, Geographi nomine persaepe significet.

Budaeus de Asse Libr. 1. *p.* 86. *ed.* 1542.

Is erit potissimum Strabo, genere Cappadox, eruditione Graecus, judicio priscus, conversatione incolatuque Romanus, terrarum multarum peragrator, ut ex Geographia ejus patet.

Petrus Victorius Var. Lect. VIII. 17.

Strabo gravis et eruditus scriptor.

Idem Lib. XIII. *c.* 3.

Strabo etiam diligentissimus scriptor.

Delrius ad Solin. Polyhist. c. 41.

Strabo etiam magnus auctor.

Casaubon. ad Matth. cap. 11.

Gravis auctor, et praestantissimus scriptor et Geographiorum princeps.

Casaubonus ad Athenaeum Lib. XIV. *c.* 21.

Strabo, *γεωγραφουμένων* eruditissimus scriptor.

Idem Exercitat. ad Annal. Eccles. Baron. Ann. XXXIV. *N.* CXVI. *pag.* 552. *ed.* 1655.

Sed Strabo, scriptor apprime serius.

Στράτων, de quo sufficiunt quae dixit *Casaub.* in fine dissert. de *Strabone*. Ap. Eud. vero, quemadmodum ap. Suid., pro *ἐν βιβλίοις ζ'* legendum est *ἑξ'*. Fr.

Lipsius ad Tacit. Ann. II. *c.* 60.

Strabo pleraque refert oculata fide: egregius, me hercules, et non ad vulgi gustum scriptor.

Idem Manuduction. ad Philos. Stoicam L. I. *dissert.* 7.

Addo Strabonem Geographum, insignis judicii et prudentiae virum.

Idem Epistol. Miscell. cent. II. *ep.* 84.

Strabonem tuum vidimus, et multa in eo proba. Perge, per Deum, et quoniam Scaliger noster in hoc genere silet, Tu prodi, et age hanc personam.

Goropius Becanus Hispanic. Lib. V. *pag.* 75.

Neminem eorum novi, qui ante Ptolemaeum fuerunt a docta terrarum descriptione nobiles, qui plurium auctorum in hoc argumenti genere cum laude versatorum monumenta nobis et testimonia reliquerit, quam Strabo; qui propter excellentiam, qua ceteris praevertit, frequenter apud Graecos poëtarum interpretes, non expresso nomine, Geographus vocatur.

Camerarius in Homerum pag. 196. *Edit. Scherpezeelianae.*

Quae (*Strabonis scripta*) utinam edita essent incorruptius. Ita enim scatent mendis, ut non solum diligentem, sed etiam eruditum lectorem insistere innumerabilibus in locis et haerere necesse sit.

Christoph. Colerus Epist. de Studio Politico.

Ad Miscellos tuos venio. Varium illud et naturae aemulum Plinii opus habendum. Vel illa, quae de mundo et ejus partibus scripsit, quam tibi cognoscenda necessarios. Idem de Strabone censeo, quo nemo γεωγραφικὰ diligentius scripsit. Cura ei non τόπων tantum, sed etiam τῶν τρόπων. Respublicas varias recenset, militiam attingit, historicos ac poëtas perpensat.

Philip. Cluverius in Praef. Germaniae Antiq.

Talis itaque fere est geographia Plinii. Strabóni, Graeco ab Asia scriptori, merito omnium Latinorum pariter ac Graecorum Geographorum principatum detuleris, si historiam cum geographia conjungere optimi est geographi. Namque hic unus, non nuda tantum fluminum, montium, litorum, locorum, ac regionum incolarumque tradit vocabula, sed, quae varie ac diverse ab superioribus auctoribus tradita fuerunt, ipse sedulus disputat, falsa discutit, veraque adserit. Dein origines gentium, mores et ritus, item regnorum rerumpublicarumque nobiliorum ortus, incrementa, summa fastigia, mutationes, atque interitus, nec non res gestas, et alia cognitu vel necessaria vel digna, ubique adnotat.

P. Bertius in descriptione Galliae pag. 205.

Operae pretium est, de bellica eorum virtute audire Strabonem, virum peritissimum, genere Cappadocem, eruditione Graecum, judicio priscum, incolatu Romanum, terrarum multarum peragratorem.

Gerardus Joannes Vossius de Histor. Graec. Lib. 11. *cap.* 6.

Venio nunc ad historicos illos, quos ultra Augusti tempora extendisse vitam suam constet. Est inter eos Strabo, vir profecto maximus. Ad patriam quod attinet, Cnosso quidem, Cretae civitate, oriundus erat, ut lib. x. [T. IV. p. 247. huj. ed.] ipse refert: (unde Cretensem alicubi vocat Joannes Aventinus (*In iis, quae de auctoribus primo Annalium suorum libro praemittit*):) sed natus fuit Amasiae, civitate Ponti. Cujus non est, quod Suidam laudemus auctorem; quandoquidem ipse hoc de se profitetur in duodecimo Geographiae [T. V. p. 143. et 145. huj. ed.], ubi, exponens quandam Ponti partem, ait: *Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὸ μὲν προσάρκτιον πλευρὸν ἡ Ταζηλωτὸς συγκλείει, καὶ ἡ τῶν Ἀμασηνῶν· τὸ δὲ*

ἑσπέριον ὁ Ἅλυς· τὸ δ' ἑῷον ἡ Φαναροία· τὸ δὲ λοιπὸν ἡ ἡμετέρα ἡ τῶν Ἀμασέων, πολὺ πασῶν πλείστη καὶ ἀρίστη. *Hujus regionis septentrionale latus Gazelotus, et ager Amasenus, includunt: occiduum, Halys: orientale, Phanaroea: reliquum,* NOSTRA *Amasensium terra, omnium multo amplissima, et optima.* Exstant ejus XVII. Geographiae libri; quos non una de caussa maximi facere oportet. Fuit enim egregius philosophus; ac, Xylandrum quidem si audimus, secta Peripateticus erat. Quam sententiam refellit Stephanus [p. 115. ed. Berk.] his verbis: Ἀμάσεια, πόλις Ποντική, ἀφ' ἧς Στράβων ὁ Στωϊκὸς φιλόσοφος. (*Amasia, civitas Pontica; ex qua Strabo, philosophus Stoicus.*) Idem Suidas testatur. (*In* Amasia, *juxta interpretationem Wolfii, nescio ex quibus codd. Graecis. Nam in vulgatis id desideratur.*) Possem et alios adferre. Sed nihil opus est testibus, quando hoc indicat ipse Strabo lib. II. [T. I. p. 276. huj. ed.], ubi dicit, Posidonium *) saepe de caussis disputare, inque multis Aristotelem imitari: suae vero sectae homines fugere istaec ob caussarum obscuritatem. Graeca siquis malit, en verba: Πολὺ γάρ ἐστι τὸ αἰτιολογικὸν παρὰ αὐτῷ καὶ τὸ Ἀριστοτελίζον, ὅπερ ἐκκλίνουσιν οἱ ἡμέτεροι διὰ τὴν ἐπίκρυψιν τῶν αἰτιῶν. Et sane Stoico magis, quam Peripatetico, conveniunt verba illa lib. IV. [T. II. p. 21. huj. ed.] Καὶ γὰρ ἐν τοῖς περὶ τῆς προνοίας καὶ τῆς εἱμαρμένης λόγοις εὕροι τις ἂν πολλὰ τοιαῦτα τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν φύσει γενομένων, ὥστ' ἐπ' αὐτῶν φάναι, πολὺ κρεῖττον εἶναι τόδε ἢ τόδε γενέσθαι· οἷον εὔορμον εἶναι τὴν Αἴγυπτον· ἀλλὰ μὴ τὴν Αἰθιοπίαν ποτίζειν τὴν γῆν· καὶ τὸν Πάρον εἰς τὴν Σπάρτην πλέοντα ναυαγίῳ περιπεσεῖν· ἀλλὰ μὴ τὴν Ἑλένην ἁρπάσαντα δίκας τίσαι τοῖς ἀδικηθεῖσιν ὕστερον, ἵνα τοσοῦτον ἀπειργάσατο φθόρον Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων· ὅπερ Εὐριπίδης ἀνήνεγκεν εἰς τὸν Δία.

*) cf. *Bak.* ad Posidon. fragm. p. 29. sq. Fr.

Ζενὸς γὰρ κακὸν μὲν Τρωσὶ, πῆμα δ' Ἑλλάδι
*Θέλων γενέσθαι, τοῖ *) ἐβούλευσεν πατήρ.*

Hoc est, *Nam ubi de providentia et fato disputatur, multa inveneris alioqui in rebus humanis ac naturalibus, de quibus dicerès, praestitisse alio, quam hoc modo, ea fieri. Ut, verbi gratia, imbribus potius irriguam Aegyptum debuisse esse, quam ab Aethiopia humorem accipere: et Paridem, cum Spartam peteret, debuisse potius naufragium facere, quam, rapta Helena, poenas postmodo sceleris dare, auctorem tantae cladis Graecorum, ac Barbarorum; quam Euripides Jovi imputat:*

Teucris malum, Helladique cladem Jupiter
Contingere volens, ista decrevit pater.

Hactenus Strabo. Nec tamen philosophiae Peripateticae ignarus fuit. Siquidem in ea se cum Boëtho Sidonio exercuit: ut ipse ait lib. XVI. [T. VI. p. 541. huj. ed.] ac libro XIV. [T. V. p. 684. huj. ed.] praeceptorem suum vocat Xenarchum Seleuciensem, peripateticum. Alterum etiam est, quod labores Strabonis maximopere nobis commendet. Siquidem priorum geographorum nemo plus terrarum lustravit: ut ex his cognoscimus, quae scripsit lib. II. [T. I. p. 111.] Ea Latine sic sonant: *Exponemus, tum quae ipsi obivimus terra marique, tum de quibus aliorum sermonibus, aut scriptis, nobis fides est facta. Ipsi obivimus versus occasum ab Armenia usque ad Etruriae loca Sardiniae opposita: versus meridiem ab Euxino ponto usque ad fines Aethiopiae. Neque vero reliquorum, qui situm descripserunt, quemquam invenies, qui dicta intervalla obeundo multo plura, atque nos, praestiterit. Nam qui in occidua*

*) Unde lectionem haud vero abeimilem τοῖ̈ hauserit *Vossius*, dicere non habeo. In Editt. est τάδ', quod e Codd. mutari debet in τα῀ῦ'. Tr.

plaga plura viderunt, orientalium non tantum, quantum nos, attigerunt: contra alii pauciora in occasu: quod idem de septentrione et meridie affirmo. Priusquam vero hos libros scriberet, ediderat ipse ὑπομνήματα ἱστορικὰ, χρήσιμα εἰς τὴν ἠθικὴν καὶ πολιτικὴν φιλοσοφίαν, (*Commentarios historicos, utiles ad moralem ac civilem philosophiam,*) quemadmodum ipse testatur lib. I. [T. I. p. 35.] Geographiae. Scripsit etiam, quae consecuta sunt post illa, quae Polybius consignavit. Nam lib. XI. [T. IV. p. 302.] de Parthis se plura ait scripsisse ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱστορικῶν ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρῳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον. (*In sexto quidem commentariorum historicorum; secundo autem illorum, quibus historiam Polybii continuat.*) Nempe geminum opus adsignat, quorum utroque de Parthis non minus, quam in geographicis, tractarit. Possis tamen cum doctissimo Casaubono aliter etiam haec verba capere. Nempe ut idem liber intelligatur, qui sextus fuerit commentariorum historicorum, hoc est operis universi: secundus vero partis ejus, quae persequebatur res gestas post illa Polybii. Fortasse et in historicis commentariis egerat de rebus ab Alexandro gestis. Nam libro secundo [T. I. p. 189.] ait se ὑπομνηματίσασθαι τὰς Ἀλεξάνδρου πράξεις. (*commentatum esse de gestis Alexandri.*) Nisi, cum Casaubono, malis ea capere de istis, quae, cum aliis, tum imprimis tribus postremis de Alexandro libris adfert. Sed mihi altera sententia non minus verisimilis videtur. Quando vixerit, ostendit lib. XIII. [T. V. p. 476.] cum ait: Ἡ δὲ Τιβερίου πρόνοια, τοῦ καθ' ἡμᾶς ἡγεμόνος. (*Tiberii autem Caesaris providentia, qui nostra aetate rerum potitur.*) Et lib. IV. [T. II. p. 86.] ubi ait, scribere se istaec anno XXXIII. post Noricos, Carnos, atque alias gentes Inalpinas, a Tiberio et Druso devictas. Accidit vero hoc anno ab U. C. IↃCCXXXVIII. qui primus fuit Olympiadis CXCI. Ergo Geographiam suam scribebat anno U. C. IↃCCLXXI. quarto anno im-

perii Tiberii Caesaris. Fuisse vero tum aetatis admodum provectae, inde videmus, quod libro II. [T. I. p. 313.] dicat, amicum ac sodalem suum fuisse Aelium Cornelium Gallum, qui primus Aegypto praefuit: quicum et Memnonis statuam, tantopere scriptoribus antiquis celebratam, vidisse se scribit libro XVII. [T. VI. p. 599.]. Atqui Gallus iste praeesse Aegypto coepit mox post Antonii ac Cleopatrae mortem, a quo anno coepit nova aera Aegyptiaca. Praefuit vero Aegypto quadriennium. Nam interemit se Caesare Octaviano VIII. et L. Statilio Tauro coss. Unde usque ad quartum Tiberii annum, quo Strabo scribebat, anni sunt tres et quadraginta. Atqui jam tum, cum Gallus, vir tantae et eruditionis et dignitatis, Strabone amico adeo et familiari uteretur, alicujus hunc nominis fuisse, nemo, ut puto, inficiabitur. Quare vel ex eo, quod dixi, argumento, grandem aetate fuisse Strabonem, cum geographiam suam ederet, satis evidens esse arbitror.

P. D. Huetius Demonstr. Euangel. Proposit. IV. *cap.* 2. §. 42.

Huic subjiciemus Strabonem, virum pretii quantivis, qui de Mose et Judaeis summo candore disseruit.

Sam. Bochartus Hieroz. L. III. *c.* 31.

Strabo acerrimi judicii scriptor.

Marsilius Cagnatus Observationum Lib. III. *cap.* 20.

De aetate et patria Strabonis multa praeclara et egregia congessit.

ΕΙΣ
ΙΣΑΑΚΟΝ ΚΑΣΑΒΩΝΑ,
ΚΑΙ ΤΟΝ ΤΠ' ΑΥΤΟΥ ΔΙΟΡΘΩΘΕΝΤΑ
ΣΤΡΑΒΩΝΑ.

Ἱστορίαι μὲν ἔσαν τὸ πάρος Στράβωνος ἀφεγγεῖς·
Καὶ πολλοῖς πάντη οἷονεὶ ἀπρόσιτος.
Οὕνεκα παμπόλλους ἔνιος καμάτους ὑπέμεινεν·
Αὐτὰρ πλεῖστα λίπον σφάλματα πολλαχόθι.
Ταῦτα κατωρθωσεν σπουδῇ ΚΑΣΑΒΩΝ πολύμοχθος,
Καὶ τῷ Γαιογράφῳ λαμπρὸν ἔνεγκε φάος.
Ἀνθ' ὅτου οἱ μείζω χάριν ἴδμεναι ἄμμες ἔοικεν·
Δίθιος τ' αὐτοῦ αἱρέμεναι τὸ κλέος.

Ἰ. Ἀντ. τοῦ Σαρακηνοῦ.

IN STRABONEM
ISAACI CASAUBONI
SOLERTIA EMENDATUM.

Ille STRABO, totumque videns visusque per orbem,
Nec visus tandem, nec fuit orbe videns.
Ille STRABO, sophiae possis quem dicere lumen,
Lumine cassus erat: lumine clarus adest.
Abstulit huic oculos tempus, rursumque revertens
Ablatos tempus reddidit huic oculos.
Namque salutifera dexter CASAUBONUS arte,
Excitus genio, Phoebe perite, tuo,
Commoda felici miscens collyria dextra,
Hunc semel exceptum luce recente beat.
Artificis miranda manus, medicamina mira!
Nempe, STRABO ut rectum contueatur, agunt.

ANT. FAJUS.

IN
STRABONIS GEOGRAPHICOS LIBROS
AB ISAACO CASAUBONO
FELICISSIME ET ERUDITISSIME EMENDATOS
TH. BEZAE CARMEN.

TER senos agerem vitae quum fervidus annos,
Visendique orbis pulchro succensus amore:
Hoc duce fretus ego, quo nullus certius uno
Monstravit, mundo visendum quidquid in omni,
Et maria et terras, Hispanis orsus ab oris,
Impiger inspexi, gelidam qua se usque sub Arctum
Porrigit Europa, et Tanais se littore claudens
Inde petit variis sinuosum amfractibus Austrum,
Limitis Eoi qua servat Barbarus oras
Sauromata, inde Thracesque truces, Macedoque superbus,
Et qua Cycladibus collisum funditur aequor
Aegeum, Euripique diu latrantibus undis
Infractum doctas versus deflectit Athenas:
Et bimaris tandem elapsum de faucibus Isthmi,
Hinc Maleam, hinc contra Minoia littora pulsat.
Ionio exceptum, quo tota infraque supraque
Itala terrarum domitrix praetexitur ora,
P. 17. l. 12. τὸν μὲν οὖν ἐκδοῦναι πρῶτον γεωγραφικὸν πίνακα] Laërtius ait, Anaximandrum omnium primum γῆς καὶ θαλάσσης περίμετρον edidisse. CASAUB.

Vid. Fabric. Bibl. Antiq. p. m. 194. Cagnat. Varr. Observv. IV, 5. Perizon. ad Aelian. V. H. III, 28. Bruck. Hist. Philos. T. I. p. 480. Polit. in animadvss. ad Eustath. in Dionys. L. I. c. 4. p. 124. sqq. et c. 10. p. 149. TZSCH.

His adde *Creuzer.* in Fragm. Historic. Graec. p. 9. sqq. Ante Anaximandrum tabulas geographicas confectas fuisse suspicatur *Penzel.* ad h. l. T. I. p. 56. ex narratione de Aristagora, qui paulo post Anaximandrum vixerit, et Apoll. Rhod. IV, 279. sqq., sed tales, quae nonnisi singulas regiones continerent. Caeterum pro γράμμα Med. 2. e corr. πρᾶγμα: de qua permutatione cf. *Coray* ad Plutarch. T. IV. p. 336. et 473. *Bast.* et *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 185. sq. Illud vero pro σύγγραμμα dictum non offendit, quanquam infra L. I. T. I. p. 34. sic locutus est. V. *Valcken.* Animadvss. ad Ammon. p. 56. sqq. Sic variant codd. in Marini Vit. Procl. p. 113. ed. Boisson. et Eustathius in Epist. ante Commentar. in Dionys. Perieg. Igitur non faciam cum *Schweighaeusero*, qui in Polyb. II, 56, 2. ex *uno* cod. συγγράμμασιν pro vulg. γράμμασιν scribendum esse dicit. Vid. etiam *Sturz.* in Lex. Xenoph. T. I. p. 607. et *Suic.* Thes. Eccles. T. I. p. 780. FR.

P. 17. l. 13. καταλιπεῖν γράμμα] In epitome σύγγραμμα. Citatur passim Hecataei περιήγησις sive περίοδος Ἀσίας καὶ Εὐρώπης. CASAUB.

P. 17. l. 14. πιστούμενον] Manuss. πιστευόμενον, et ita lege. [Ita quoque Eton. e corr. rec. A vulg. non re-

*) Nota res. v, *Siebel.* ad Hellen. p. 339. coll. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de comp. p. 268. Epitome habet μαθητής, ut Strabo ipse de eodem L. XIV. T. V. p. 512. FR.

cessit *Breq.* „Lege *πιστούμενον* ex *πιστόω*. Inepte *Cas.* mutat.“ *Villebr.* ad h. l. Idem retinendum censet *Creuz.* l. l. p. 28. not. Recte. Strab. L. VIII. T. III. p. 47. *ἀπὸ τούτων ἐπιθέτως Γερήνιον εἰρῆσθαι πιστούμενοι τὸν Νέστορα*, ubi antecesserant synonyma *δεικνύντες, ἀποφαίνουσι, φασί.* L. XI. T. IV. p. 402. *βουλόμενοι συγγένειαν ἐμφανίζειν, ἀπὸ τούτων πιστοῦνται.* Fr.] Quod autem ait, *ἐκ τῆς γραφῆς* apparere, non falso fuisse Hecataeo attributum eum librum, qui terrae descriptionem continebat, Eratosthenem sequitur. Nam alii aliter sentiebant: Athenaeus II. 27. autem refert, fuisse id opus a Callimacho, in recensu omnium scriptorum, alii quam Hecataeo tributum. *) Casaub.

P. 17. l. 15. *Ἀλλὰ μὴν ὅτι γε δεῖ πρὸς ταῦτα πολυμαθείας*] Secundum argumentum explicare et confirmare ag- [P] greditur. Id erat, Geographiam absque rerum quamplurimarum cognitione parari non posse. Hipparchi primum rationibus utitur: deinde suas ipse profert. Casaub.

Φιλομαθίας Par. 3. Utrumque Par. 2. *φιλομαθείας* Esc. Mosc. Vulg. agnoscit Vet. Intpr. et bene se tuetur frequentissima ejusdem rei in seqq. commemoratione. Dein Mosc. *Ἐρατοσθένην*, quod notum est. Fr.

P. 18. l. 2. *ἄνευ τῆς τῶν οὐρανίων καὶ τῆς τῶν ἐκλ.*] Vide ad hunc locum, quae docet Ptolemaeus lib. I. *ὑφηγ.* cap. secundo, et seq. Ait autem, diligenti observatione opus esse *τῶν οὐρανίων* et *τῶν ἐκλείψεων*: utriusque mox proponit exemplum. Nam quod de latitudine regionum dignoscenda per observationem climatum additur, pertinet ad prius membrum: quod de longitudine, ad posterius. Casaub.

P. 18. l. 4. *οἷον Ἀλεξάνδρειαν τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ*] Manuss. *τὴν πρὸς Αἰγύπτῳ*, quam lectionem, et rei veritas, et consuetudo loquendi familiaris Straboni confirmant. Infra eodem lib. [T. I. p. 157.] *Ἡμῶν δ' ἐπιδημούντων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἰγύπτῳ.* Casaub.

Exhibent idem Par. 1. 2. 5. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. Ald. Breq. In Hopp. plane desideratur, unde forsan natum est *ἐν* in ejus locum parum caute substitutum. Cf.

*) Plura de hoc argumento disserit *Ukert* in libello: *Untersuch. d. Geogr. des Hekatäus.* p. 5. sqq. supra jamjam laudato, et in *Geogr. d. Griech. u. Röm.* T. I. P. I. p. 69. sqq. *Creuz. fragm. Historic. Graec.* p. 27. sqq. Fr.

[L. I. T. I. p. 157. Sprhn.] L. II. T. I. p. 357. L. V. T. II. p. 107. Sed L. II. T. I. p. 335. vocatur ἡ κατ' Αἴγ. Tum Par. 3. et 2. οὐχ οἷός τε, sed al. m. supr. οἷον. Tum *Breq.* edidit προπαραπεχωρησίας, quod etiam in Med. 1. 2. legitur. Qua auctoritate nitatur, nescio. Sanum vulg. Strab. L. X. T. IV. p. 80. πρὸς μεσημβρίαν μᾶλλον ἢ ἧττον παραχωρεῖν. Mosc. Bemb. Stroz. ἐλλειπτικῶν pro ἐκλ. Fa.

P. 18. l. 5. πότερον ἀρκτικωτέρα Βαβυλῶνος ἢ νοτιωτέρα] Ex observationibus Ptolemaei facile id intellectu. Latitudo Alexandriae ab eo ponitur graduum xxxi. Babylonis xxxv. Australior igitur Alexandria totis gradibus iv. Casaub.

P. 18. l. 6. ἐφ' ὁπόσον διάστημα] Non quaeritur, quot stadia intersint inter Alexandream et Babylonem, quod falso posuit interpres, sed quae sit harum urbium situs latitudinis differentia, ut in scholis loqui receptum est, hoc est, cum neutra sit sub aequatore sita, utra earum magis versus septentriones (nam in hanc partem declinant) ab eo distet, et ad quot partes circuli maximi. Id quod ratione climatum deprehendi verum est, et, quibus ea distinguuntur, parallelorum. Latitudo Alexandreae partium 31. est minor 4. partibus, quarum 360 integrum circulum explent, quam Babylonis, ubi polus noster elevatur gradibus 35. et sub parallelo 10 haec, illa sub 8 ponitur. Longitudines autem locorum, quae ad occasus et ortus discrimen referuntur, comparandi per eclipsium observationes, ratio est expeditissima, ut fatentur Mathematici, qui tamen alios quoque hujus rei quasi *devexos* excogitarunt, hic non referendos. Alexandreae longitudo est 60. 50. Babylonis 79. ut in promtu sit colligere, hanc a Meridiano fortunatarum insularum multo abesse, quam illam, longius. Haec autem longitudinum et latitudinum comparatio cum totius est Geographiae, tum et distantiae locorum inveniendae fundamentum. Xyland.

τῆς διὰ τῶν κλιμάτων] Utraque urbs in eodem sita est climate, nempe iii. quod διὰ Ἀλεξανδρείας nuncupatur: differentia a varietate parallelorum pendet. Casaub.

P. 18. l. 9. πλὴν ἡ διὰ τῶν ἐκλειπτικῶν ἡλίου καὶ σελήνης συγκρίσεων] Nam etsi eodem momento ubique appareat ἡ ἔκλειψις: tamen non apparet ubique κατὰ καιροὺς ὡρονύμους: nec eadem est tunc temporis ubique seu diei seu noctis hora. Quibus igitur in locis major pars vel

diei vel noctis fuerit tunc peracta, ii loci intelliguntur esse orienti propiores. Exempla pete e Plinio lib. secundo, cap. LXX. et Ptolemaeo, Τρίγ. lib. primo cap. IV. CASAUB.

P. 18. l. 10. οὗτος δὲ δὴ τοσαῦτα φησὶν] Lege, οὗτός τε δή. Sic lib. XIII. [T. V. p. 463.] οὗτός τε δὴ ὀνόματος ἠξίωται. nec bene vett. codd. οὗ δὲ δή. CASAUB.

Οὗ Par. 1. οὗτος Par. 2. et οὗ al. m. supr.; οὗτος, et οὗ e corr., Med. 2. Vet. Intpr. *ubi et haec dicit.* ταῦτα Eton. Mosc. et e corr. Med. 2. *Sieb.* male refert *Cas.* conj. *Villebr.* ad h. l. „Optime οὗ, contra *Cas.*, quod „probat verba ἅπαντες etc. esse Hipparchi." Equidem Cod. Ven. secutus scripserim οὗτος δὲ δὴ τοσαῦτα s. ταῦτα eo magis, quod eadem fere est vocum οὗ et οὗτος in codd. forma (v. *Bast.* et *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 828. sq.) et perquam frequens οὕτω δὴ locutio. (v. Intpp. ad eund. p. 499. Strab. L. I. T. I. p. 53.). Neque tamen offendere debebat *Cas.* in δὲ δή: v. Strab. L. I. T. I. p. 25. 47. 88. 112. et *Jacobs.* Additam. Animadvss. ad Athen. p. 352. idemque ad Anthol. Gr. T. XIII. p. 111. Denique in ταῦτα et τοσαῦτα tum codd. tum scriptor ipse varhat. *Penselius* his omissis optime sibi consuluit. FR.

P. 18. l. 11. ἅπαντες ὅσοι] Post allatas Hipparchi rationes, nunc alias incipit afferre. Sensus hujus periodi est: Cum igitur Hipparchus hoc ait, (quod videlicet jam dixi) tum omnes ita sentiunt, ut nimirum exponam mox. Legendum autem, ἅπαντες δὲ ὅσοι: quam levem mendam non animadverteus interpres peccat graviter. Existimat enim etiam, quae sequuntur, ex Hipparcho afferri: quod non puto. *) CASAUB.

P. 18. l. 13. καὶ γεωμετρίας, σχήματα] Ita edidimus [καὶ γεωμετρίας σχήματα], quia hanc distinctionem secutus est interpres. Legendum vero προσάπτονται καὶ τῶν οὐρανίων καὶ γεωμετρίας, σχήματα, καὶ μεγέθη, καὶ ἀποστήματα καὶ κλίματα δηλοῦντες. In vett. lib. verba illa, καὶ μεγέθη καὶ ἀποστήματα, desiderabantur: fortasse non male. **) Sensus est, eos, qui locorum ἰδιότητας describere,

*) Cum *Cas.* sentit *Breq.* ejusque interpungendi rationem sequitur. FR.

**) Desunt etiam in Mosc. et καὶ μεγέθη in Par. 1. καὶ μεγεθος habet Par. 2. Verum solemnis est harum rerum conjunctio, σχήματα καὶ μεγέθη, ἀποστήματα καὶ κλίματα, θάλπη καὶ ψί-

sive χωρογραφεῖν instituunt, cogi saltem leviter τὰ οὐράνια et τὴν γεωμετρίαν attingere, dum situm, figuram, magnitudinem, distantiam ab aliis locis, ac partium inter se σχέσιν declarant. Paullo post ait, qui scripsere Λεμίνας et Περίπλους, nec adhibuere, quae erant ἐκ τῶν οὐρανίων, καὶ τῶν μαθημάτων addenda, reliquisse ἀτελῆ τὴν ἐπίσκεψιν. Aliter Ptolemaeus sentire videtur, qui pronuntiat, τῇ χωρογραφίᾳ οὐ δεῖν μεθόδου μαθηματικῆς. Casaub.

P. 19. l. 1. οἶκον κατασκευάζων οἰκοδόμος *)] Vitruvius lib. VI. c. 1. *Haec autem ita erunt recte disposita, si primo animadversum fuerit, quibus regionibus, aut quibus inclinationibus mundi constituantur. Namque aliter Aegypto, aliter* [?] *Hispania, non eodem modo Ponto, dissimiliter Romae, item caeteris terrarum et regionum proprietatibus oportere videntur constitui genera aedificiorum. Quod alia parte Solis cursus premitur tellus, alia longe ab eo distat, alia per medium temperatur.* Pertinent eodem, quae ex Juliano architectonico profert Harmenopulus lib. II. Casaub.

P. 19. l. 2. καὶ πόλιν κτίζων ἀρχιτέκτων] Vide praecepta hac de re apud Aristotelem Πολιτικῆς lib. VIII. cap. XI. et Vitruvium lib. I. cap. IV. Casaub.

Ibid. μή τι γε ὅλην ἐπισκοπῶν τὴν οἰκουμένην ἀνήρ.] nedum Geographus. Sic lib. II. [T. I. p. 290.] μή τι γε τὴν ὅλην οἰκουμένην τοποθετῶν. Hesychius [T. II. p. 597.], μή τι γε, πόσῳ γε μᾶλλον. saepius tamen legas μὴ ὅτι γε.**) Casaub.

P. 19. l. 5. τὸ πρὸς ἄρκτους τι ἢ πρὸς νότον] Esc. πρὸς ἄρκτον. Mosc. πρὸς ἄρκτους, sed syllaba ους linea traducta deletur et ον superscr. V. not. ad p. 7. l. 3. [T. VII. p. 179.] Vox τι omittitur in Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Mosc. Vet. Intpr. nec magnopere desiderabitur. ἐστὶ — νοτίων desunt in Med. 2. sed add. in marg. ubi ἐστὶ, quod habent etiam Med. 1. Eton. Esc. Mosc. Par. 1. 2. Vet. Intpr. Ald.

ση, quas omnes hic commemorari, haud mirum videri potest. Vid. v. c. L. II. T. I. p. 290. ubi h. l. respicit. Fr.

*) In Par. 2. est οἰκοδόμων et ο superscriptum, quod nonnisi pro compendio syllabae ος habendum: v. *Bast.* Commentat. Palaeograph. p. 770. Tum οἰκοδόμος — κτίζων male desunt in Par. 3. Med. 1. 2. sed in Med. 2. marg. adscripta. Fr.

**) De his v. *Hermann.* ad Viger. p. 803. sq. ed. sec. Fr.

Hopp. Sed Edd. Cas. et Alm. *ἐπὶ* ex errore, quem tacite sustulit *Sieb.* „Neutrum mihi placet. Num melius *ἀπὸ*, vide.“ *Villebr.* Quod quid sibi velit, ignoro. *Breq.* *τὶ* et *ἐπὶ* retinuit et versione fucavit. Fr.

P. 19. l. 10. *ἢ παρ' Ἰβηρσιν*] Sic quoque Med. 1. 2. Eton. Par. 1. 3. MS8. Cas. et Vet. Intpr. Recepit *Breq.* et placet *Villebr.* Fr.

P. 19. l. 11. *τρόπον δέ τινα καὶ ἀντίποδας ἀλλήλοις*] Haec verba quin ad comparationem Indorum atque Hispanorum pertineant, dubium esse diligenter inspicienti potest nemini. Interpres inepte ea ita transtulit, ac si in genere hìc affirmaret Strabo, esse Antipodes: quos ullos esse post Lactantium III. 24. etiam D. Augustinus Civ. D. XVI. 9. aliquando negavit. Itaque Apianus in sua Cosmographia hujus loci testimonio Antipodes adstruit. Sed illud quodammodo, *τρόπον τινὰ*, non est de nihilo additum. nam non statim *ἀντίποδας* dici prohibent, quos longitudinis maximum intervallum dividit, cum possint vel antoeci esse, si in eodem parallelo sint, demto aequatore, vel alioquin non in unius lineae circulum axis instar dimetientis extremitatibus seu polis duobus siti esse. sed ea de re alios consule. Xyland.

Ait *τρόπον τινὰ*, quia nec totis CLXXX. gradibus longitudinis a se invicem sint dissiti Indi Hispanique: nec proprie Antipodes vocari possunt, qui sint in eadem *εὐκράτῳ*. *Ἀντίποδας* enim definiunt *τοὺς ἐν τῇ ἀντευκράτῳ τὸ ὑπὸ γῆς ἔχοντας κλίμα*, etc. Casaub.

P. 19. l. 15. *ἀστέρων*] *ἄστρων* Mosc. Par. 1. 2. Ven. A. Stroz. B. Bemb. MSS. Cas. Vix decet audire grammaticos laudatos jamjam a *Schleusn.* Lex. N. F. T. I. p. 380. et *Sturz.* Lex. Xenoph. T. I. p. 448. quibus adde Posidon. p. 64. sq. ed. Bak. et Schol. ad Hesiod. O. et D. p. 105. a. ed. Heins. Sed ita scripsit *Breq.* — Tum *ἔσχον* Esc. pro *ἔχον* et Med. 1. 2. *ἡμῖν* pro *ἡμῶν*, et p. seq. *διδάσκει* Med. 2. e corr. pro *διδάσκοι*, et *οὐδ' οὕτω* Ven. A. pro *Ὃ δ' οὕτω*. Fr.

P. 19. l. 15. *καὶ ἔτι τῆς ἐπὶ τὸ μέσον φορᾶς*] Constans haec est recte philosophantium opinio: quam tamen evertere conatus est Epicurus et eum secutus Lucretius lib. I. v. 1025. *Φέρεσθαι* autem *εἰς τὸ μέσον*, *niti in medium* solet Lucretius, optimus Latinitatis auctor, dicere. Cicero de N. D. II. 45. *Omnes partes mundi undique medium locum capessentes nituntur aequaliter.* *Φορὰ* Lu-

cretio *finius*. Porro hoc referendum censeo ad id, quod dixerat modo de antipodibus. Haec namque unica ratio est, quae evincat, esse antipodas. Cum enim omne grave deorsum vergat: τὸ κάτω autem in corpore rotundo nihil aliud sit, quam centrum: sequitur, ex omni parte habitari terram posse: quippe verum erit de iis, qui ubicunque terrarum siti fuerint, deorsum eos vergere, quae est rerum gravium natura: deorsum autem, est πρὸς τὸ μέσον. Quare non dubito, quin antipodas esse posse, facile esset admissurus Strabo: quanquam essent nec ne, nusquam ab eo affirmatur. CASAUB.

P. 20. l. 7. καὶ τῷ πολιτικῷ παρακολουθεῖν δυνατὸν] Hoc est, quantum is capere potest, qui in Reip. administratione versatur. *Παρακολουθεῖν* eleganti metaphora, animo consequi et percipere quod docearis: familiaris [?] D. Paulo [1 Tim. IV, 6. 2 Tim. III, 10.] vox. Ptolemaeus ὡς ἂν οἱ ἤδη καὶ ἐπὶ ποσὸν προκεκοφότες δύναιντο παρακολουθεῖν. Vide quae notavimus ad Lucam Act. 1, 2. *) CASAUB.

P. 20. l. 14. μήθ' ὁπόση] Quam rationem habeat magnitudo terrae ad magnitudinem coelorum: aut potius, quod nulla inter eas magnitudines sit proportio. Tunc enim dicitur magnitudo ad magnitudinem λόγον ἔχειν, quando id, quod majus est, ab eo, quod minus est, potest καταμετρηθῆναι. quod de caelis et terra dici non potest. Vide Ptolem. lib. I. cap. *Quod terra sit centrum mundi*. CASAUB.

Ibid. ὁποία τις] Qualis sit terrae figura. An πλατεῖα, an σφενδόνῃ similis, an τυμπανοειδής, qualis denique figura. Qua de re lege Aristotelem De coelo lib. II. c. XIII. et Ptolem. lib. I. cap. ὅτι σφαιροειδὴς ἡ γῆ. quae sententia auctorem habuit primum Parmenidem. CASAUB.

Ibid. μήθ' ὅπου κειμένη τοῦ σύμπαντος] Utrum sit μέση τοῦ οὐρανοῦ, ut est: an extra axem quidem, sed aequaliter tamen ab utroque polo distans: an in axe sita ad alterum polum magis accedat: an denique neque in axe sit, nec ab utroque polorum aequaliter distans. De quibus lege Aristotelem dicto loco: et Ptolemaeum lib. I. cap. *Quod Terra sit μέση τοῦ οὐρανοῦ*: et Plinium lib.

*) Cf. quos laudat *Schleusn.* in Lex. N. F. T. I. p. 414. sq. *Zonar.* ad Vig. p. 355. ed. Herm. et *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 177. Fa. Παρ. τῷ συμφέροντι τοῦ διορίσματος Porphyr. de abstin. I, 7. ubi *Rhoer.* laudat de construct. *Abresch.* Dilucc. Thucyd. auct. p. 361. TZSCH.

II. cap. LXIX. Atque hoc quoque inventum esse Parmenidis legimus. CASAUB.

P. 20. l. 15. *ἐφρόντισε*] *ἐφρόντισεν ὥστ εἶδέναι* in marg. Med. 2. Glossa ideo videtur adscripta, quod in antegressis est *ἐτόλμησεν ἅψασθαι*. Tum pro *μηδ'*, *εἰ* Par. 1. *μηδ' εἰς*, Par. 2. *μηδ' εἰ* et al. m. *μὴ τ' εἰ*, quod habet et Mosc. Med. 2. *οἰκεῖται* pro *κεῖται*. *Scaliger* in marg. ed. Xyl., asservatae in bibliotheca Vindobonensi, cujus lectiones *Weigelius* in usum *Tzschuchii* exscripsit (v. praefat. ad T. II. p. IX.), vult *ἢ πλείω ἢ πᾶσα*, sine ulla idonea causa. Postremo pro *ποῖόν τι καὶ πόσον* inverso ordine *πόσον καὶ ποῖόν τι* Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc. Ven. A. Vat. A. B. Eton. Vet. Intpr. Quod praeferendum videri possit ob aliorum quoque scriptorum usum; sed infra L. II. F. I. p. 313. *ποῖόν τι καὶ πόσον μέρος*. Ita variatur in notissima formula *τοιοῦτα καὶ τοσαῦτα*. De *ποῖόν τι* cf., si tanti est, *Ast.* ad Plat. Legg. III, 1. T. II. p. 140. et *H. Steph.* Thes. T. III. c. 448. sq. FR.

P. 20. l. 18. *μετεωρολογικῇ τινι*] *Μετεωρολογικὴν πραγματείαν* vocat, non quae est de meteoris et iis, quae infra lunam gignuntur: sed *τὴν περὶ τῶν οὐρανίων*, quae est pars *τῆς ἀστρονομικῆς*. Proclus in Euclidem docet, *μετεωρολογικὴν* esse partem astrologiae, ac docere *τὰς τῶν ἐξαρμάτων διαφορὰς, καὶ τῶν ἄστρων τὰς ἀποστάσεις*, aliaque id genus astrologica theoremata. Ptolemaeus eandem cum Strabone sententiam ita extulit: *τῆς ἐπισκέψεως καὶ παραδόσεως τὸ μὲν ἐστι γεωμετρικὸν, τὸ δὲ μετεωροσκοπικόν*. Achilles autem Statius erudite, quid inter *μετέωρα* et *μετάρσια* sit differentiae *), sic explicat. *Τὰ μὲν μετέωρα ἐν οὐρανῷ καὶ αἰθέρι ἐστὶν, ὡς ἥλιος καὶ τὰ λοιπὰ, καὶ οὐρανὸς καὶ αἰθήρ· μετάρσια δὲ τὰ μεταξὺ τοῦ ἀέρος καὶ τῆς γῆς, οἷον ἄνεμοι, νεφέλαι, ὄμβροι, ἀστραπαί.* Vide Clem. Alex. p. 254. ubi disting. ipse. Quare, si hos sequimur auctores, libri Aristotelis Meteorologici, non *περὶ μετεώρων*, sed *περὶ μεταρσίων* fuerint inscribendi. CASAUB.

P. 21. l. 4. *ὅσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης*] Homeri sunt verba [Iliad. Θ, 16.]:

Τόσσον ἔνερθ' ἀΐδεω, ὅσσον οὐρανός ἐστ' ἀπὸ γαίης.

et Hesiodi in Theog. v. 720.

*) Vid. *Schneid.* in Eclogg. Phys. T. II. p. 349. et *H. Stephan.* Thes. T. I. c. 214. E. et 221. C. FR.

Τόσσον ἔνερθ' ἀπὸ γῆς, ὅσον οὐρανὸς ἔστ' ἀπὸ γαίης. Casaub.

P. 21. l. 5. *Φέρε δὴ τῇ τοιαύτῃ πολυμαθείᾳ*] Transit ad tertium argumentum: Id erat de utilitate, quae e cognitione geographiae percipitur maxima. Tractat hanc quaestionem duplici via: Primum generaliter id probat: idque bifariam: veterum auctoritate et ratione. Deinde accuratius, atque utilitatem hanc partitur in [ℙ] duas species: altera est *πρὸς τὰς πράξεις*: altera est *πρὸς τὴν θεωρίαν*: quam divisionem etiam supra innuerat, ut ibi monuimus. De utraque utilitate seorsim deinde agit. Casaub.

P. 22. l. 3. *Ἐπὶ δὲ τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν*] Etiam in manu exaratis codd. ita legitur, aut etiam corruptius. Puto autem totum locum esse sic legendum:

Ἐπὶ δὲ τῶν Αἰγυπτίων,
— — τῇ πλείστα φέρει ζείδωρος ἄρουρα.
καὶ ἐπὶ τῶν Αἰγυπτίων Θηβῶν,
Αἰθ' ἑκατόμπυλοι etc.

Mirum est enim, quam multos locos in hoc auctore similiter corruptos observaverimus, et emendaverimus. Et est sane proclivis error, ut, quam vicinis in locis bis posita est aliqua dictio, ab una ad alteram transiliat festinans scriba. Alioquin fatendum est, esse *ἀκράτημα* Strabonis *μνημονικόν*. Quid si pro isto carmine

Αἰγυπτίῃ, τῇ πλείστα,

quod Thebis non convenit, istud reponamus? *)

Αἰγυπτίας, ὅθι πλείστα δόμοις ἐνὶ πήματα κεῖται.

quod a superiori parum differt: et Thebis convenit. utrumque ex *Od. δ.* [v. 127. coll. Il. I, 382.] Casaub.

P. 22. l. 6. Pro *εἰς*, quod deest in Mosc., habet *ἐς* Med. 2. *Θηβῶν* in MSS. Cas. scribitur *Θηγο*, neque discrepat *Θηγο²*, quod est in Ven. A. Pro *αἰθ'* est *ἐθ'* in Med. 2. Tum *ἂν ἑκάστην* agnoscunt Par. 1. 2. 3. Med. 1. Esc. Mosc. MSS. Cas. et probaverant antea *Breq.* et *Gronov.* in Varr. Geogr. p. 153. ex ipso Strab. L. XVII. T. VI. p. 598. *ἂν ἑκάστῃ* Med. 2. Pro *ἐξοιχνεῦσι* idem *ἀνιχν.* sed

*) Eundem versum in celebrandis divitiis affert Strabo L. XVII. T. VI. p. 598. praemissis duobus *Αἰθ' ἑκατόμπυλοι* etc. Sed facillima medendi ratio foret ea, qua verba *καὶ τῇ πλ. φ. γ.* ἄρ. collocantur ante *ἐπὶ δὲ τ. Αἰγ. Θ.* Quo facto melius omnia videntur cohaerere. Fr.

e corr. ἐξιχν. Ald. ἐξικν. Vid. de toto loco *Heyn.* ad Hom. Il. T. V. p. 608. sqq. Fr.

Mutare hic nihil sum ausus, tametsi mihi locus sit suspectus. Haec enim non de Thebis dicuntur apud Homerum Odyss. δ. 229. sed simpliciter de Aegypto. Et Thonem fuisse ad Canobicum ostium, satis profecto longe a Thebis, Eustathius copiose disserit. Hoc itaque in universum de Aegypto dictum est, aut certe non de Thebis adeo procul dissitis. de quibus Achillis verba diserte loquuntur. Fortasse scripsit Strabo ἐπὶ δὲ τῶν Αἰγυπτίων — τῇ πλεῖστα φ. ζ. ἄρ. καὶ Θηβῶν. Αἴθ' ἑκατ. vix enim credo, esse lapsum memoria in hac re. Mox pro ἐκ τοῦ λόγου μαρτυρεῖ, non videtur stare sententia, nisi μαρτυρεῖται legatur. Xyland.

P. 22. l. 11. παρασκευαί τινες εἰς φρόνησιν μεγάλαι] Erudite Strabo, ut omnia. Confer cum iis, quae docet philosophus Nicomach. vi. cap. viii. Haec autem est probatio ἐκ τοῦ λόγου, quae sequitur, τὴν ἐκ τῆς παλαιᾶς μνήμης. Casaub.

P. 23. l. 3. Μεγάλων] Hom. Odyss. φ, 26. Tum μαρτυρεῖ abscisso ται propter sequens τὰ Mosc. Ven. A. Reg. Contra τὰ deest in Vat. B. *testantur* Vet. Intp. Deinde abest πρὸς ante τὰ νῦν in Par. 1. Inverso ordine ἐκεῖνος ὁ λόγος Mosc. Tum pro μεγάλη Ald. et Med. 2. e corr. μεγάλα; prorsus deest h. v. in Vat. B. Sed cod. Par. Reg. secundum *Breq.* et *Villebr.* μεγίστη habet, nec, ut *Sieb.* male refert, μεγίστων. Fr.

P. 23. l. 4. ἐκ δὲ δὴ] Lego, ἔκ γε δή· δὲ δὴ, etsi Atticum est, tamen hic non potest admitti. Est enim conclusio probationis tertii argumenti. [*et sane* Vet. Intp.] *) Casaub.

P. 23. l. 5. Διαφερόντως δ' ἐπάγεσθαι δοκεῖ] Hic incipit seorsim agere de ea utilitate, quae percipitur ab hac scientia πρὸς τὰς πράξεις. Estque hoc veluti corollarium quoddam superioris disputationis. Casaub.

P. 23. l. 8. χώρα γὰρ τῶν πράξεων ἐστὶ γῆ καὶ ἡ θάλασσα] Orbis terrarum et geographiae est subjectum, et actionum humanarum; sed diversa ratione: illius, ut ὑποκείμενον γένος, et subjectum, quo de agat: harum, ut locus, in quo ipsae peragantur. Omnis enim actio

*) Vulg. retinuit *Breq.* et argumentum omnino novum ex alio fonte haustum agnoscit. Fr.

certo loco agitur. Haec ratio est, cur in politicis de loco et situ orbis agat Arist. Casaub.

P. 23. l. 9. γῆ καὶ ἡ θάλαττα, ἣν οἰκοῦμεν] *Villebr.*: „Non sincerus locus; melius γῆ, ἣν οἰκοῦμεν, καὶ ἡ θά„λαττα. Vel lege ἃς οἰκοῦμεν.“ Vet. Intpr. *Rerum namque gerendarum campum mare explicat; praestat et terra, quam incolimus.* Fr.

P. 23. l. 16. πᾶσα ἐπὶ τὰς πρ.] Probo Aldinam lectionem πᾶσα. At in lib. scriptis constanter legitur πᾶσιν. Vetus vero interpres legisse videtur πάντας. Casaub.

Habet ita; *omnes ad imp. actiones adducere. Villebr.*: „Forte olim ἐν ἁπᾶσιν [sic], unde recentior, com„pendii causa, scripsit πᾶσα. Temerarium est, niti con„tra fidem codd. omnium: sed Casaub. saepe rem per„vertit potius, quam emendat.“ Nugae. Par. 1. 2. Eton. Mosc. πᾶσιν; Par. 3. Med. 1. 2. quod recepit etiam *Breq.*

Unice tenendum est πᾶσα. Nempe ᾱ et ῑν in codd. confunduntur, docuitque eam rem in his ipsis vocibus πᾶσα et πᾶσιν exemplis appositissimis *Bast.* in Commentat. Palaeogr. p. 766. Fr.

P. 25. l. 17. διατιθεῖσα ἠπείρους] Διατίθεσθαι est conspiciendum dare, et ob oculos ponere, hoc est, describere, et enarrare. Verbum mercatoribus proprium: nam φόρτον διατίθεσθαι est, merces venum exponere, [P] non vendere, ut vulgo putant, quanquam id a consequenti saepe intelligitur.*) Strabo lib. XIII. [imo XIV. T. V. p. 543.] καὶ ἔπη κατέλιπεν, ἐν οἷς τά τε οὐράνια διατίθεται, καὶ τὰς ἠπείρους γεωγραφεῖ. Plutarchus [de glor. Atheniens. T. VII. p. 361. ed. Reisk.], historici, ait, omnes ἀλλοτρίων γεγόνασιν ἐρώτων, ὥσπερ δραμάτων, ὑποκριταί;

*) Vide, quos afferunt *Dorvill.* ad Charit. p. 362. ed. Lips. *H. Vales.* ad Harpocr. p. 42. ed. Gron. Intpp. ad Thom. Mag. p. 221. ed. Bern. et ad Hesych. T. I. p. 942. ed. Alb. *Wessel.* ad Diod. Sic. I, 66. T. I. p. 76. coll. Strab. L. VIII. T. III. p. 281. L. XIII. T. V. p. 575. 535. De locutione διατίθεσθαι λόγον et simil. cf. *Schaef.* Melet. Crit. Sp. I. p. 29. *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 474. sq. et quos laudat *Ast.* ad Plat. Legg. II, 4. T. II. p. 106. et *Zeun.* ad Viger. p. 300. ed. Herm. coll. Strab. L. VIII. T. III. p. 118. L. X. T. IV. p. 293. Quod est L. XIV. T. V. p. 708. σχολὰς διατιθεμένων, exemplis illustrat exquisitissimis *Schaef.* l. l. p. 87. Pro eo Plut. Vit. Oratt. 6. T. IX. p. 343. ed. R. σχολὴν καταστησάμενος dixit. Fr.

τὰς τῶν στρατηγῶν καὶ βασιλέων πράξεις διατιθέμενος. Casaub.

P. 24. l. 1. συμπάσης τῆς οἰκουμένης] τ. οἰκ. συμπ. Mosc. s. συμπ. οἰκ. Ven. A. Tum πρὸς τούτους vulg. vertit Interp. iis utilem. Pro ἔχουσα Par. 1. 2. 3. Med. 1. Eton. Mosc. ἴσχουσα. Tum τινὰς pro τίνας merus error Ed. Sieb. Fr.

P. 24. l. 2. πρὸς τούτους δὲ ἡ διάθεσις] Neuter interpres hunc locum intellexit, quia nec vidit esse corruptum. Legendum est πρὸς τούτους. [Probavit, sed in textum recipere non ausus est *Breq.* Fr.] Ad eos, inquit, pertinet haec orbis habitati accuratior descriptio, quorum interest, ejus partes hoc aut illo modo esse affectas, et haec nota esse vel non nota. Quorum autem obsecro hoc interest? Eorum nimiram, qui versantur circa τὰς πολιτικὰς πράξεις, hoc est, eorum omnium, qui in quocunque genere Reip. clavum tenent. Sic probat quod disputabat hoc loco. At interpretes διάθεσιν affectionem significare putarunt, nihilo melius, quam si paulo ante διατίθεσθαι afficere essent interpretati. Nam utrumque est, ut dixi, a mercatoribus translatum aut pictoribus. Sic διαθέτας χρημάτων vocat Herodotus [VII, 6. ubi v. *Wessel.* coll. Suid. s. v. T. I. p. 554.] eos, qui oracula explicant. Διάταξιν pro eodem mox [L. I. T. I. p. 35. ibi vero est σύνταξις.] dicit in simillimo loco: ἡ διάταξις (ait) πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν ταῖς ὑπεροχαῖς. qui locus istum explicat et emendationem nostram confirmat. Ptolemaeo ἐκτίθεσθαι τὴν οἰκουμένην, et ἔκθεσις τῆς οἰκουμένης est, quod Straboni διατίθεσθαι et διάθεσις. Est enim ἔκθεσις explicatio et enarratio. [cf. *H. Steph.* Thes. T. III. c. 1495. H.] Laërtius de Anaximandro, τῶν δὲ ἀρεσκόντων αὐτῷ πεποίηται κεφαλαιώδη τὴν ἔκθεσιν. Idem Ptolem. διάθεσιν quoque interdum vocat, ut lib. I. cap. XV. καὶ τὰς κατὰ μέρος δὲ τῶν πόλεων διαθέσεις πολλαχῇ διορθώσεως ἠξιώσαμεν, ἐφ' ὧν μαχομένας ἢ μὴ ἀκολούθους ἐκθέσεις πεποίηται. Idem cap. XVIII. ποιεῖσθαι τὴν τῆς οἰκουμένης διάθεσιν. Casaub.

P. 24. l. 7. Ἄλλων δὲ κατ' ἄλλα μέρη] Orbis partes inter se comparat, et quae quibus debeant esse notiones explicat. Casaub.

Ἄλλων δὲ usque ad ἐμπειρίας p. 25. l. 10. pro spuriis habet *Penzel.* Verm. Germ. T. I. p. 383. sq. Fr.

P. 24. l. 8. ἀπ' ἄλλης ἰσχίας καὶ ἀρχῆς τὰς πράξεις προ-

χειριζομένων] *Laribus diversis.* Interpres (cujus errata persequi neque utile videtur neque jucundum, et est laboriosum, et de ejus lapsibus non raro alii ante nos sunt conquesti.) is ergo non ἑστίας videtur legisse, sed αἰτίας: vertit enim *alia de causa.* Sed nostra, quae et Aldi est, lectio multo quadrat rectius; non enim de causis bellorum hic disputatur, sed de locis, quibus in locis ea geruntur. XYLAND.

Mirum est, vett. codd. constanter retinere lectionem, quam in suis libris reperit prior interpres, ἀπ' ἄλλης αἰτίας. Legendum vero ἑστίας, ut Aldus edidit. Ἑστία, sive focus, saepe aedes sacras notat [V. Schol. Apoll. Rhod. I, 909. TZSCH. *)] ac locum habitationis, ut βωμὸς, sive ara, totum templum. Aeschylus [Pers. v. 865.] de Dario,

ὅσας δ' εἶλε πόλεις,
πόρον οὐ διαβὰς
Ἅλυος ποταμοῦ,
οὐδ' ἀφ' ἑστίας ἐυθεῖς.

Plane ita usurpat Aeschylus τὸ ἀφ' ἑστίας, ut hic Strabo. Praeterea proverbium est Graecorum, ἀφ' ἑστίας ἄρχεσθαι. **) Idem dictum, quod vetus Graecorum lex fuit in publicis sacris, a Vesta initium facere, eique πρώτῃ προθύειν, ait Plato in Cratylo [p. 62. ed. Heind.] et ex Aristotel. in Acharr. et omnibus ***) liquet, estque ab ejus scholiaste notatum. Quo etsi non utitur Strabo, eo tamen videtur alludere. Plutarchus, οἱ δὲ ὥσπερ ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενοι τὰ καθεστῶτα κινεῖν. CASAUB.

Par. 1. αἰτίας. Reliquos ἑστίας prae se ferre, suspicandum est ex silentio. Longa quidem exstat Polybii disputatio L. III. c. 6. 7. de discrimine inter αἰτίας et ἀρχὰς τῶν πράξεων, sed huc minime pertinens. Ipse etiam L. V. c. 58. §. 4. Σελεύκειαν, ἀρχηγέτιν οὖσαν καὶ σχεδὸν,

*) Add. Schol. Hom. Il. B, 125. Etym. M. l. l. Sturz. Lex. Xenoph. T. II. p. 374. Ast. ad Plat. Legg. I, 11. T. II. p. 68. FR.

**) Vid. Ruhnken. ad Schol. Platon. p. 256. TZSCH. Addo Wyttenbach. ad Plut. 8. N. V. p. 22. Matth. ad Hom. Hymn. p. 451. sq. Intpp. ad Hesych. T. I. p. 659. sq. Etym. M. a. h. v. p. 176. Sylb. (p. 159. Schaef.) FR.

***) Sic Ed. Almel. sicque Ed. Cas. 2. et *anibus.* Memoria lapsus videtur *Cas.* voluisse innuere Aristophi. non Acharn., sed Vesp. v. 842. al. 878. ubi cf. Schol. FR.

ὡς εἰπεῖν, ἐστίαν ὑπάρχουσαν τῆς αὐτῶν διανοίας. Strabo L. I. T. I. p. 70. οὔτ' ἀκριβῶς ἐξετάζειν δεῖ, οὔτ' ἄρριζα καὶ ἀνίστια ἐᾶν. Fr.

P. 24. l. 13. Pro τὸ ἐπίσης Mosc. τῷ ἐπ. et pro συμβαίη, quod mutavit *Casaub.*, Med. 2. συμβαίνει. Pro ἐγγυτέρω Med. 1. ἐγγυτέρας et l. 16. Par. 2. προσήκει, superimposito κοι, Mosc. προσήκοι, Reg. προσῆκε, Vet. Intp. *conveniret.* l. 17. καὶ deest in Par. 1. et punctis notatur in Par. 2., sed retinendum censet *Villebr.* Fr.

P. 25. l. 2. εἰ ἄλλος μὲν Ἰνδοῖς προσήκοι χωρογράφος] Quid differant Geographia et Chorographia, docet Ptolem. At noster nullum inter eas voces discrimen ponit. Itaque modo γεωγράφον vocabat, quem hic χωρογράφον. Casaub.

Pro χωρογράφος in marg. Par. 1. est γεωγράφος, et οὐδ' antea abest in Med. 2. *Villebr.*: „Mendum hic non „viderunt: lege ἄλλο, *nec mirum, si aliud competat „geographo apud Indos, aliud apud Graecos etc.* quod „probatur ex sequenti τί γάρ, *quid enim competit geo„grapho apud Indos, etc.* Lego igitur εἰ ἄλλο μὲν παρ' „Ἰνδοῖς προσήκοι, vel προσῆκον γεωγράφῳ, ἄλλο δέ, etc." Tum pro προσήκοι Med. 2. Esc. προσήκει, et καὶ ante τὰ κατὰ deest in Vet. Intp. Mosc. Par. 1. sed legitur in marg., ubi Par. 2. habet ἢ καὶ. Fr.

P. 25. l. 6. Οἵ θ' Ἕλλην] Hom. Il. β, 496. sq. Med. 1. et e corr. Med. 2. προσῆκε, quod habet etiam Par. 2. sed al. m. supr. κει. Deinceps οὕτω agnoscunt Par. 2. Eton. Esc. Mosc. et Med. 2. e corr. Vet. Intp. secus, quam refert *Sieb.*, prorsus ignorat, vertens: *Quae vero apud Indos sunt, quaeve etc.* Haud bene retinuit οὔπω *Breq.* Pro αὐτὴ Mosc. αὕτη (sic). Fr.

P. 25. l. 8. Τὰ δὲ παρὰ Ἰνδοῖς οὕτω] Lectio manuss. τὰ δὲ παρ' Ἰνδοῖς οὕτω, καὶ τὰ καθέκαστα. Optima sane lectio. Boeotiae minima quaeque (ait) cognita habere Indis nihil profuerit: nobis multum. Et e contrario, minima quaeque Indorum et singula loca omnia tenere, [C] nobis fuerit inutile. Ratio in promptu. Dictum est enim, Geographiae accuratam cognitionem utilem esse πρὸς τὰς πράξεις τὰς πολιτικάς. Nemo autem, ait philosophus, deliberat, πῶς ἄριστα πολιτεύοιντο οἱ Σκύθαι, aut Indi. Mutaret uterque sententiam, si reviviscaret: quippe Hispanus etiam de iis, quae in altera οἰκουμένῃ agenda sint, hodie deliberat. Casaub.

P. 25. l. 10. *Μέτρον δ' αὐτὴ μάλιστα τῆς τοιαύτης ἐμπειρίας.*] Ait *μάλιστα*, non temere: neque enim negat, posse geographum quaedam inserere, quae magis *πρὸς τέρψιν καὶ γνῶσιν* faciant, quam *πρὸς χρείαν*: de quo mox dicet. Et re vera hominis est, ut recte censet Aristoteles, pusilli animi et abjecti, *τὰς χρείας* ita sectari, ut nihil velis scire, nisi quo statim sis usurus. Atqui oculos corporis ea videndo delectatur, quorum scit nullum sibi fore unquam usum. Est autem pridem istorum explosa sententia, qui in omni actione omnique disciplina *τὸ χρήσιμον ἀπαιτοῦντες*, nihil disci, nihil agi, cujus non sit aliqua utilitas, voluerunt, explosa inquam est ex sapientum quidem hominum mentibus stulta istorum opinio, quam eleganter refellit Alexander Aphr. libro IV. *Dubitationum et solutionum*, cap. XX. Quare causa non erat, cur tam superbe et impotenter triumpharet novus philosophus, si quid sibi videretur in accuratissimis philosophi disputationibus animadvertisse, cujus usum non statim deprehenderet. Sed valeat novus philosophus, *ἄξιος ἄτης*, cum suis Animadversionibus et, quas evomit, *παραῖς χολικῆς*. CASAUB.

P. 25. l. 12. *θηρεύσεις*] *θηρεύσαι* Par. 1. Eton. — *σὴ* Par. 2. Esc. Mosc. Utrumque MSS. Casaub. Vet. Intp. *venationes instruit*. Tum *δὲ* ante *καλῶς* deest in Mosc. Par. 1. Esc. et in Par. 2. punctis notatur. Pro *ἄθλα* Med. 2. e corr. *ἄλλα*. Post *ἀπειρίας* addit marg. Par. 1. *τῶν τόπων*. FR.

P. 26. l. 2. *Ἀγαμέμνονος στόλος*] Historia ab interpretibus poëtae refertur ad illa (Homer. Il. *α*. 59.)

— *παλιμπλαγχθέντας οἴκαδε*
αὖψ ἀπονοστήσειν. CASAUB.

Repetit h. l. Eudocia Viol. p. 595. et habet *Ἀγαμέμνονος*. V. Harl. ad Corn. Nep. p. 156. et Pausan. Attic. [c. IV. T. I. p. 18. Fac.] TZSCH.

Ἀγαμέμνονος, quod recepit *Breq.*, legitur etiam in Mosc. Reg. MSS. Cas. Vet. Intp., neque aliter, ut suspicor, Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Esc. FR.

Eustath. ad Hom. Il. l. 1. p. 55. Bas. [p. 47, 1. Rom.] refert *ὁ τοῦ Ἀγαμέμνονος στόλος — αἰσχρῶς*, omissis articulis. Ad Troadem viam monstravit Telephus et curationem vulneris praemium tulit ab Achille. v. Eustath. et Cic. pro Flacc. TZSCH.

P. 26. l. 5. *Πέρσαι δὲ*] Xerxes cum exercitu. CASAUB.

P. 26. l. 4. *καὶ Λίβυες*] Hannibal profugus Syriam petens, Mela [II, 7, 15. ubi varias variorum super hac re opiniones recenset *Tzsch.* Not. Exeg. T. II. p. 846. FR.] et Valerius Max. lib. IX. c. VIII. alii. CASAUB.

P. 26. l. 5. *τοὺς πορθμοὺς ὑπονοήσαντες εἶναι τυφλοὺς στενωπούς*] Atqui ego quoque idem putabam: nempe *τοὺς πορθμοὺς εἶναι τοῦ πλοῦ στενωπούς*. et ita video loqui bonos quosque scriptores. Sic Homerus *Od. μ.* [v. 254.] vocat fretum angustum inter Scyllam et Charybdin *στενωπὸν*, sic Aeschylus in Prometheo [v. 564.] *στενωπὸν* vocat fretum Siculum, et Apollonius [Argon. II, 335.] fretum Bosphori *πόρου στενωπούς* disertim appellat. Nisi igitur mens mea vehementer caecutit, aut obscure id, quod voluit, elocutus est Geographus, aut ille aliter scripsit. Sed profecto Strabo, scriptor accuratissimus, omni culpa liberandus est. Quare legendum est non *τοῦ πλοῦ*, sed *τυφλούς*. *Τυφλὸν στενωπὸν* maris appellat locos in mari angustos, ubi sunt brevia ac syrtes, et caeca vada. Vocem *τυφλὸς* quam saepe sic usurpet hic auctor, non libet hic adnotare *): tantum proponam verba ejusdem Strabonis e lib. X. [imo L. IX. T. III. p. 403.] ubi de Salganeo iterum sic scribit: *νόμισθέντος κακούργου ὡς ἐξ ἀπάτης ἐμβαλόντα τὸν στόλον εἰς τυφλὸν τῆς θαλάσσης στενωπόν*. Ergo hic quoque sic legendum. [Recepit *Breq.* FR.] CASAUB.

P. 26. l. 5. *κινδύνων μεγάλων*] *μεγ. καθ.* Mosc. Tum verba *τρόπαια — αἰτίαν* adventicia esse persuasum paene sibi habet *Penzel.* Vers. Germ. T. I. p. 584. Haud commode tuetur *ἀνοίας Breq.* Tum *τῶν* ante *Περσῶν* deest in Med. 2. FR.

P. 26. l. 6. *ἀνοίας*] Interpres vertit *ignorantiae*, ut videatur legisse *ἀγνοίας*. **) XYLAND.

Lege *ἀγνοίας*. Exprobat enim non desipientiam, qua innocentes per magnum scelus occiderunt, sed imperi-

*) Factum est a *Cas.* ad L. IV. T. II. p. 21. h. ed. p. 279. ed. Almel. coll. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. IX. p. 540. FR.

**) De permutatione harum vocum cf. *Heindorf.* ad Plat. Phaed. p. 108. *Fac.* ad Pausan. T. III. p. 230. aliique laudati ab *Ast.* ad Plat. Legg. III, 9. T. II. p. 168. FR.

tiam locorum: atque hoc est, quod modo appellabat σφάλμα ἐκ τῆς ἀπειρίας. Sic Diodorus [L. XIII. c. 105. ubi cf. *Wessel.* T. I. p. 625.] de Atheniensium insano populo, qui bene de se meritos duces mortis, fraude quorundam inductus, damnaverat: *Οἱ μὲν γὰρ* (ait) *ἐξαπατηθέντες, ἐπίσκοπον τῆς ἀγχόλας ἔλαβον μετ' οὐ πολὺν χρόνον.* Ita legit etiam vetus interpres. Verumtamen alteri lectioni favent haec verba Valerii [l. l.]: *Igitur angusti atque aestuosi maris alto e tumulo speculatrix statua, tam memoriae Pelori, quam Punicae temeritatis, ultra citraque navigantium oculis expositum indicium est.* Casaub.

P. 26. l. 9. *ἀπὸ Μαλεῶν*] *Μαλέων* et *Μαλίων* al. m. supr. Par. 2. *Μαλίων* e corr. Med. 2. *ex Malea* Vet. Intp. *Tzschuck.*: „Leg. *Μαλιέων*, uti l. 8. p. 513. C. [T. „III. p. 177. sq.] Forma Att. et Ion. *Μηλιεύς*. Plurima „de forma *Santen.* in Catull. eleg. ad Manl. p. 17. sqq. „Dorica per *α*, quam adsumserunt Romani." Cum *Santenio* facit *Paetz.* in Nott. MSS. propter rem ipsam et locum geminum Strab. L. IX. T. III. p. 402. *καθηγησαμένου — ἐκ τοῦ Μαλιακοῦ κόλπου.*' „Namque ad Laconi„cam usque ejusque promontorium Maleam nunquam „pervenit Persica classis, sed Thraciae, Macedoniae, „Thessaliaeque oras praetervecta, ad Salamina fugata et „deleta est." Idem expresserunt versione gallica Intpp. Pariss. *du golfe Maliaque.* Fr.

P. 26. l. 9. *τοῦ στόλου*] Veteres quinque codd. *τὸν στόλον.* Casaub.

Casum quartum vides etiam in Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Mosc. Vet. Intp. *suae classis cursum direxisset.* Recepit *Breq.* Fr.

P. 26. l. 11. *κατὰ τὴν ὁμοίαν αἰτίαν*] Aliter causam explicat Mela: et aliter Valerius Max. quicum sentit Servius in III. Aeneid. (v. 402.) Idem vero notat legi, angulum illum Siciliae etiam ante ita fuisse dictum. Casaub.

[P] P. 26. l. 17. *ὁ Ἐφιάλτης λέγεται*] Historia est nota. Vide Herodotum lib. VII. (c. 213. 214.) et Diodorum lib. XI. Casaub.

Add. Polyaen. VII, 15, 5. Pausan. I, 4. Tzsch.

P. 26. l. 17. *Θερμοπύλας*] — *λαις* Med. 2. — *λα* in marg. Par. 2. *ἐν τοῖς* — *λῶν* ct. Ven. A. ex quo Vet. Intp. *ad angustias Thermopylarum.* Fr.

P. 27. l. 1. *δεῖξας τὴν διὰ τῶν ὁρῶν ἀτραπὸν*] Ἀτραπὸς est via recta et angusta, *μὴ ἔχουσα ἐκτροπάς*. Videtur autem nomen istud de appellativo, ut grammatici vocant, factum proprium isti loco. Appianus [Syr. c. 18. T. I. p. 560. ed. Schwgh.]: *Μὴ τις λάθοι κατὰ τὴν λεγομένην Ἀτραπὸν περιελθών, ἢ δὴ Λακεδαιμονίοις τοῖς ἀμφὶ Λεωνίδαν* etc. Casaub.

P. 27. l. 4. *τὴν νῦν τῶν Ῥωμαίων στρατείαν*] Testantur id Romanae historiae. De bello Parthico, et fraude Artavasdis, vide lib. XII. [imo L. XI. T. IV. p. 552.] et XVI. [T. V. p. 297.] De Gallis quod ait, referendum est ad ea, quae infra de Morinis lib. IV. [T. II. p. 51.] narrantur, et apud Caesarem de Nerviis. (B. G. II. 17. 18. 19.) Casaub.

P. 27. l. 5. *τούτου τεκμήριον*] *τούτων τ.* Par. 2. 3. Eton. Mosc. Vet. Intp. Quamobrem plurimorum suffragia praevalere videntur. Fr.

P. 27. l. 11. *τὸ μὲν δὴ πλέον, ὥσπερ*] Sic [*πλέονος*] et Aldus et interpres: Et hoc quidem, quod amplius est. Sed verba sic posita nullam dant sententiam, ut mirum non sit lapsum esse. lego *πλέον*. Est autem collatio philosophiae moralis cum geographica. Xyland.

P. 27. l. 12. *καὶ τὰς χρείας*] Hoc est et ipsa rerum experimenta, sive *πρὸς τὸν πρακτικὸν βίον*. Casaub.

P. 27. l. 12. *Ἔστι δὲ καὶ τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας, καὶ πολιτικῆς*] Legendum est *Ἔστι δὲ καὶ*. Nunc docet, etiam Ethicum ac Politicum aliquid juvari a Geographia. Nam cum uterque circa eos potissimum versetur, qui praesunt rebus agendis, ad quem proprie spectare harum rerum cognitionem supra disputatum est: videtur omnino necessarium esse, ut nec ethicus, nec politicus, harum rerum sint rudes. Ac sane si horum est moderari ac quasi praescribere iis, qui in Reip. administratione versantur circa res agendas, res autem geri sine locorum, in quibus gerendae sunt, cognitione nequeunt, nemo non videt, ut recte praescribatur, quid sit agendum, quid non, aliqua saltem locorum cognitione opus esse. Hic quaerat fortasse aliquis, qua ratione dictum sit a Strabone, Ethicam philosophiam versari circa *τοὺς ἡγεμονικοὺς βίους*. Nam de politica minus est obscurum, et explicat ipse. Videtur igitur existimasse Strabo, quicquid Ethicus philosophus de virtutibus et actionibus secundum virtutem, aut potius secundum naturam, quod

est στωϊκώτερον; disputat, etsi generaliter ad omnes, proprie tamen ad eum pertinere, qui primas in Rep. obtinet: quia is unus est, quem Reip. potissimum intersit, vel bonis vel pravis moribus esse imbutum. De uno quum loquor, intelligo πᾶν τὸ κυριεῦον τῆς πόλεως, sive is sit unus, sive sint plures uno, seu ὀλίγοι, sive multi. Ac possunt, opinor, ista dici non inepte: verior tamen expositio hujus loci haec est. Ἠθικὴν φιλοσοφίαν cum dicit, nomen generis pro nomine speciei usurpat, quod quum esset obscurum et ambiguum, addidit καὶ πολιτικῆς: ubi τὸ καὶ est ἐξηγηματικόν. Quare etsi utrumque nomen conjunxit, tamen unam intellexit τῆς ἠθικῆς φιλοσοφίας partem, τὴν πολιτικήν. patet id ex sequentibus, si quis non oscitanter ea legat. Casaub.

Ἔστι Esc. et Par. 2. al. m. Ἔτι Vet. Intp. quod retinuit *Breq.* Pro περὶ Med. 1. et e corr. Med. 2. ἐπὶ. Voces καὶ τὰς χρείας secunda vice male positas omisit etiam *Breq.*, neque habent Par. 1. 2. 3. Med. 1. Esc. Mosc. Vet. Intp., postea demum illatas in Med. 2. In Vet. Intp. desunt vv. ὥσπερ εἴρηται. Fr.

P. 27. l. 14. σημεῖον δέ] Quid haec probatio ad philosophiam ἠθικήν? Casaub.

P. 27. l. 14. τὰς γὰρ τῶν πολιτειῶν διαφορὰς, ἀπὸ τῶν ἡγεμονικῶν διακρίνομεν] Commune hoc igitur Stoïcis et Peripateticis. Aristoteles enim non aliunde investigat, quot sint πολιτείας genera. *) Eum vide et confer cum istis, quae ab eo docentur in libris de Rep. tum alibi passim, tum l. III. c. v. [cf. idem de moribus 8, 12. Tzsch.] Plato quoque cum alibi idem docet, tum l. IV. de legibus: ubi inter alia dicit, unamquamque πολιτείαν τὸ τοῦ δεσπότου προσαγορεύεσθαι κράτος. Semel lectorem monitum volo, has disputationes et reliquas hujusmodi, apud Strabonem, ex principiis apud Stoïcos ratis **) esse explicandas: quoniam vero veterum Stoïcorum libros Zenonis, Cleanthis, Chrysippi, aliorum, amisimus, mirum non est, multa esse, quae non facile intelligi queat, unde sumat Strabo. Casaub.

P. 28. l. 2. ἀριστοκρατείαν per ῑ Med. 1. 2. Eton. Mosc. l. 4. Med. 2. e corr. γινώσκομεν pro νομίζομεν et l. 7. pro

*) De tribus reipublicae formis cf. Eustath. ad Il. II, 204. p. 155. Bas. [p. 202, 11. Rom.] Tzsch.

**) Sic Ed. Cas. 2.; *satis* Ed. Almel.

ἀρίστων Vat. B. Bemb. et Par. 3. al. m. supr. ἀριστέων, nota commutatione: v. *Porson.* ad Eurip. Med. v. 5. ibique *Schaef.* in not. p. 589. ed. Lips. sec. Fr.

Pag. 28. l. 4. Ὁμωνύμως καλοῦντες] Nam ubi ἄρχει βασιλεύς, dicimus ibi esse eam πολιτείας formam quam βασιλείαν appellamus, ubi ὀλίγοι, ὀλιγοκρατίαν, ubi ὁ δῆμος, δημοκρατίαν, aut etiam δῆμον. Attici enim scriptores δῆμον saepe ἀντὶ δημοκρατίας et statu populari usurpant: unde illud, καταλύειν τὸν δῆμον. *) Passim apud Thucydidem et oratores Graecos, et in illo praeclaro veteris cujusdam dicto apud Plutarchum in Coriolano [cap. XIV.]: Πρῶτος κατέλυσε τὸν δῆμον ὁ πρῶτος ἐστιάσας [?] καὶ δεκάσας. hoc est, *Primus ille democratiam evertit, qui primus populum epulis et largitionibus corrupit.* Quem locum Xylander minus recte expressit. Haec igitur est ὁμωνυμία, quam intelligit: quum sit potius παρωνυμία, si sequamur τοὺς ἐκ τῶν περιπάτων. Idem alibi observabis. Casaub.

P. 28. l. 5. τὴν ἀρχὴν ἐχούσας τῆς εἰδοποιΐας] Hoc est, τὴν εἰδοποιὸν διαφοράν. Casaub.

P. 28. l. 7. καὶ τὸ τοῦ δήμου] Ex superioribus appareret, legendum esse, καὶ ἄλλος τὸ τοῦ δήμου. Imperitus librarius et iners aegre tulit vocem ἄλλος toties repeti. Porro etiam Jurisconsulti distinguunt accurate inter legem, plebiscitum, Senatusconsultum, et Principis constitutionem. **) Casaub.

P. 28. l. 7. τύπος δὲ, καὶ σχῆμα πολιτείας ὁ νόμος] Platonis est sententia, νόμων εἶναι εἴδη τοσαῦτα, ὅσαπερ πολιτειῶν. Aristoteles in libris Πολιτικῶν paullo aliter videtur sentire. Ejus verba sunt πρὸς γὰρ τὰς πολιτείας τοὺς νόμους δεῖ τίθεσθαι, καὶ τίθενται πάντες· ἀλλ' οὐ τὰς πολιτείας πρὸς τοὺς νόμους. Mox Νόμοι δὲ κεχωρισμένοι τῶν δηλούντων τὴν πολιτείαν etc. Casaub.

Thrasymachus Sophista apud Platonem α. πολιτειῶν. Xyland.

P. 28. l. 8. τὸ δίκαιον εἶπόν τινες] Plato lib. 1. de Rep. Μόνον ἄρα δίκαιόν ἐστι κατὰ τὸν σὸν λόγον, τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον ποιεῖν. et in IV. de legibus τὸν φύσει ὅρον

*) Cf. quos sistit *Ast.* ad Plat. Legg. IX, 3. T. II. p. 436. et *Wolf.* ad Demosth. Leptin. p. 233. coll. *Starz.* Lex. Xenoph. T. I. p. 665. T. II. p. 689. Fr.

**) Vet. Intpr. habet *et alia denique popularia.* Fr.

τοῦ δικαίου λέγεσθαι κάλλιστ' οὕτω, ait hospes Atheniensis, τὸ τοῦ κρείττονος συμφέρον. CASAUB.

P. 28. l. 12. καὶ αὐτὴ] Sic quoque Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. MSS. Cas. αὕτη Mosc. *et ipsa* Vet. Intp. Dedit etiam αὐτὴ *Breq. Falcon.* ad h. l. „Totam hanc rem fu„sius tractat Xenoph. Memor. L. III. c. 6." FR.

P. 28. l. 14. Ἔχει δέ τινα καὶ θεωρίαν οὐ φαύλην] Altera utilitatis pars, quae est πρὸς θεωρίαν καὶ ἐπιστήμην. CASAUB.

P. 28. l. 15. τὴν μὲν τεχνικὴν] θεωρίαν τεχνικὴν vocat καταχρηστικῶς, quam supra ἐπιστήμην dixit melius: sed et apud Aristotelem haec interdum confunduntur. CAS.

Cod. Eton. μαθητικὴν pro μαθηματικὴν. l. 17. οὖσι referunt Par. 3. Esc. Med. Mosc. Stroz. MSS. Cas., quod in textum admisit e Reg. *Breq.* Vulg. οὖσαν sequitur Vet. Intp. Tum λέγοι, quod e Par. 1. 3. Med. 1. 2. Eton. enotatur et Vet. Intp. praebet, magis arridet propter sequentia. FR.

P. 28. l. 17. οἷον εἴ τις λέγει] Exemplum θεωρίας τῆς ἐν μύθοις, quam quidem negat afferre aliquid utilitatis (nisi eo casu quem exprimit) ei, qui rebus agendis operam det, quem vocat πράττοντα: afferre tamen ait delectationem liberali homine dignam. CASAUB.

P. 29. l. 1. Ἰάσονος] Male Ed. Alm. Ἰάσωνος et Mosc. Ἰάσσονος. Codd. passim h. v. scripturam corrumpunt: v. *Reitz.* ad Lucian. Deor. Conc. c. 8. T. III. p. 532. ed. Amst. et *Schweigh.* ad Polyb. V, 96. T. VI. p. 280. Pro ζητεῖ Ven. A. ζητῇ, et Par. 3. καταμίσγει pro — γοι: utrumque male. FR.

P. 29. l. 5. Διαγωγὴν - πορίζοι] *Institutionem* noster imperite, est enim διαγωγὴ delectatio ad fallendum temporis taedium frangendumque (ut Flaccus noster ait 2. Od. 7. v. 6.) morantem diem, Kurtzweil. XYLAND.

Sic ait philosophus Πολιτ. lib. VIII. (c. 5.) Musicam esse διαγωγὴν τῶν ἐλευθέρων. Διαγωγὴν autem eodem lib. ita definit, ut sit τῆς διὰ τῶν πόνων λύπης ἰατρεία τις, habens non solum τὸ καλὸν, sed etiam τὴν ἡδονήν. *) vocat et ἀνάπαυσιν: quae duo coniunxit Polybius de historiarum lectione loquens lib. V. [c. 75. §. 6.] δυνάμενοι μετ'

*) cf. *Bast.* Ep. Crit. p. 209. sq. et quos affert. coll. Strab. L. III. T. I. p. 438. μὴ πρὸς διαγωγὴν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς ἀνάγκην. FR.

εὐσχήμονος ἀναπαύσεως ἅμα καὶ διαγωγῆς. Idem Aristoteles lib. 1. c. 1. τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, scribit, τῶν εὑρισκομένων τεχνῶν, τὰς μὲν πρὸς τἀναγκαῖα, τὰς δὲ πρὸς διαγωγὴν εἶναι. Vetus interpres, qui vertit *secernit*, secutus est lectionem, quae in manuss. plerisque reperitur, χωρίζει. Verum nihil est mutandum. Sic ποριζειν ἡδονὴν apud philosophum. CASAUB.

Par. 1. Eton. Esc. Mosc. χωρίζοι. Reg. ποριζοι, unde *Breq.* servavit. Vet. Intp. *fecerint.* FR.

P. 29. l. 7. καὶ γὰρ τοῦτο] Lego καὶ γὰρ καὶ τοῦτο. [Vid. supra T. VII. p. 202. sq. FR.] Nam et ista cognoscere (ait) quaerit ὁ πράττων, idque duplicem ob causam, et quia celeberrimae sunt hujusmodi fabulae poëtarum, et quia earum scientia est jucunda ac suavis. Potes et ita τὸ ἔνδοξον accipere: quia praeclarum est et jucundum, ista tenere. Xylander hic mentem auctoris non vidit. CASAUB.

P. 29. l. 8. καὶ τὸ ἡδύ] ἢ τ. ἡ. Par. 3. Intpr. Vet. Notissima in codd. confusio: vid. *Porson.* ad Eurip. Orest. v. 821. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. XIII. p. 80. *Hermann.* ad Orph. Argon. v. 289. *Spitzner.* in lib. de Vers. Graec. Heroic. p. 157. *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 584. *Bast.* Commentat. Palaeogr. p. 815. FR.

P. 29. l. 8. ἀλλ' οὐκ ἐπιπολὺ] Ὁ πράττων etiam τὸ ἡδὺ venatur ex historiarum et Geographicorum librorum lectione: sed id intra modum: potius enim quaerit τὸ χρήσιμον πρὸς τὰς πράξεις: unde intelligitur, in quo potissimum, et in quo minus debeat immorari Geographus, qui suam scriptionem ad rationes τοῦ πολιτικοῦ accommodat. CASAUB.

P. 29. l. 10. ἢ ἐκείνων] Vett. codd. ἐκείνων. videlicet τοῦ ἐνδόξου καὶ ἡδέος. CASAUB.

Lectionem ἢ ἐκείνων, quam secutus est *Breq.*, stabiliunt Par. 3. Mosc. Vet. Intp. FR.

P. 30. l. 1. Καὶ δεῖ μὲν] μὲν deest in Par. 1. 2. et Mosc. ubi spatium vacuum quinque fere literarum conspicitur. Esc. γέ. Vet. Intp. *et revera opus est.* Tum l. 6. λεχθείσων e corr. Med. 1. pro δειχθείσων: quae verba et alibi commutantur. V. *Porson.* ad Eurip. Phoeniss. v. 540. Deinde δεικνύουσιν Vet. Intp. reddit per *demonstrantur* et Mosc. σφαιροειδῆ δεῖ pro δέ; καὶ vero deest in Par. 3. Vat. A. B. Mosc. et Med. 1. e corr. τούτου pro τούτων. FR.

[P] P. 30. l. 5. ἄνευ τῆς τοιαύτης μεθόδου] Quam Ptolemaeus μέθοδον μαθηματικὴν appellat. ἐκείνῃ μὲν οὐ δεῖ μεθόδου μαθηματικῆς, ἐνταῦθα δὲ τοῦτο μάλιστα προηγεῖται τὸ μέρος. Dicit Ptolemaeus idem, quod Strabo. Casaub.

P. 30. l. 6. ὑποθέσθαι. δὲ] De his suo loco, libro secundo [T. I. p. 297. sqq.], tractat Geographus. Illinc petantur, quae huc faciunt. Hîc tantum significare voluit, eum, qui ad Geographiam accedat, non debere rudem esse prorsus et imperitum eorum, quae apud Geometras et Astronomos partim demonstrantur, partim etiam supponuntur. Casaub.

P. 30. l. 10. ἢ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν] Haec fere ad verbum reddidit, cum sint sane confusa, et fortassis depravata. ἢ legendum est, nón ἢ τῶν κοινῶν, quod interpres secutus totum locum corrupit, cum ἢ etiam Aldinus codex habeat. Vult autem Strabo ostendere, qua ratione fidem faciamus hypothesibus Geographicis: quarum apud Ptolemaeum libro primo μεγαλ. συνταξ. extant demonstrationes. Et praefert noster auctor argumenta ex observationibus τῶν φαινομένων sumpta, ipsoque sensu teste confirmata iis, quae ex natura et causis physica afferuntur. Quod autem dicit de lumine eminus a navigante conspecto, cum in sublime elatum longius quum ante, dum tamen non videbatur, ab oculo videntis removetur, maximo est documento, terram cum aqua globum



constituere. Esto oculus a. lumen b. quod ob tumorem aquae videri nequit. Sed si sursum in c. usque attollatur, videbitur radio a. c. non intercepto ut ante. atqui evidens est, lineam a. c. longiorem esse quam lineam a. b. utpote subtentam angulo b. obliquo, cum angulus c. sit acutus, et ob id minor per decimam nonam primi Elem. Euclidis. Eadem est ratio, si oculus tollatur in altum, ut verbi gratia, si in malo navis sedeat in d. Sic Ulysses apud Homerum supra aquei globi curvitatem consuetam ab unda elatus terram vidit, quam subsidente fluctu non potuisset cernere. XYLAND.

P. 30. l. 9. *αὐτὸ μόνον ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως*] Locus obscurus et corruptus. Lego, *αὐτὸ γὰρ μόνον τὸ ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως ἢ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, ἐγγύς ἐστιν.* Sed videtur aliquid desiderari. Docet Strabo, duplicem esse viam argumentorum, quibus ea probentur, quae ait hîc supponi: altera via est, quam vocat *ἐκ τῶν ἐγγύθεν*, quum ea afferuntur, quae sint ipsis sensibus nota: atque hae sunt, quas *γραμμικὰς ἀποδείξεις* Cleomedes vocat: altera est, quam appellat *ἐκ τῶν πόρρωθεν ὑπόμνησιν*, quum ea afferuntur, quorum fides aliunde pendeat. Quare non recte hunc locum interpretantur, qui putant, *τὴν ἐπὶ τὸ μέσον φορὰν* esse argumentum *τῶν ἐγγύς*. Ipse mox contrarium dicit. Sed manifesto locus est corruptus: quod sane doleo. Est enim illustris et philosophicus. Lectio, quam reponimus, minus videtur a mente Strabonis discedere. CASAUB.

H. l. deesse aliquid videtur *Penzelio* Vers. Strab. Germ. T. I. p. 47. V. D. anonymus *M.* apud *Falcon.* ad h. l. *αὐτὸ μὲν οὖν* vel potius *ὧν τοῦτο μόνον* legendum censet. FR.

Punctum majus post *ἐγγύς ἐστι* sensum turbat. Corruptela autem, quam arguit transitus nimis abruptus, in hunc fere modum sananda videtur: *καίτοι τὸ μόνον ἐπὶ τῆς αἰσθήσεώς* (vel etiam *αὐτὸ μέντοι τὸ ἐ. τ. αἰ.*) *ἢ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, ἐγγύς ἐστιν, εἰ ἄρα, ἐπισημηναμένῳ ἐν κεφαλαίῳ μικρά· οἷον ὅτι ἡ γῆ σφαιροειδὴς, ἐκ μὲν τῆς φορᾶς, πόρρωθεν ὑπόμνησις, καὶ (ἐκ) τοῦ ἕκαστον κτλ.* Multa geographo e geometria et astronomia sumenda esse, dixerat, absque argumentis. Ea tamen, quae sensu tantum, aut e communibus animi notionibus cognoscantur, in promtu esse, vel paucis tantum, siquidem his etiam opus fuerit (*εἰ ἄρα* scil. *ἐπισημαίνεσθαι δεῖ*), summatim

[illegible]; velut, terram globosam esse, ex eo, quod [illegible] ad centrum feruntur, longius repetitur, et ex eo, quod corpus quodvis ad id ipsum inclinat etc. Sic enim [illegible] τοῦ corrigenda, haec cum prioribus jungenda sunt; quanquam melius omnino iis careremus, unde e margine illata ea esse, haud temere suspicatus est Siebenkees. Partx.

Scaliger l. l. sic emendat: *ἐπιφάνειαν τῆς γῆς· αὐτὸ μόνον ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως ἢ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν ἐγγὺς ἐστιν. Ἔτι δὲ τούτων πρ. τ. ἐ. τ. μ. τ. σ. φορὰν καὶ τὸ ἕκαστον σῶμα ἐπὶ τὸ ἀ. ἄ. νεύειν. Εἰ ἄρα ἐπισημήναιμεν ἐν κεφ. μ. οἷον — φορᾶς πόρρωθεν ὑπόμν., ἐκ δὲ τῶν κατὰ πεῖραν —.* Tzsch.

Par. 1. 2. 3. Ven. A. Vat. A. Stroz. MSS. Cas. *ἐπισυμμναμένον ἐπὶ*. Vat. B. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. — *μένῳ ἐπὶ*. Med. 2. *ἐπιστησάμενοι ἐν*. et e corr. *ἐπισημηνάμενοι ἐπὶ*. Vet. Intp. *si quidem ea designanti summatim procul parva submonitio est*. Bene vero Par. 1. 2. 3. Med. 2. Mosc. *ἡ ὑπόμν*. Fr.

P. 30. l. 11. *εἰ ἄρα ἐπισημηνάμενοι ἐν κεφαλαίῳ μικρᾷ*] Et haec corrupta sunt. Lego, *εἴη ἄρα ἐπισημηναμένους ἐν κεφαλαίῳ μικρᾷ, οἷον*. Exemplo vult illustrare, quod modo dicebat: perinde est igitur, ac si diceret: *εἰ δὲ δεῖ ἐπισημηναμένους ἐν κεφαλαίῳ μικρὰ εἰπεῖν, ὃ λέγω, τοιοῦτόν ἐστιν οἷον* etc. *Ἐπισημαίνεσθαι ἐν κεφαλαίῳ* est, summatim, quasi per indicem, aliquid delibare. *) tertii autem casus hîc usus frequens est apud Graecos: ut in illis, *συνελόντι δὲ φάναι, συντεμόντι δέ*. Eubulus apud Athenaeum **):

*) Nota dicendi formula. Strab. L. IX. T. III. p. 368. *ἐν κεφαλαίῳ μνησθῆναι*. L. XI. T. IV. p. 597. *ἐν κεφαλαίῳ λεχθείς*. L. XIII. T. V. p. 251. *ὑπογράψαντας ἐν κεφαλαίῳ*. L. XV. T. VI. p. 17. *τὰ ἐκτεθέντα κεφαλαιωδῶς*. Satis de ea egerunt *Schleusn.* Lex. N. F. T. I. p. 1227. *Sturz.* Lex. Xenoph. T. II. p. 735. sq. *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 313. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de comp. p. 103. et apud *Boissonad.* ad Marin. Vit. Procl. p. 143. Casus enim et praepositiones variant. De reliquis suo loco. Fr.

**) Memoriter, ut solebat talis vir, *Casaub.* haec verba citat: sunt enim Anaxilae ap. Athen. L. XIII. p. 558. E. ubi sic leguntur:

— *συντεμόντι δ' οὐδὲ ἓν*
ἧσθ' ἑταίρας, ὅσαπερ ἐστὶ θηρί', ἐξωλέστερον.

Euripid. Hecub. v. 1170. *ἅπαντα ταῦτα συντεμὼν ἐγὼ φράσω*. Fr.

— *συντεμόντι δ', οὐδὲν ἔσθ' ἑταίρας, ὅσα περ ἐστὶ θηρί' ἐξωλέστερον.*

Sed omnium maxime hoc genere loquendi Strabo delectatur. Quid quod non aliter legisse videtur vetus interpres? *Ἐν κεφαλαίῳ* autem est idem ac *τύπῳ*: et Aristoteles aliquando haec duo conjungit, *τύπῳ καὶ ἐπὶ κεφαλαίῳ λέγειν*, ut in Nicom. 2. 7. CASAUB.

[P] P. 30. l. 13. *πόρρωθεν ὑπόμνησις*] Videtur respicere Platonis dogma, Scientias nihil esse aliud, quam *ἀναμνήσεις*. Porro facit hìc quod apud Aristot. non semel legas, *πόρρωθεν ἅπτεσθαι τῆς αἰτίας*, et *προσάγειν ἐγγὺς τῶν πρώτων αἰτίων*. ut 1. pag. 381. CASAUB.

Mens Strabonis subobscura sic intelligenda videtur. Ponendum est, terram esse globosam, imo et prius pro certo sumendum, ferri corpora versus centrum. Hoc autem (corporum latio ad centrum) ipso sensu cognoscitur; illud vero (terram esse globosam) duplici modo compertum habere possumus, mediate et immediate: mediate quidem, ex ipsa corporum ad centrum latione; immediate vero ex ipso sensus testimonio, cum ea, quae in coelo et mari apparent, observamus. Forte nulla indiget correctione locus hic, quem sic declarasse sit satis. BREQUIGN.

P. 31. l. 1. *ἐπὶ τὸ αὐτοῦ ἄρτημα νεύειν*] Haec ita videntur interpretanda. *) *αὐτοῦ* scilicet *τοῦ μέσου*. estque *ἓν διὰ δυοῖν*. Nam *νεύειν ἐπὶ τὸ τοῦ μέσου ἄρτημα*, est *νεύειν ἐπὶ τὸ μέσον τὸ ἀνηρτημένον*. Verum est enim, terram in medio *τοῦ κόσμου* ita esse collocatam, quasi aliqua Homerica catena suspensa teneretur. At vetus interpres *ἄρκημα* legit inepte. Vide Aristotelem De coelo lib. II. cap. XIV. et Manilium lib. 1. Voce *ἄρτ.* utitur Plut. 2070. [Cat. min. c. 58.] et Aristot. in Mechan. non semel meminit hujus vocis Etymol. auctor, [p. 150. Sylb. p. 136. Schaef.] qui explicat *τελαμῶνα*, unde dependet marsupium. CASAUB.

P. 31. l. 1. *ἐκ δὲ τῶν κατὰ πελάγη*] Vulgo deest *τὰ* post *κατὰ*, et est hic error millies in Strabone commissus. **) Vide Ptol. lib. 1. *μεγάλης συντάξ.* Plin. II. cap. LXX. nec non Cleomedem. CASAUB.

*) Si quae hic immutanda, legendum judicamus *καὶ τοῦ*, ut verborum structura postulat: *ἐκ τῆς ἐ. μ. φορᾶς τοῦ τοῦ νεύειν ἐπ. σ. ἐπὶ τὸ αὐτοῦ ἄρτημα.* Breq.

**) Articulum agnoscunt Mosc. Esc. FR.

P. 31. l. 4. κυρτότης] τὸ σφαιροειδὲς τῆς θαλάσσης veterum indicari verbis ἀνάγεσθαι, κατάγεσθαι et similibus, putat Eustath. ad Hom. Il. VI. p. 478, 8. [p. 624, 42.] Tzsch.

P. 31. l. 5. τοῖς πόρρωθεν φέγγεσι] Praefero lectionem veterem, φέγγουσιν: quam et vetus interpres sequitur. Casaub.

Φέγγουσι est in Par. 1. Eton. Mosc. et al. m. supr. Par. 2. μεγέθεσι in Par. 3. marg. Vet. Intp. *ut longe lucentibus*, ὥστε in Med. 1. 2. e corr. pro ὥσπερ, et πόρρω pro πόρρωθεν in Par. 3. Med. 1. 2. Tum pro ἴσον Mosc. ἰσον. Male: v. *Popp.* in Obss. Critt. in Thucyd. p. 93. Med. 2. e corr. ἐπηρμ. pro ἐξηρμ. et Mosc. ἐξαρθέντι pro — τα. Pro γοῦν Par. 1. δ' οὖν, Eton. οὐδ' οὖν. Par. 1. et Vet. Intp. καί τι pro καίτοι et Ven. A. οἶδε pro εἶδε, de qua confusione dixi in diss. de med. Pentam. Gr. syll. post *Spitzner.* Jib. de Vers. Gr. Heroic. p. 364. Verba Ὅπερ δηλοῖ — μᾶλλον glossema putat *Penzel.* Vers. Strab. Germ. T. I. p. 385. Fr.

P. 31. l. 11. Ὀξὺ μάλα] Hom. Odyss. Ε, 393. *) De ἀεὶ καὶ μᾶλλον cf. supra T. VII. p. 173. Tum πρόςγαια per ει Par. 2. per ε̄ Med. 1. Mosc. scribunt. Praeferendum ει. V. *Bast.* ad Greg. Cor. p. 516. Fr.

P. 31. l. 14. τῶν τε οὐρανίων ἡ περιφορὰ ἐναργής] Alia ὑπόθεσις. Probatur a Ptolemaeo lib. I. *Μεγ. συντ.* cap. Ὅτι σφαιροειδῶς ὁ οὐρανὸς φέρεται. Est autem περιφορὰ, ἡ κύκλῳ φορά. Casaub.

Pro γνωμονικῶν Mosc. Par. 1. 2. et Med. 2. e corr. γνωμικῶν, sed Par. 1. supr. μ habet ων. Ald. αὐτῶν γν. Fr.

P. 31. l. 17. ἐρριζωμένης ἐπ' ἄπειρον τῆς γῆς] Xenophanis **) haec fuit opinio. Aristoteles De coelo, lib. II. c. 13. Οἱ μὲν γὰρ διὰ ταῦτα, ἄπειρον τὸ κάτω τῆς γῆς εἶναι φασὶν, ἐπ' ἄπειρον αὐτὴν ἐρριζῶσθαι λέγοντες, ὥσπερ Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος, ἵνα μὴ πράγματα ἔχωσι ζητοῦντες τὴν αἰτίαν. Achilles Statius [in Arat. Phaen. c. IV. *Petav.* Uranol. p. 128.] ipsius Xenophanis super hac re versus profert. Ξενοφάνης δ' οὐκ οἴεται μετέωρον εἶναι τὴν γῆν, ἀλλὰ κάτω εἰς ἄπειρον καθήκειν· φησὶ γὰρ,

*) Vid. *Ukert.* Geogr. d. Gr. u. Röm. T. I. P. II. p. 7. Fr.
**) cf. *Sturz.* ad Empedocl. p. 592. et locos congestos ab *Ukert.* Geogr. d. Gr. u. R. T. I. P. II. p. 22. Fr.

Γαίης μὲν τόδε πεῖρας ἄνω πὰρ ποσσὶν ὁρᾶται,
Καὶ ῥεῖ προσπλάζον, τὸ κάτω δ' ἐς ἄπειρον ἱκνεῖται.
CASAUB.

P. 31. l. 17. *οὐκ ἂν ἡ τοιαύτη περιφορά*] Idem Manilius ad verbum: (l. I. 172.)

Quod nisi librato penderet pondere tellus,
Non ageret cursus mundi subeuntibus astris Phoebus. CAS.

P. 32. l. 1. *καὶ τὰ περὶ κλιμάτων δέ*] Alia est *ὑπόθεσις*. Nam quae de tota ratione climatum dicuntur, ea a meteorologis seu astronomis probantur ac demonstrantur. Vide Ptolem. *μεγ. συντ.* lib. II. At Geographus ea sumit, et iis utitur ut certis. CASAUB.

P. 32. l. 3. *νυνὶ δ' ἐξ ἑτοίμου δεῖ λαβεῖν ἔνια*] Nunc, hoc est, in hac *πραγματείᾳ* quaedam pingui Minerva sunt delibanda, neque id temere, sed ea tantum, quae etc. *Λαμβάνειν ἐξ ἑτοίμου* *) solet Strabo de iis dicere, qui aliquid *ὑποτίθενται*, nec probant. Infra [L. I. T. I. p. 151.] de Hipparcho: *Ἰδίᾳ τι πρὸς αὐτὸν λεγέτω, καὶ μὴ ἐξ ἑτοίμου λαμβανέτω.* Familiaris Straboni locutio. Sic *χρᾶσθαι ἐξ ἑτοίμου* lib. XV. [T. VI. p. 17.] ut iis, quae alibi sunt probata. CASAUB.

P. 32. l. 7. *δείκνυται*] Sic Par. 1. 2. 3. Eton. Mosc. Vulg. *δείκνυνται*. Tum Mosc. *οὕτως* idemque cum Ven. A. *λέξειν* pro *λέγειν*. FR.

[P] P. 32. l. 10. *Ὦ φίλοι, οὐ γὰρ*] Locum hunc accurate explicat Strabo l. x. [T. IV. p. 78.] CASAUB.

Exstat h. l. Hom. Odyss. *K*, 190. sqq. Par. 1. *γάρ τοι*. Par. 2. 3. Mosc. *γ. τι*. In Ven. A. desunt *οὐδ' ὅπη ἠώς*. Par. 1. 2. Mosc. *ἀνεῖται*. FR.

P. 33. l. 1. *τῶν ὁριζόντων ἅμα, καὶ τῶν ἀρκτικῶν*] Ait *ἅμα*, quia ut horizontes, sic et circuli arctici pro locorum inclinatione alii sunt atque alii. Cleomedes [Cycl. Theor. L. I. c. 7. coll. Strab. L. II. T. I. p. 253.]: *καὶ κύκλοι ἀρκτικοὶ ἄλλοι παρ' ἄλλοις γίνονται, κατὰ τὰς τῶν ὁριζόντων μεταπτώσεις.* CASAUB.

P. 33. l. 1. *ἁπαντᾷ, τὰ μὲν πρὸς τὴν ὄψιν, τὰ δὲ καὶ τῇ φύσει γνωρίζειν ἅπαντα*] Qui hunc locum non animadverterunt esse corruptum, mirum non est, non eum in-

*) V. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 24. Strabo l. II. T. I. p. 218. *ὁ δὲ ταῦτα λαβὼν ἐξ ἑτοίμου καὶ δείξας.* FR.

tollexisse. Est autem ita legendum, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα κατὰ τοὺς etc. διαφέροντα ἁπαντᾷ, τὰ μὲν πρὸς τὴν ὄψιν, καὶ δὲ καὶ τῇ φύσει, γνωρίζειν ἅπαντα. Non peto, inquit, tantam in homine politico rerum coelestium cognitionem, ut rationem omnium, quae de corporib. caelestibus demonstrari a mathematicis solent, omniumque mutationum, quae, sive in speciem tantum, sive etiam re vera contingunt, horum, inquam, omnium rationem possit reddere. Ergo legendum ἁπαντᾷ, non ἅπαντα. *) quod ratione ulla ferri non potest. Sic usus est eodem verbo infra, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἁπαντᾷ, id est: συμβαίνει, videre est: et item alibi. Casaub.

P. 33. l. 2. τὰ μὲν πρὸς τὴν ὄψιν] Mutato horizonte mutatur et coeli facies: novae apparent stellae; quae prius videbantur, videri posse desinunt. Exempli gratia, Canopus in Graecia non videtur: Rhodi videri incipit. Sic de aliis. Casaub.

P. 33. l. 2. τὰ δὲ καὶ τῇ φύσει] Nam mutato horizonte natura locorum alia atque alia reperitur: ut si quis ab Aegypto proficiscatur in Britanniam. Casaub.

P. 33. l. 5. τοῦτο] H. v. in Ed. Alm. uncinis inclusam agnoscunt Vet. Intp. et MSS. omnes praeter Ven. A. l. 9. Vat. A. B. μὴ δὲ pro μηδὲ e consuetudine Codd. et edd. vett. V. quae monui in diss. de med. Pent. Gr. syll. l. l. p. 329. sq. Fr.

P. 33. l. 7. οὐ μὴν οὐδ' οὕτως] Quod facit Aristoteles primo Ethicorum, ut explicet, quis sit idoneus ad percipienda, quae in ethicis libris docentur: id hoc loco facit Geographus. Casaub.

P. 33. l. 8. καὶ ἀργὸν] Tam ignavum et ab omni rerum honestarum cura alienum, qualis videlicet fuit Margites Homericus. Id genus homines vocant Graeci ἐπιδιφρίους. Justinianus in Novella de Testibus: καὶ μήτινας ἐπιδιφρίους μηδὲ χαμερπεῖς μηδὲ παντοίως ἀσήμους ἐπὶ μαρτυρίαν ἰέναι. Grammatici **): ἐπιδίφριος, ἀργὸς, γυ-

*) Creberrima harum vocum confusio. Vid. *Tzsch.* ad Strab. T. II. p. 538. et T. V. p. 751. *Seidler.* ad Eurip. Electr. v. 661. *Eichstaedt.* in praef. Diod. Sic. p. LXIII. Intpp. ad Lucian. Amor. 44. T. II. p. 447. ed. Reitz. *Casaub.* emendationem probant etiam *Breq.* et V. D. anonymus *M.* apud *Falcon.* ad h. l. In Vet. Intpr. h. v. prorsus deest. Fr.

**) V. Etym. M. s. h. v. p. 359. Sylb. p. 325. Schaef. Suid. T. I. p. 807. Küst. et Intpp. ad Hesych. T. I. p. 1349. Alb. Fr.

καπηλικῆς. Sumptum ab iis, qui artes sedentarias exercent: quos vocant Graeci ἐπιδιφρίους καὶ βαναύσους. CASAUB.

P. 33. l. 11. ἰσημερινῶν] Forte legendum ἰσημερινοῦ, forte μεσημβρινῶν. Unus est aequinoctialis circulus, non plures. At consentiunt libri omnes. BREQ.

Mihi placet μεσημβρινῶν propter locum Strabonis mox adducendum, et quia eadem vocabula confunduntur etiam L. II. T. I. p. 243.; eandemque sententiam sequuntur Intpp. Pariss. in vers. gallica. Tum pro ὀρθίους Epitom. ὀρθῶν. Quanquam cognatae hae voces sunt et alibi etiam permutantur (v. *Tzschuck.* ad T. V. p. 23.), malim tamen hîc ὀρθούς propter opposita: v. *H. Stephan.* Thes. T. II. c. 1436. *Schaef.* ad Lamb. Bos. Ellips. p. 90. et 898. et ad Dionys. Hal. de Compos. V. p. 57. Similia sunt ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδύειν, καὶ ὀρθὸν πλεῖν, ὀρθὸν βαδίζειν et alia: v. Intpp. ad Greg. Cor. p. 209. Schaef. *Ast.* ad Plat. Legg. VII, 16. T. II. p. 376. *Jacobs.* Additam. Animadvv. ad Athen. p. 333. FR.

P. 33. l. 13. κλιμάτων τε καὶ ἀνέμων] Forte ἡμέρων [l. ἡμερῶν], *dierum*: non *ventorum*. neque enim solis declinatio ventorum causa est, aut unum clima non nisi peculiarem unum ventum habet. Sed diei, quem artificialem vocant, ortu et occasu solis inclusi diversam quantitatem locis declinatio a metis, intra quas solis cursus vertitur, efficit. XYLAND.

Si quid esset mutandum, quod videtur Xylandro, legerem, non ut ille καὶ ἡμερῶν, sed καὶ ἀέρων. Ἀέρας vocant Graeci qualitatem locorum ac regionis. Sic lib. XVII. [T. VI. p. 476.] λυπρότητα τόπων καὶ ἀέρων dicit: [L. XI. T. IV. p. 358. τὰς τῶν ἀέρων ὁμοιότητας. FR.] Et ita apud Vitruvium (I. c. 1.) aëres locorum. *Disciplinam vero*, ait, *medicinae novisse oportet, propter inclinationes coeli, (quae Graeci κλίματα dicunt) et aëres locorum.* ubi vides κλίματα et ἀέρας conjungi. Quare, uti dixi, si quid mutandum esset, ita potius legendum censerem. *) Sed non placet, ut quicquam mutetur. Nam sic iterum hoc ipso libro [T. I. p. 74.] κλίματα et ἀνέμους conjunctim posuit. et libro secundo [T. I. p. 309.] ita scribit: ἀντὶ τῶν κύκλων τῶν τε παραλλήλων [?] καὶ τῶν μεσημβρινῶν, οἷς τά τε κλίματα καὶ τοὺς ἀνέμους διασαφοῦ-

*) καὶ ἀέρων malebat etiam Scaliger l. l. TZSCH.

μεν: qui locus vulgatam lectionem aperte confirmat. CASAUB.

P. 53. l. 15. κατὰ τὴν πρώτην ἀγωγήν] Vocat πρώτην ἀγωγὴν *), quum traduntur initia harum scientiarum: hujusmodi libellos vocant Latini *Institutiones*: Graeci Εἰσαγωγάς, Στοιχειώσεις et Ὑποτυπώσεις: itemque Ἐγκύκλια μαθήματα. Strabo Ἐγκύκλιον ἀγωγήν. CASAUB.

P. 53. l. 16. κατανοήσας τις ἄλλως] Si quis male haec animo conceperit. Ignorantia duplex est: una, quum res prorsus ignoratur: ea vocatur κατὰ ἀπόφασιν; altera, quum res non ignoratur, sed perperam scitur: ea est κατὰ διάθεσιν. de priori superius dixit: nunc alteram tangit. Utramque Homerus suo Margiti elegantissimis versibus tribuisse videtur: priorem intellexit, cum dixit,

τὸν δ' οὔτ' ἄρ σκαπτῆρα θεοὶ θέσαν, οὔτ' ἀροτῆρα,
οὔτ' ἄλλως τι σοφόν.

posteriorem elegantissime ita expressit:

Ὅς γ' ἠπίστατο πολλὰ, κακῶς δ' ἠπίστατο πάντα.

CASAUB.

Haec *interrogative* legit Cas. et reddit. Sed malim *affirmative* legere et ΑΛΛΩΣ ΠΩΣ conjunctim interpretari *alias aliquo modo*. Eadem phrasis occurrit p. 111. l. 20. Ed. Alm. [L. I. T. I. p. 170.] ubi iterum Casaub. ΑΛΛΩΣ pro ΚΑΚΩΣ usurpari vult; sed, opinor, perperam. TYRWH.

P. 54. l. 2. ὅ, τε μηδ' εὐθεῖαν] Par. 1. al. m. supr. ἢ. In Par. 2. Eton. Med. 1. τε deest, quod expunxit etiam. *Breq.*; in Med. 2. e corr. ὅ δὲ μηδ', ut Mosc. Pro περιφερῆ Med. 2. e corr. περιφέρειαν. FR.

P. 54. l. 7. ὧν χωρὶς οὐκ ἂν εἴη γεωγραφίας οἰκεῖος] Sic Aristoteles, διὸ τῆς πολιτικῆς οὐκ ἐστὶν οἰκεῖος ἀκροατὴς ὁ νέος. CASAUB.

P. 54. l. 9. ἁπλῶς δὲ] Confert Geographiam cum historia: ac suum in utraque parte studium commemorat. CASAUB.

Τοῦτο δεῖ] τ. δὴ Mosc. Ven. A. Vat. B. Par. 3. Med. 1. 2. Eton. Ald. τ. δὲ Vat. A. Vet. Intpr. *putamus*. Tum post ὥσπερ deest καὶ in Par. 1. 2. Med. 1. 2. Esc. Eton. Mosc. Ald. nec valde quis desideret. FR.

P. 54. l. 10. καὶ πολιτικὸν] τὸ [quod habent Med. 1.

*) Cf. *Schleusn.* Lex. N. F. T. I. p. 39. *Boisson.* ad Marin. Vit. Procl. p. 94. FR.

2. Ald.] abundabat, ita ut sensui quoque officeret. XYLAND.

P. 34. l. 11. *Κἀκεῖ δὲ πολιτικὸν*] *Κἀκεῖνον* Esc. Mosc. Vet. Intp. *τὸν πολ. λεγόμενον* Med. 2., et Med. 1. e corr. Addunt *τὸν* etiam Par. 2. 3., sed in hoc manus recentior puncta subdidit et supra *λεγόμενον* scripsit *λέγομεν*, quod Par. 3. in marg. habet. E Bemb. Ven. A. nude *λεγόμενον* enotatur. Mosc. sic: *κακεῖ δὲ πολ. λεγόμενον*. Post *οὐχὶ* *Breq.* addidit *δὲ* e Reg. sine causa idonea. FR.

P. 34. l. 13. *ἐγκυκλίου ἀγωγῆς*] Sic vocat, qua informantur et erudiuntur etiam ii, qui exquisitam scientiam non quaerunt, neque totos se studiis philosophicis mancipant, sed satis habent, utcunque non prorsus omnium liberalium artium esse ignari. Qualis fere hodie plerorumque in scholis versantium est conatus. Ex hoc loco satis apparet, quale genus fuerit librorum et disputationum *ἐγκυκλίων* *), quorum meminit 1. de Coelo, et 1. ad Nicom. atque alibi Aristoteles. XYLAND.

P. 35. l. 1. *οἱ τοὺς λιμένας καὶ τοὺς περίπλους καλουμένους πραγματευθέντες*] *Περίπλους* scripserant apud veteres quam plurimi: extant hodieque Arriani et Annonis *Περίπλοι*. Laudatur saepe a veteribus *Λέων ἐν περίπλῳ*. Ejusdem videtur fuisse argumenti Varronis liber, qui a Solino (c. 17.) laudatur, *De Littoralibus*. *Λιμένας* scripserat Timagenes sive Timagetus, teste scholiaste Apollonii IV. [v. 259. 306. 324.] et Timosthenea**), poëta ac navarchus Ptolemaei: de quo Strabo lib. IX. [T. III. p. 515.] CASAUB.

P. 35. l. 4. *συνάπτειν προσῆκε*] Ita [*ἃ σ. πρ.*] est etiam in vett. cod. Veruntamen, aut *τὸ ἃ* est inducendum, aut, quod potius puto, ita est legendum, *ὅσα* etc. *ἐκ τῶν οὐρανίων ἐστὶν, ἃ συν.* CASAUB.

Quidni ea vox *ἔστιν* subaudiatur? BREQ.

Vulg. certe tuentur codd. omnes, nec improbat *Falc.* Ante *τῶν οὐρ.* deest *ἐκ* in Med. 1. et 2., ubi a m. ser. additum. Tum l. 7. *καὶ* expunctum est in Med. 2. et *τάξιν*

*) Encyclium quid sit, docet Nunnesius ad vitam Aristotel. p. 49. ALMEL. *in Addend.* Adde *Schaef.* ad Dionys. Hal. de Comp. p. 401. sq. FR.

**) Diversus non est, qui corrupto nomine in Schol. Apollon. II, 297. citatur *Δημοσθένης ἐν λιμέσιν* tum in Stephan. tum in Paris. FR.

pro σύνταξιν legitur in Par. 3. et e corr. in Med. 2.; αὕτη vero pro αὐτὴ est in Mosc. Vet. Intp. Ven. A. Fr.

P. 35. l. 5. *ἱστορικὰ ὑπομνήματα*] Meminit horum Strabonis commentariorum *) Plutarchus noster in Lucullo 10. Xyland.

P. 35. l. 8. *πρὸς τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας*] In Ald. deest τοὺς, in Reg. αὐτούς. Fr.

Lego τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας. Xyland.

P. 35. l. 10. *τὰ περὶ*] *τὰ μὲν περὶ* Mosc. Med. 2. e corr. et Par. 2. al. m. supr. Haud male, quanquam additamentum non est necessarium. Fr.

P. 35. l. 12. *κἀνταῦθα δεῖ*] Ita et Mosc. Par. 3. Med. 1. 2., quapropter, probante *Tyrwhitto*, recepit Breq. *K. δὴ* MSS. Cas. Par. 1. 2., sed hic al. m. supr. *δεῖ*. Vulg. et Esc. *κ. καὶ*. Post *ἀφανῆ* interserunt *ἄδοξα* Eton. et Vet. Intp. Tum *εὐμνημόνευτον* pro *μνημόνευτον* Mosc. Par. 1. 2. Denique *καθάπερ τε* pro *κ. γε* Mosc. Par. 1. 2. Esc. Fr.

P. 36. l. 3. *ἢ εἴη καλῶς τὸ ὅλον*] *εἰ κ. τ. ὅ.* Ald. Mosc. Esc. Sed Par. 2. *ἢ* al. m. supr. *εἰ κ.* Par. 1. *ᾗ κ.* quod probat *Villebr.* Vet. Intp. *singulis partibus, quam bene sint expressae. Paetz* in nott. MSS. ad h. l. „In errorem induxit librarios vox *μᾶλλον*, ut crederent, sequi „debere, *ᾗ*, quod secus est. Nam verba *τοῖς καθόλου „προσέχομεν μᾶλλον* referenda sunt non ad ea, quae sequuntur, sed respondent praecedentibus *οὐ τὸ καθ' ἕκαστον ἀκρ. ζητ.*; neque *εἴη*, unde pendeat, habet. Procul „dubio recipienda erat lectio *εἰ καλῶς τὸ ὅλον* scil. *ἔχει*. „Illis enim explicat scriptor, quatenus ratio habenda sit „*τῶν καθ' ὅλον*." Ven. A. *ἀκριβῶς* pro *ἀκριβὲς* et Mosc. inverso ordine *δεῖ ποιεῖσθαι*. Pro *φράζουσα* Eton. Par. 3. *φροντίζουσα*. Fr.

[P] P. 36. l. 5. *τὰ μεγάλα φράζουσα, πῶς ἔχει, καὶ τὰ ὅλα*] Bene vet. cod. *καὶ τὰ ὅλα*. Sic paullo post *τὸ ὅλον*. Casaub.

Quam lectionem recepit *Sieb.* et *Breq.*, confirmant Mosc. Par. 2. 3. Eton. Med. 1. et e corr. Med. 2. eandemque secutus est Vet. Intp. Tum *Breq.* expunxit vocem *ὅ, τι*, quam ignorant Med. 1. Par. 3. Post *πράγματικὸν* in Mosc., qui *ὅτι* praebet, in marg. a m. rec. leguntur addita verba *δεῖ γνῶσιν ἔχειν*. Fr.

*) Vid., praef. T. I. p. XXV. T. VII. p. 32. sq. Fr.

P. 36. l. 7. *Ὅτι μὲν οὖν σπουδαῖον*] Conclusio generalis eorum omnium, quae hactenus disputata sunt. Atque hîc desinit prima pars. CASAUB.

P. 36. l. 8. *προσῆκον*] *πρέπον* Par. 1. Med. 1. Esc. Mosc. quod recepit *Breq.* FR.

P. 36. l. 10. *Εἰ δὲ πολλῶν προεσπόντων*] Sequitur pars horum librorum secunda, omnium, ut initio diximus, longissima. Docet, justas sibi non defuisse causas describendi etiam post summos viros *τὴν οἰκουμένην*. CAS.

P. 36. l. 12. *ἂν μὴ καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον διαλεχθῶμεν ἐκείνοις ἅπαντα λέγοντες*] Vel caecus videat legendum, *διελεγχθῶμεν.**) nisi, inquit, convincar, omnia eodem modo dixisse, ut alii. Tunc enim merito me aliquis actum agere diceret, ac jure reprehenderet. Quid igitur eo homine facias, cui placet, Strabonem post Stratonem idem argumentum, totidem libris, eodem ordine ac verbis pene iisdem tractasse? Nimirum bonam ei a Deo mentem, aut certe silentium optandum. At si reviviscat hodiè Strabo, profecto hominem *ἀποῤῥαπίσας ἀπεσκοράκισεν ἄν*. Porro *διελεγχθῶμεν* habuerunt et Aldi codices, ut ex ejus editione coniicere est. CASAUB.

Διελεγχθῶμεν, ut dedit etiam *Breq.*, habent Par. 1. 2. 3. Eton. Mosc. Vet. Intp. *disseramus.* Paulo ante Par. 1. 2. Mosc. Esc. Eton. *μεμπτέον* pro *μεμπτέοι*, quod cedat plurimorum codd. auctoritati. FR.

P. 37. l. 2. *πολὺ μέρος*] *ἄλλο π. μ.* Mosc. Esc. Vet. Intp. et *δεῖ* non habent Par. 1. 2. Mosc. Ven. A. Vat. A. B. Pro *πρὸς οὓς* Par. 3. Med. 1. *π. οἷς*; Med. 2. e corr. *τούτοις*. Deinde *τοῖς μετὰ τὴν Ἀλ. στρατείαν* sic reddit Vet. Intp. *posteritati illa Alex. M. expeditio*, ut legisse videatur *ἡ Ἀλ. στρατεία*. Pro *τῆς Ἀσίας πολλὴν* male Par. 1. Eton. *πολὺ τῆς Ἀσ.* Verba *μέχρι τοῦ Ἰ. — ἅπαντα* desunt in Par. 3. Librarius erravit ob duplex *ἅπαντα*. Quam vero lectionem *πέραν Ἰ.* e vett. codd. enotavit *Cas.* in marg., non ad h. l. sed ad sequentia *πέραν τοῦ Ἰ.* pertinere, ideo mihi persuasum est, quod articulum ignorant etiam Par. 1. 2. 3. Mosc. Ven. A. Vat. A. B. Non opus igitur tot verbis, quot fecit h. l. *Breq.* FR.

---

*) Sic *Allat.* in Epp. Socrat. 28. T. I. p. 256. ed. Orell. pro *λεχθῆναι* conjecit *ἐλεγχθῆναι*. Similiter *φέγειν* et *λέγειν* confunduntur: vid. *Erfurdt.* ad Soph. Electr. v. 1419. *Jacobs.* in Append. ad *Porson.* Advss. ed. Lips. p. 312. FR.

P. 57. l. 3. προσλαβεῖν] forte προσβαλεῖν, tametsi etiam illud tolerari potest. *) XYLAND.

P. 57. l. 15. *Μιθριδάτης*] Vide lib. XII. et alios. CAS.

Compositum ἐπικληθεὶς praepositione privant codd. fere omnes: Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc., ut restituit *Breq.* Deinde in verbis ὑπὲρ τούτων δὲ Esc. Mosc. habent τούτους, idemque al. m. supr. Par. 2., δὲ vero abest ab Ald. Par. 3. Med. 1. 2. et in Par. 2. legitur al. m. supr. FR.

P. 58. l. 2. ὑπὸ τῶν πρότερον] Mosc. sic: πρότέρων. Par. 2. πρότερον. Perpetua variatio. Tum ἔσται pro ἐστι in Par. 1. 2. 3. Eton. Mosc. Ven. A. FR.

P. 58. l. 5. ἦττον μὲν ἐκ τῶν πάλαι] ἐκ τοῦ π. Mosc. Par. 3. Esc. τοὺς τοῦ (sic) π. i. e. τοὺς π. Vat. A. quod alii codd. referunt et omnino praestare videtur. Sed Par. 2. sine ἐκ habet in marg. τὸν. Vet. Intp. *Ii quidem, quam prisci, minus aberravere. Villebr.* ad h. l. εἰς τοὺς legendum censet; *Paetz.* in nott. MSS. unice veram lectionem habet τοὺς πάλαι referens ad πρὸς; utrumque dici posse putat *Breq.* Tum Ἐρατοσθένην Med. 2.; οὓς male deest in Esc. Mosc. et in Par. 2. punctis notatur. Pro τοῖς αὐτοῖς Mosc. Bemb. Stroz. Eton. Esc. τ. αὐτῶν; Par. 1. τ. αὐτοῖς, sed eadem m. supr. ὧν. FR.

[P] P. 58. l. 11. οὐ γὰρ πρόκειται πρὸς ἅπαντας ἀντιλέγειν] Vere et eleganter Christianus philosophus Athenagoras, hominis esse stulti, imperitos responsione dignari. ἠλίθιον, inquit, ὡς ἀληθῶς, τὸ, τοῖς ἐπιπολαίοις καὶ ματαίοις ἀντιλέγειν. CASAUB.

P. 58. l. 13. ἐκείνους δὲ διαιτᾷν] ἐκείνοις Mosc. Esc. et al. m. supr. in Par. 1. FR.

P. 59. l. 1. Πρότερον δ' ἐπισκεπτέον Ἐρατοσθένη] Eratosthenem primum aggreditur, quaedam de eo prius praefatus. Hunc miris laudibus effert lib. XVII. [T. VI. p. 696.] hic minus honorifice videtur de eo sentire ac loqui. neque id studio obtrectandi: nam et aliorum doctorum virorum idem fuit de Eratosthene judicium: et notat Hesychius Illustris, in libello περὶ σοφῶν, Eratosthenem vulgo dici solitum Βῆτα τῶν φιλοσοφούντων: ut

*) Ita voluit etiam *Gronov.* in Varr. Geograph. p. 153. cui immerito adstipulatur *Falc.* FR.

qui facile secundas in quavis philosophiae parte obtineret, in nulla primas. Sic apud Martialem Alpha et Beta vocantur, qui primas vel secundas in aliqua re obtinent. (11. Ep. 57.)

> Quem non lacernis Publius meus vincit,
> Non ipse Codrus Alpha penulatorum. CASAUB.

P. 39. l. 2. *ἀντιλογίαν*] *ἀπολογ.* Med. 2. e corr. Tum l. 8. *ὁ Ἐρατ.* desunt in Par. 5. Med. 1. 2. et l. 10. alteram formam *Ἀρκεσίλαν* praeferunt Par. 5. Med. 1. et 2. sed hic *αον* e corr. Denique pro *προσηκόν* Esc. *πειστέον*, Par. 2. et Mosc. *πιστέον* supr. idemque Med. 2. e corr. Mosc. etiam *καθ' αὐτὸν* pro *ἑαυ.* et male *Ἀπελλῆς*. FR.

P. 39. l. 9. *μίαν πόλιν*] Athenas. Fuit et Archimedes *σύγχρονος* Eratostheni, ut ex ipsius testimonio notat Proclus. CASAUB.

P. 39. l. 15. *ὃν φησι πρῶτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν φιλοσοφίαν*] Iampridem admonuimus ad Laërtium nostrum, quem pene pueri emendavimus, corruptum hunc locum sic esse legendum et restituendum, *ὃν φησι πρῶτον ἀνθινὰ περιβαλεῖν σοφίαν*. Sic enim refert Laërtius [IV, 7, 5.] dicere solitum Eratosthenem, *ὡς πρῶτος Βίων τὴν φιλοσοφίαν ἀνθινὰ ἐνέδυσε*. Non fuisse autem me, quum illa scripsi, vanum conjectorem, didici postea ex lib. manu exaratis. In plerisque enim codd. erat *ἄντινα*. [Sic Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Mosc. in quo tamen et Par. 2. *θενὰ* supr. *ἀνθινὰ*, Esc. FR.] In uno diserte *ἀνθινὰ*, ut didici post editum fere Strabonem: quod prius si scissem, vulgatam lectionem minime retinuissem. Praeterea sciendum est, in vett. li. scriptum esse *φιλοσοφίαν* [Sic Par. 2. Med. 1. Eton. Mosc. Bemb. Stroz. Vat. A. Sed Par. 2. et Mosc. supr. *σοφίαν*, ut solet variari. V. *Heindorf.* ad Plat. Phaedr. c. 34. T. I. p. 227. *Bast.* Comment. Palaeogr. p. FR.], non *σοφίαν*: quam etiam lectionem Laërtius comprobat. Legebatur autem in quibusdam libris *εἰπεῖν ἄν τινα*, ut sit loquendi genus ellipticum, pro, *possit dicere aliquis*. Ante legebam *εἴποις ἂν ἐπ' αὐτοῦ τούτου*, quomodo alibi eum loqui memini. ut ad Bionem referantur haec verba: de quo ait, *Οἴην ἐκ ῥακέων ὁ Βίων*, eleganter *παρῳδῶν* locum poëtae, qui sic habet *Od.* σ. [v. 74.] *)

*) Cum *Casaubono* faciunt *Scaliger* l. l. et *Leopard.* Emendd.

οἵην ἐκ φαιδίμων ὁ γέρων ἐπιγουνίδα φαίνει.

quo in versu quum ἐπιγουνίδα Aristarchus exponeret, τὸ ἐπάνω τοῦ γόνατος *): Crates τὴν ἐπωμίδα: Chares vero τὴν ἐφ' ὅλου τοῦ σώματος εὐσαρκίαν, Strabo [P] ita παφλάζων secutus videtur Cratetis expositionem. Aut potius Charetis, quam etiam alius Homeri locus confirmat ὀδ. ρ. [v. 225.] Usurpantur eadem poetae verba et a Maximo Tyrio elegante sermone XLI. **) CASAUB.

Par. 1. 2. 3. Med. 1. Eton. Mosc. male περιβάλλειν. In Med. 2. verba περιβ. — εἰπεῖν ἄν desunt, sed postea sic addita: περιβαλεῖν σοφίαν· ἀλλ' ὅμως πολλάκις εἰπεῖν ἄν τινα. De περιβολῇ τοῦ λόγου, quam Romani *vestitum*, nostrates *Einkleidung*, appellant, cf. *Heindorf.* ad Plat. Hipp. maj. c. 13. T. I. p. 135. Vestimenta ἀνθινὰ illustrant *Toup.* ad Suid. T. I. p. 356. sq. ed. Lips. et *Wyttenbach.* ad Plutarch. S. N. V. p. 49. Vet. Intp. vulg. secutus vertit *philosophiam quandam primum complexum esse.* Vox τινὰ, quae errori in antecedentibus ansam praebuit, adest etiam in Mosc. Par. 1. 2. 3. Med. 1. Eton. Esc., nec facile ea carebimus, judice etiam *Paetzio* in nott. MSS. ad h. l. qui „Nisi, inquit, τινὰ re„ceptum fuerit, quo tandem pertinere putabimus vo„cem εἰπεῖν aut quemnam illud dixisse? Eratosthenes „certe is non fuit. Quod autem infinitivo scriptor uti„tur, non ita cum *Xyl.* explicabimus, ut ἦν extritum „videatur, sed est ea loquendi ratio Nostro solennis. Ita „p. 72. ῥᾴδιον εἶναι. p. 253. sq. εἶναι παρὰ πᾶσι. p. 283. „δυσμικώτερον εἶναι, ubique pro ἐστὶ s. εἴη posito infini„tivo, qui pendet ab omisso δεῖ v. ἔξεστιν, aliis locis ab „omisso λέγουσιν, ut sit infinitivus, quem dicunt, hi„storicus." FR.

Mens Strabonis est, Bionem plus aequo ab Eratosthene praedicatum, praesertim cum ab illo philosophiam florida veste primum indutam fuisse dixit. E contrario enim saepe de Bionis philosophandi ratione

---

XIX, 14. V. D. quidam in marg. cogitat de proverbio *pannus lacer.* TZSCH.

*) Ita etiam Hesych. s. h. v. T. I. c. 1346. ubi cf. Intpp. coll. *Brunck.* in Append. ad Apoll. Rhod. III, 875. et *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. XI. p. 127. FR.

**) V. ad Diog. Laert. 4, 52. ubi ἀνθινὰ in utroque conjicit. TZSCH.

usurpabatur illud Homericum: *Qualia de pannis promit Bio!* Ergo non floridus Bio, sed pannosus potius dicendus fuit. Breq.

Ad vocem *Βίων* in Par. 2., ubi explicit fol. 8. rect., in marg. infer. hoc scholion legitur: *ὁ τοῦ μεγάλου πολέμου προγενέστερος ÷ ὁ συγγραφεὺς· ἀλλ' οὐ μαρίνου τοῦ τυρίου, οὐ γὰρ μέμνηται αὐτοῦ.* Fr.

Hunc totum locum interpres non est assecutus, *εὐκατατρόχαστον* vertit *discurri facilem*, nullo sensu et ridicule. quis enim audivit unquam homines discurri? Est autem elegans admodum vox *κατατρέχειν τινὸς* *). Graecis significat reprehendere ac vituperare, *einen ausstreichen*, quia quasi obiter in decursu sermonis id fiat. Inde *εὐκατατρόχαστον* dixit noster, *qui mereatur ita carpi, ac contemtim rodi.* In Graeco post *πολλάκις εἰπεῖν ἄν* videtur extritum verbum *ἦν*. Est autem sensus hic. Valde laudat Eratosthenes Bionem suum, amictum divina quadam sapientia: Laërtius scribit ob omnis generis doctrinam, Bionis, Eratosthenem de eo pronunciasse, hunc primum floridam induisse vestem. Ego autem videre velim, quidnam hoc sub amictu Bio texerit: an praeclari aliquid, sicut Ulysses Homericus, qui pannis mendici in morem obsitus, tamen ad pugnam cum Iro se parans, femur praeclari et robusti corporis argumentum denudavit: ita ut non sine magna admiratione proci male Iro ominarentur, eo femore conspecto. Sic (inquit Strabo) miror ego, quid tandem egregii ex florido isto pallio sit Bio iste prolaturus, Eratostheni tam valde laudatus. Locus Homeri, ad quem hic alluditur, est Ulyss. *Σ*. 74. Et vult ostendere Strabo, longe secus Bioni evenisse et Eratostheni, nihil operae pretii promentibus ex tam splendido habitu. Caeterum Zeno Citiensis, cujus aequalis fuit Eratosthenes, floruit sub Ptolomaeo Euergeta et Antigono Dosone, post confectum maxime primum bellum Punicum, circa Olym-

*) Cf. de hac vi vocis *κατατρέχειν* et *καταδρομὴ H. Steph.* Thes. T. IV. p. 1662. D. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de Comp. V. p. 421. *Ast.* ad Plat. Legg. VII, 12. T. II. p. 366. *Ernest.* Lex. Techn. Rhet. Gr. p. 170. sq. Eodem modo Strabo L. XIV. T. V. p. 687. sq. dixit *πεδία — εὐκατατρόχαστα, incursionibus obnoxia. Falc.* explicat *valde volubilis.* Male, si quid video. Fr.

piadem 136am. De eo et reliquis vide Laërtium, Suidam, alios. Paulo ante *πόλιν*; *οἱ καὶ κατ' Ἀρίστωνα*: *καὶ* [quod habent Mosc. Ven. A. Med. 1. 2. Esc.] expunxi ut a librario, non a Strabone profectum. XYLAND.

P. 40. l. 2. Pro *ὃς* Mosc. Ven. A. Par. 5. *ἡ*, sed hic *ο* supr. *ἡ* Reg. et *καὶ τοῦ Ζ.* Mosc. Esc. FR.

P. 40. l. 3. *ὃς τοῦ Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως*] Dolet Straboni, praelatum esse Aristonem Zenoni: quem unum auctorem Stoïcorum cohors tota sequitur, colit, admiratur. Sed videamus, quam sit aequa Strabonis haec querela. Mihi quidem videtur Eratosthenes non levem causam habuisse, cur in Aristonem esset propensior: eo enim usus erat magistro: credo, quia paullo post, quam ille Athenas venit, fato functus est Zeno Aristonis magister. Pietatis igitur officio functus videri possit, cum praeceptorem suum commendavit. Et tamen non ita Aristoni fuit deditus, ut ejus *ἐλαττώματα* in suis scriptis taceret Eratosthenes. Docet id nos Athenaeus: ex cujus libro septimo (c. 6. p. 281.) verba Eratosthenis de Aristone adscribam, quia sunt elegantissima. Sic igitur ille in dialogo, quem inscripserat Aristo: *Ἤδη δέ ποτε καὶ τοῦτον πεφώρακα τὸν τῆς ἡδονῆς καὶ ἀρετῆς μεσότοιχον διορύττοντα, καὶ ἀναφαινόμενον παρὰ τῇ ἡδονῇ.* CAS.

P. 40. l. 5. *τοὺς δ' ἐκείνῳ διενεχθέντας*] Vide Laërtium in Zenone. CASAUB.

P. 40. l. 6. *ὧν διαδοχὴ οὐδεμία σώζεται*] Ex Diogene Laërtio intelligimus, vix ac ne vix quidem obtinuisse Aristonem, ut *αἱρετιστὴς* diceretur: idem tamen testis est, quosdam ab eo fuisse *Ἀριστωνείους* nuncupatos: M. Tullius Tusculanarum lib. v. (24. et de Fin. IV. 17.) auctor est, Aristonis sententias et placita evanuisse. CAS.

P. 40. l. 9. Pro *πραγματεία* al. m. supr. Par. 2. *πράγματος*, *μελέτη* Par. 3. *μέσον* e corr. Med. 2. Tum Mosc. sic: *θαῤῥοῦντος* a m. rec. supr. FR.

P. 40. l. 12. *εἰς τὴν ὑπόθεσιν ταύτην*] Legi malim *ὑπόθεσιν ταύτην*. Sic lib. IX. [T. III. p. 517.] *κατὰ τὴν ὑπόθεσιν ταύτην*. Illud enim lib. X. [T. IV. p. 143.] *ὁ δ' ἐκλαθόμενος τῆς ὑποσχέσεως οὐ τοῦτ' ἐπιφέρει*, non est simile. CASAUB.

Codd. omnes *ὑπόσχεσιν*. Vet. Intp. *professionem*. *Villebr.*: Inepte vult *Cas.* mutare; idem est, ac Gall. *profession*. Vulg. tuetur etiam *Breq.* FR.

P. 40. l. 14. διαγωγὴν ἢ καὶ παιδείαν] Philosophus πολιτικῆς lib. VIII. distinguit diligenter inter διαγωγὴν, παιδιὰν [Sic Ald. Mosc., sed Med. 1. 2. παιδίαν.] et παιδείαν. CASAUB.

P. 40. l. 17. ὅσα δύναιτ' ἂν] Vulg. agnoscunt codd. omnes et edd.; nec offendit, si ὅσα nominandi casu acceperis. FR.

P. 41. l. 1. Καὶ πρῶτον] Prima Eratosthenis reprehensio: Male dixisse eum, Poëtam omnem delectare solum velle, non etiam docere: Probat, non ita fuisse dicendum, sed hoc modo, Poëtam omnem, partim delectare, partim docere velle. CASAUB.

ὅπερ ἀρτίως ὑπερεθέμεθα] Supra, illo loco, [L. I. T. I. p. 16. sq.] Οὐδὲ γὰρ ἀληθές ἐστιν. CASAUB.

Esc. et Mosc. a m. rec. ὃ ἀρ. ὑπ. FR.

P. 41. l. 3. στοχάζεσθαι ψυχαγωγίας] Cf. Seneca de benef. 1, 4. Plut. de aud. poet. T. 2. p. 17. Aristoph. in Ran. v. 1055. Eratosthenes poeticam in artis formam, ut nunc est, redactam respicit unice, non veterem morem. Antiquitus vitae praecepta sententiis brevibus et concinnis efferebant; philosophia ab initio carmine enuntiata. cf. Plutarch. de pyth. orac. p. 402. C. et 406. B. C. TZSCH.

V. supra ad p. 17. l. 1. T. VII. p. 204. sq. FR.

P. 41. l. 6. ἔθη] H. l. fere integrum refert Eustath. ad Hom. Il. Α, 59. p. 27. Bas. [p. 35, 37. omissis ἡμᾶς, οἱ δ' ἡμ. — σοφὸν, et αἱ τῶν Ἑ. π. πρώτιστα.] habetque ἤθη, quod contra Casaubonum probat Politus ad eundem T. I. p. 77. Tacite recepit Siebenk. TZSCH.

Eton. Mosc. Vet. Intp. ἤθη. Vulg. ἔθη, quod male legitur etiam ap. *Breq.* De perpetua hac permutatione v. *Tzschuck.* ad Strab. T. II. p. 564. 429. T. III. p. 8. T. IV. p. 167. 514. *Ast.* ad Plat. Legg. T. II. p. 52. FR.

[P] P. 41. l. 7. οἱ δ' ἡμέτεροι καὶ μόνον ποιητὴν ἔφασαν εἶναι τὸν σοφόν] Non potuit clarius profiteri, se esse Stoïcum. An non enim Stoïci fuerunt, qui dicerent, Solum sapientem bonum, pium, doctum, regem etiam, omnium denique rerum solum esse dominum? Itaque solus sapiens secundum Stoïcos erit poëta, solus orator. Laërtius: Ὁμοίως δὲ ἀρχικοὺς δικαστικούς τε καὶ ῥητορικοὺς μόνους εἶναι· τῶν δὲ φαύλων οὐδένα. Notum est illud Sophili comici elegans dicterium: Στωϊκὸν δόγμα ἔστιν, ὅτι πάντα εὖ ποιήσει ὁ σοφός· καὶ φακῆν φρονίμως ἀρτύσει.

Vide Athenaeum lib. IV. (c. 15. p. 158.) et Ciceronem, maxime sub finem lib. III. (c. 22.) De finibus. In vett. quibusdam cod. [Par. 1. 2. Eton.] legitur, *οἱ δὲ νεώτεροι* *), prorsus male. Sic enim alibi [L. I. T. I. p. 111.] de Zenone, *ὁ δὲ ἡμέτερος.* **) CASAUB.

P. 41. l. 9. *παῖδας — παιδεύουσι*] cf. Horat. Epist. II, 1, 126. TZSCH.

P. 41. l. 11. *ὅπου γε καὶ οἱ μουσικοὶ*] De musica praeter Aristotelem, Platonem, Plutarchum ***) et alios, lege Athenaeum lib. XIV. (c. 5.) CASAUB.

P. 41. l. 12. *Αὐλίζειν*] Manuss. *αὐλεῖν.* ut et in *συντάγμασι* Planudae ex hoc libro. Legitur etiam in manuss. [Eton.] *ἀντιποιοῦνται*, non *μεταποιοῦνται.* CASAUB.

Med. 1. 2. Mosc. Esc., ut edidit *Breq.*, *καὶ λυρίζειν καὶ αὐλεῖν.* Tum post *παιδευτικοὶ* inserunt *τε* Eton. Mosc. Par. 1. et al. m. supr. Par. 2. itemque Ven. A. sine *γὰρ.* Mosc. *Πυθαγορίων* et idem cum Ven. A. Par. 1. 2. *καὶ* post *ἀλλὰ* omittit. FR.

P. 41. l. 16. *Ἀριστόξενος*] De eo plura dabit Mazoch. ad Tab. Heracl. p. 507. sq. TZSCH.

P. 41. l. 17. *καὶ Ὅμηρος δὲ τοὺς ἀοιδοὺς σωφρονιστὰς εἴρηκε*] Athenaeus libro primo (c. 11. p. 14.) ut probaret, veterum *ἀοιδοὺς* fuisse viros temperantes, et philosopho dignam †) vitam vixisse, quod hic voluit Strabo demonstrare, eadem plane utitur ratione: ut mihi quidem videatur Athenaeus hunc Strabonis locum habuisse in animo, cum illa scriberet. Verba ejus sunt: *σῶφρον δέ τε ἦν τὸ τῶν ἀοιδῶν γένος, καὶ φιλοσόφων διάθεσιν ἐπέχον. Ἀγαμέμνων γοῦν τὸν ἀοιδὸν καταλείπει τῇ Κλυταιμνήστρᾳ φύλακα καὶ παραινετῆρά τινα.* CASAUB.

Ex Strabone Athenaeum sumsisse putat etiam Polit. ad Eustath. T. I. p. 22., qui ad Hom. Il. *Δ*, 1. p. 8.

*) In bibliotheca Bodlejana Oxon. quasdam Theod. Bezae notas in Aldi Strabonem MSS. vidi, ubi pro *ἡμέτεροι* legit *ὕστεροι*, [Vet. Intpr. *posteriores.*] quae emendatio re, si non literis, cum lectione marginali convenit. FALC.

**) Vid. Casaub. ad Athen. I, 12. in. p. 23. TZSCH.

***) Musici olim, qui poetae. V. Cicer. de orat. 3, 44. Quinctil. I, 10. TZSCH.

†) V. Aristot. de rep. 8, 6. Eustath. ad Hom. Odyss. 3, 270. p. 126, 10. [p. 1466. sq. Rom.] Jamblich. de myster. Aeg. 3, 9. Plato Polit. aliique plures. cf. Cuper. Apotheos. Homer. p. 115. et Barnes. ad Hom. Od. 3, 267. TZSCH.

Bas. [p. 9, 20. et p. 35, 40. Rom.] respexit Strabonem, dum scribit: ὅθεν καὶ τὸν ἐν Ὀδυσσείᾳ ἀοιδὸν, τὸν τῆς Κλυτ. φύλακα, φιλόσοφόν τινες ἡρμηνεύκασιν, ὡς εὖ εἰδότα τὰ πάντα ἐκ Μουσῶν. cf. Hesiod. Theog. 94. unde Polluci 4, 7. poeta dicitur κάτοχος ἐκ Μουσῶν. Tzsch.

P. 42. l. 2. In Homeri loco ἐπίστελλεν Vat. A. ἐπέστειλλεν Vat. B. εἰρῦσθαι Mosc. εἰρύσθαι Ald. Fr.

P. 42. l. 4. *Τόν τε Αἴγισθον οὐ πρότερον αὐτῆς περιφίνεσθαι, πρὶν ἤ*] Athenaei (l. c. 11. p. 14.) verba, quibus ista expressit, sunt haec: *διὸ Αἴγισθος οὐ πρότερον διέφθειρε τὴν γυναῖκα, πρὶν τὸν ἀοιδὸν ἀποκτεῖναι ἐν νήσῳ ἐρήμῃ.* Quod ait Athenaeus occisum ab Aegistho istum cantorem, id etsi Homerus diserte non dicit: tamen ex ejus verbis facile intelligitur. Casaub.

P. 42. l. 8. *Κάλλιπε τὴν δ' ἐθέλουσαν*] More suo mutat rationem verborum poëtae. Sed in vet. cod. locus ita legebatur, ut extat apud poëtam: quem vide *ὀδ. γ.* [v. 267.] Casaub.

Vox *ἐθέλων*, quae vulgo abest, legitur ap. Hom. et in Mosc. Par. 1. 2. 3. Eton. Ven. A. Vat. A. B. et in Med. 2. al. m. supr. *θέλων*. Receperat jam *Breq.* ex Reg. Deinde *ἐναρχόμενος* pro *ἀρχ.* confirmatum a Par. 1. 2. 3. Med. 1. Eton. Mosc. MSS. Cas. restituendum erat cum *Breq.* Fr.

[C] P. 42. l. 14. *καταχωρῆσαι εἰς τὴν ποίησιν*] Falsa lectio. *) Scribe *καταχωρίσαι*. [Ita habent Mosc. Med. 1. *κατὰ χώραν εἰς* Med. 2. Fr.] *Καταχωρεῖν* enim numquam ita Graeci usurpant: sed *καταχωρίζειν*: [Respicit huc Casaub. ad Diog. Laert. 7, 188. Tz.] quod quia parum hactenus fuit observatum, placet aliquot exemplis confirmare. **) Hipparchus lib. II. *Τὸν μὲν γὰρ ἐπὶ πλεῖον περὶ αὐτοῦ λόγον, ἐν τῇ τῶν συνανατολῶν πραγματείᾳ κατακεχωρίκαμεν.* Dionysius Halicarn. *ἐνὶ δὲ μέρει δυσχεραίνεις τῶν ἐν αὐταῖς κατακεχωρισμένων.* Et in historiarum libris passim. Diod. Sicul. l. v. [c. 5.] de Carcino poëta, *κατεχώρισεν ἐν τοῖς ποιήμασι τοὐςδε τοὺς στίχους.* Idem lib. XIII. [c. 114.] paullo aliter dixit *εἰς τὰς ἑξῆς πράξεις τὴν ἐχομέ-*

*) Scaliger corrigebat l. l. *καταχορηγῆσαι*. Tzsch.

**) Vid. de h. v. Salmas. ad Tertullian. de pallio p. 204. Tzsch. Addo *Sturz.* de Dial. Alexandr. p. 174. sq., et, quem laudat, *Villois.* in Mag. encyclop. a. XI. No. 7. p. 318. Monuit etiam *Wessel.* ad Diod. Sic. T. I. p. 36. De confusione utriusque vocis adi *Schaefer.* Meletem. Critt. Sp. I. p. 96. Fr.

τὴν βίβλον καταχωρίσαι. utitur et alibi. Grammatici in hujusmodi locis *χωρίζειν* explicant *λέγειν*. Hesychius [T. II. c. 1570. Alb.]: *χωριάζεσθαι, λέγειν.* Lege *χωρίζεσθαι*. Nam idem *τὸ φατίζειν* [c. 1496.] explicat *λέγειν* et *χωρίζειν*. Dicunt Graeci et *κατατάττειν* pro eodem. Polyb. lib. II. [c. 47. §. 11.] *ἕνια τούτων οὐδ' ἐν τοῖς ὑπομνήμασι κατέταξαν.* CASAUB.

P. 42. l. 17. *λίαν περιέργως*] Repetit h. l. Eustath. ad Il. *B*, 502. p. 203. [p. 268, 16. Rom.] Item seqq. *οὐδεμίαν προσθήκην* h. l. et omisso Strabonis nomine ad Il. *Δ*, 16. p. 20. Bas. [p. 26, 11. Rom.] et *B*, 494. p. 199. Bas. [p. 264, 9. Rom.] TZSCH.

P. 42. l. 17. *πολυτρήρωνα μὲν τὴν Θίσβην*] Poëtam imitatus est Aeschylus Persis [v. 309.]: *Οἱ δ' ἀμφὶ νῆσον τὴν πελειοθρέμμονα.* de Salamine loquitur, quae erat in Veneris tutela, ut docet nos Homerus: ideo probabile est, columbam Veneri sacram ibi abundasse. CASAUB.

Epitheta, quae sequuntur, Homerica leguntur Il. *B*, 502. 505. 508. Pro *Αἰλαίαν* (v. 523.) Mosc. Stroz. *Χίλαιαν*, confusis literis $\overline{\lambda}$ et $\overline{\chi}$: cf. *Valckenar.* ad Ammon. p. 192. 256. *Dorvill.* ad Charit. p. 550. 338. 666. ed. Lips. *Wyttenbach.* ad Plutarch. S. N. V. p. 103. *Schweighaeus.* ad Polyb. T. V. p. 416. *Bast.* Epist. Crit. p. 119. Tum pro *πηγῆς* Eton. Mosc. Stroz. Vat. A. B. *πηγὴν* et Mosc. solus *ἀπορρίπτειν*. FR.

P. 43. l. 3. *οὐδεμίαν προσθήκην*] nullum epithetum. CASAUB.

P. 43. l. 5. *Διδάσκοντι, νὴ Δία. ἀλλὰ*] Legendum mutata distinctione, *διδάσκοντι νὴ Δία, ἀλλά.* Nam *νὴ Δία* fere initio objectionum poni solet. Sic mox [p. 47. l. 7.] *Νὴ Δία, ἀλλ' ἑτέρα φράσις ἡ ποιητική.* [L. I. T. I. p. 104. *Νὴ Δία, ἀλλ' ἡ Ἀραβία πρόσῳν.* FR.] Praeterea non puto esse distinguendum post *εἴρηκε*: sed ita hanc sententiam esse legendam: *νὴ Δία. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴρηκε, τὰ δ' ἔξω τῆς αἰσθήσεως, καὶ οὗτος καὶ οἱ ἄλλοι τερατολογίας μυθικῆς πεπληρώκασι.* CASAUB.

Verba *διδάσκοντι, νὴ Δία* desunt in Vet. Intp. Par. 1., *διδάσκοντι* in Mosc. Par. 2., *νὴ Δία* in Vat. A. Tum *οἱ* ante *ἄλλοι* ignorant Mosc. Med. 1. 2. Par. 3. FR.

P. 43. l. 8. *ποιητὴς πᾶς* [*πάντα*] *τὰ μὲν*] In vett. lib. desiderabantur verba illa *πᾶς πάντα.* puto autem inducta fuisse ab aliquo, qui offenderetur sermonis novitate:

cum potius videretur dicendum, *τῶν πάντων τὰ μέν*. Sed is frustra fuit. Sic saepe Graecos loqui, studiosis hujus linguae notius esse puto, quam ut auctoritatibus sit agendum. *) Priscianus libro XVII. (p. 1097. ed. Putsch.) notat, Latinos hoc dicendi genus a Graecis esse mutuatos: Livius (XLI. 18.) *Periti religionis jurisque publici, quoniam duo ordinarii consules ejus anni, alter morbo, alter ferro periisset,* etc. CASAUB.

Siebenk. in schedis refert, Ven. habere *ποι. πάντα τὰ μέν*, non, ut in edit. scripsit, *π. πᾶς τὰ μέν*. Deest *πᾶς* etiam in Med. 1., sed Med. 2. postea habet additum. In Par. 1. Esc. *πάντα* deest. „Bene" *Villebr.* Med. *πᾶς τὰ* 2. e corr. *τὰ πάντα*. Mosc. Par. 2. sic: *πάντα*. Haud lubenter dimittam lectionem *πᾶς πάντα*: poetae certe his vocibus deinceps positis delectantur. Exempla nuper collegit *Gerhard.* in Lectt. Apollon. p. 42. et 59. et *Passow.* ad Theogn. v. 441. in ed. *Bekk.* p. 94., nec desunt in prosaicis. FR.

P. 43. l. 10. *ὅτι*] *ὅ*, τι Par. 2., quod inepte probat *Villebr.* Pro *ὅδ'* Alm. *ὁδ'*, Mosc. *ὃ δ'*. Lege *ὁ δ' ἐπ.* FR.

P. 43. l. 11. *καὶ προσεξεργάζεταί γε*] Lege, ut est in manuss. *προσεπεργάζεταί γε*, vel *προσεπεξεργάζεται*, ut fere Aldus. **) *Προσεπεργασία* enim id appellatur, aut etiam *προσεπεξεργασία*, non *προσεργασία*. CASAUB.

Ed. Alm. *προεξεργάζεται*. Quod *Siebenk.* et *Breq.* e Reg. dederunt, *προεξεργάζεται*, habent edd. omnes praeter Xyl. et quae eam sequuntur; habent etiam codd. Mosc. Par. 1. 2. Med. 2. Esc. Eton. Vet. Intp. *insuper operosius adjecit.* Sic fluctuant codd. ap. Dionys. Hal. de compos. verb. p. 342., ubi *ἐπεξεργάσασθαι* legitur, inter *ἐπεργάσασθαι* et *ἐξεργάσασθαι*, quod *Schaeferus* genuinum putat. *Toupius* de h. l. ad Longin. III, 4. p. 243. ed. Weisk. „Leg. *ΠΡΟΣΠΕΡΙΕΡΓΑΖΕΤΑΙ*, *et praeterea curiose admodum agit, quaerens quid ad virtutem poeticae faciat multorum locorum peritia.* „MSS. *προεπεργάζεται*, unde veram lectionem elicuimus. „Philo Jud. de Virtut. p. 556. *ὁ δὲ ἠλίθιος, οὐδὲ πενθερὸς ὢν ἔτι, τὰ μὴ καθ' ἑαυτὸν ΠΡΟΣΠΕΡΙΕΙΡΓΑΖΕΤΟ.*

*) Vid. *Matth.* Gr. Gr. p. 483. *Zenn.* ad Vig. p. 5. ed. Herm. Intpp. ad Greg. Cor. p. 83. sqq. Schaef. FR.

**) Scaliger volebat l. l. *περιεργάζετό γε*. TSCHUCH.

„Synesius in Dion. p. 60. τῷ παντὶ ἂν ἔχοι καλῶς, μηδὲν „ΠΡΟΣΠΕΡΙΕΡΓΑΖΕΣΘΑΙ.“ Fr.

P. 43. l. 15. πρὸς ἐκπίπτοντος ἄν τις θείη τῇ φιλοτιμίᾳ] Mendosa lectio [προςεκπίπτοντος Ald. Hopp.], quod ipsa φράσις satis indicat. Legendum, πρὸς ἐκπίπτοντος. θεῖναι πρὸς cum patrio casu, ita dictum ut εἶναι πρὸς, quae est isti ἀντίστροφος φράσις. Xenophon p. 146. Sophocles [Aj. v. 582. sq.]

— — οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ,
θρεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.

Sensus est, velle nihil non Homero tribuere, merito dixerit aliquis, esse hominis, qui prae studio erga Homerum nimio aberrat a veritate. Nam ἐκπίπτειν *) pro ἐκπίπτειν τοῦ λόγου dictum, ut ἐξάγειν ἑαυτόν pro ἐξάγειν ἑαυτὸν τοῦ βίου. quod est usitatissimum. φιλοτιμία autem non aliud est hoc loco, quam studium ardens erga aliquem, unde φιλοτιμεῖσθαι liberali manu largiri interdum significat. Mirum vero, eruditum interpretem non potuisse hujus loci sententiam videre. Casaub.

Mosc. Par. 1. πρὸς ἐκπίπτοντος, quod probat etiam *Schneider.* in Lex. Gr. T. II. p. 331. b. In Longin. XV, 8. nunc certe pro προςεκπίπτον scribitur προεκπίπτον. Vet. Intp. *amentis.* Fr.

Apud Platon. Epist. VII. legitur τίθεσθαι αὐτοῦ, *suum asserere.* Quidni ergo apud Strabonem vertatur θείη προςεκπίπτοντος, *hominis a vero aberrantis proprium esse judicarit.* Breq.

P. 44. l. 1. φησὶν ὁ Ἵππαρχος] Hipparchum rejicit Eustath. ad Hom. Il. *A*, 39. p. 27. Bas. [p. 35, 41. Rom.] ubi de Iresione locum adfert [nihil discedens a vulg. lect. Str.]. Politus ad eund. T. I. p. 77. Hipparchi sententiam sic explicat: Si quis omnia vindicet Homero, perinde eum facere, ac si dicat, Iresionae, quae fructus fert omnis generis, male etiam adesse et pira, quae ferre nequit. Strabonis h. l. male intellexit Meurs. in Graec. fer. p. 247. Tzsch.

[P] P. 44. l. 2. Εἰρεσιώνης] Scio, multis difficilem futuram dictionem Strabonis, praesertim cum in eo *Iresionem* scribendum sit, hoc est, εἰρεσιώνην [Sic ην in

*) Histriones inprimis dicuntur ἐκπίπτειν. Vid. *Jacobs.* ad Anth. Gr. T. X. p. 51. Intpp. ad Lucian. Nigrin. c. 8. T. I. p. 48. ed. Reitz. Fr.

marg. Par. 2.]. Suidas de ea sequentia commentatur [T. II. p. 28. sq. ed. Küst.] inquiens: *Εἰρεσιώνη. Θαλλὸς ἐλαίας ἐσπεμμένος ἐρίοις, καὶ προσκρεμαμένους ἔχων παντοδαποὺς τῶν τῆς γῆς καρπῶν. τοῦτον δὲ ἐνέφερεν παῖς ἀμφιθαλὴς καὶ τίθησι πρὸ τῆς θύρας τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροῦ τοῖς πυανεψίοις. λέγεται γὰρ Θησέα, καθ' ὃν εἰς Κρήτην καιρὸν ἔπλει, προσχόντα Δήλῳ διὰ χειμῶνα, εὔξασθαι τῷ Ἀπόλλωνι καταστέψεσθαι κλάδοις ἐλαίας, ὅταν σωθῇ τὸν Μινώταυρον ἀποκτείνας, καὶ θυσιάσειν. καὶ τὴν ἱκετηρίαν ταύτην καταστέψας ἐψῆσαι χύτρας αἰθάλης καὶ ἔτνος, καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι. διὸ καὶ πυανέψια δοκεῖ λέγεσθαι, οἷον κυαμέψια. τὸ γὰρ πρότερον τοὺς κυάμους πυάνους ἐκάλουν. ἦγον δὲ ἔσθ' ὅτε ἀποτροπῇ λοιμῶν. ἦδον δὲ παῖδες οὕτως* *)

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει, καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀποψήσασθαι,
Καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὅπως μεθύουσα καθεύδῃς.

Μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἔξω τῶν ἀγρῶν τιθέασι παρ' αὐτὰς τὰς θύρας. Κράτης δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν, ἀφορίας ποτὲ κατασχούσης τὴν πόλιν, θάλλον καταστέψαντας ἐρίοις, ἱκετηρίαν ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι.

Ἐὰν γὰρ αὐτὴν εἰς μόνος σπινθὴρ λάβῃ,
Ὥσπερ παλαιὰν εἰρεσιώνην καύσεται.

ἀντὶ τοῦ καύσει. εἰρεσιώνη δὲ θαλλὸς ἐλαίας, ἢ δάφνης ἐξ ἐρίων πεπλεγμένος, ἔχων ἄρτον ἐξηρτημένον, καὶ κοτύλην, ὅ ἐστιν ἡμίξεστον, καὶ σῦκα καὶ πάντα ταγαθά. ταύτην δὲ πρὸ τῶν οἰκημάτων ἐτίθεσαν, καὶ κατ' ἔτος αὐτὴν ἤλλαττον. (Id est: Eiresione. Oleae ramus lana velatus, et habens omnigenos terrae fructus dependentes. Hunc autem efferebat puer utroque parente vivo florens, et ponebat ante fores templi Apollinis in Pyanepsiorum festo. Ferunt enim, Theseum, quo tempore in Cretam navigabat, ob tempestatem ad Delum appulsum, Apollini vovisse, se *templum ipsius* coronaturum oleae ramis, si salvus evasisset, interfecto Minotauro, et sacra facturum. Quare *fertur Theseus* voti compos factus, hoc supplice ramo coronato, *lanaque velato,* elixasse ollam ptisanae triticeae, et pultis, et aram erexisse. Quamobrem etiam

*) Vid. Eudoc. Viol. p. 142. Gruter. Thes. Crit. T. V. p. 411. Spanhem. in Addend. ad Joseph. T. II. p. 421. c. 10. Huds. Eustath. ad Hom. Il. 23, 504. p. 1389, 36. Castellan. in Gronov. Thes. T. VII. p. 648. Ilgen. Opusc. Philol. T. I. p. 147. Tzsch.

[illegible] dicta, quasi *Κναμέψια*. Olim enim [illegible] *κνάμους, quas postea vocarunt κνάμους*. [illegible] *coquere, elixare*. Interdum autem *Pyanepsion* [illegible] celebrabant ad avertendam pestilentiam [illegible] *ut, καὶ λιμοῦ, scribatur*. Sic autem pueri [illegible]

Firesione ficus fert, et pingues panes,
Et mel in cotyla, et oleum ad abstergendum sordes,
Et calicem mero plenum, ut inebriata dormias.

Post festum vero *hanc eiresionem* extra agros ad ipsas *templi* fores ponunt. Crates vero Atheniensis in libello de sacrificiis, quae fiunt Athenis, ait, olim sterilitate civitatem premente, *propter annonae penuriam, Atheniense*s oleae ramum lana velasse, ramumque supplicem Apollini dedicasse. Aristoph. in Pluto pag. 50. vs. 1. et 2.

Si enim ipsam una sola scintilla corripuerit,
Ut antiquam eiresionem comburet.

Καύσεται positum pro *καύσει, medium pro activo, quod Attice dictum. Εἰρεσιώνη* vero est oleae, vel lauri lana ramus circumimplicita velatus, habens panem dependentem, et cotylam, hoc est dimidium sextarium, et ficus, et omnia bona. Hanc autem ante aedes ponebant, et quotannis ipsam mutabant.) Haec *Suidas*, qui fusius ea exponit in voce *Εἰρεσιώνη*. Strabonis autem sensus est, cum ejus mentionem faciat: *Poëtam non decere vindicare sibi omnes virtutes, non magis quam Eiresione ramis quidem abundat, non omnes tamen ramos et fructus habet.* Quaedam hujus antiquae consuetudinis imago Bononiae resedit. Calendis enim Maji rami avulsi ex arboribus pompatico apparatu deferuntur in urbem a nostratibus adolescentibus, postque pro foribus, prae hilaritatis indicio, solent affigi. Hanc *Eiresionem* Papinius describit lib. Thebaïdos XII. 492. *Vittatae laurus, et supplicis arbor olivae;* addit interpres, olivae per quam pax petitur supplicando, hanc ab Atheniensibus *Eiresionem* dici. Haec apud *Janum Gruterum* in Thesaur. Critico Tom. 1. p. 484. in Miscellan. Joan. Baptistae Pii cap. 75. Almel.

Perinepte hunc locum interpres extulit, nescio quas *ramalium Atticorum* commentus *objurgationes*. quasi vero *κατηγορεῖν* non sit, nisi accusare? cum aliquid de aliquo dicere, aliquid alicui attribuere significet proprie,

quod vel in trivialibus est notum scholis. Eiresiona quid sit, e Plutarchi Theseo, Suida, scholiaste Aristophanis, Eustathio ex Pausania in fine commentariorum Iliad χ. satis potest constare. Clemens Alexandrinus libri Stromateωn quarti initio idem versib. Sophoclis et Timoclis comici admodum venuste expressit, dignis lectu et memoratu. Adscripsi locum propter eos, quibus ejus libri copia non est, harum rerum studiosis. ἢ καὶ τὴν ἐπιγραφὴν κυρίως ἔχουσιν οἱ τῶν ὑπομνημάτων στρωματεῖς, ἀτεχνῶς κατὰ τὴν παλαιὰν ἐκείνην ἀπηνθισμένην προσφορὰν, περὶ ἧς Σοφοκλῆς γράφει·

Ἦν μὲν γὰρ οἷος μαλλὸς, ἦν δ' ἀμπέλων
Σπονδὴ, καὶ ῥᾳξ ἐντεθησαυρισμένη,
Ἐνῆν δὲ παγκαρπία συμμιγὴς ὄλαις,
Λίπος τ' ἐλαίου, καὶ τὸ ποικιλώτατον
Ξανθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

αὐτίκα οἱ στρωματεῖς ἡμῶν κατὰ τὸν γεωργὸν Τιμοκλέους τοῦ κωμικοῦ, σῦκα, ἔλαιον, ἰσχάδας, μέλι προσοδεύουσι, καθάπερ ἐκ παμφόρου χωρίου, δὲ ἦν εὐκαρπίαν ἐπιφέρει·

Σὺ μὲν εἰρεσιώνην, οὐ γεωργίαν λέγεις.

ἐπιφωνεῖν γὰρ εἰώθασιν Ἀθηναῖοι·

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι.

Tres primi versus Sophoclis menda non vacant, quamquam nulla sententiae injuria. Adduxi autem, ut Hipparchi sensum aperirem, nam Eiresiona, ramus oleae, lana redimitus, non mala aut pyra habebat appensa, sed ficus et alia quae referuntur: et nihilo tamen minus erat Eiresiona, etsi malis, pyrisque careret. Ita poëta suum tueri titulum atque ordinem potest καθ' Ἵππαρχον, tametsi non omnibus rebus excellat, modo ne prorsus omnium cognitionem et traditionem ei adimamus. XYLAND.

Erudite hunc locum explicat Xylander. Nota sunt de Eiresione, Atheniensium festo, quae tradunt grammatici, et Plutarchus: quos consule. Tantum monebo, versus Sophoclis hac de re, quos apud Clementem [p. 476. ed. Sylb.] corruptos Xylander ait, sic esse legendos:

Ἦν μὲν γὰρ οἷος μαλλὸς, ἦν δὲ κ' ἀμπέλων
Σπονδή τε, καὶ ῥᾳξ ἐντεθησαυρισμένη.
Ἐνῆν δὲ συμμιγὴς ὅλαις παγκαρπία

Λίπος τ' ἐλαίου, καὶ τὸ ποικιλώτατον
Ξανθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον. *)

Κατηγορεῖν, est *κατά τινός τι ἀγορεύειν*. *Κατὰ* autem in hac voce vel adversus significat, ut apud oratores, vel idem fere, quod *περὶ*, ut apud philosophos. Illud est, loqui adversus aliquem et accusare: hoc, aliquid alicui attribuere. In scholis Peripateticis etiam pueris nota vox. Sic et Ptolemaeus: *καὶ γὰρ τοῦτον* [?] *εἰώθαμεν κατηγορεῖν τὸν τρόπον*. Aeschylus ita fere usurpat de Agamemnone [v. 272.]:

εὖ γὰρ φρονούσης ὄμμα σοῦ κατηγορεῖ. **)

CASAUB.

P. 44. l. 3. Mosc. altera forma *ὄγχνας* utitur, et pro *ἐκείνου* Med. 1. *ἐκεῖνος*, Med. 2. e corr. *πάθημα* pro *μάθημα*, ut alibi *παθὼν* et *μαθὼν* confunduntur: v. *Bast.* Epist. Crit. p. 282. *Hermann.* ad Aristoph. Nub. v. 410. et 1510. Deinde idem *πολυμαθίαν* et e corr. *πράττειν* pro *πλάττειν*. FR.

P. 44. l. 17. Post *πολλῶν* inserunt *δ'* Ald. Hopp. Med. 1. 2. et post *ἔγνω* in Mosc. Ven. A. Vat. A. male repetitum conspicitur *πυκνά*. FR.

P. 45. l. 2. Mss. Cas. Eton. *πυκινά*, et *ἑλῶν* in Mosc. et Med. 2. deest. FR.

P. 45. l. 3. *Οὗτος δ' ὁ πτολίπορθος ἀεὶ λεγόμενος*] Videtur Strabo sentire idem Ciceroni, qui Ulyssem solum ab Homero appellari *πτολίπορθον* ait (ad Fam. x. 13.), a quorum sententia non multum abfuit Eustathius, qui libro primo et secundo observat, hoc epithetum esse Ulyssis apud Homerum proprium: Achilli autem *ἄναξ πον* fuisse attributum. Sed falli eos vehementer (nisi nos libri nostri potius fallunt), constabit ei, qui leget quatuor libros, *Π. Θ. ο. φ. ω.* in quibus omnibus Achilles

*) *Brunck.* in Sophocl. fragm. T. IV. p. 645., ubi praeter Clement. p. 565. laudatur Porphyr. de Abst. L. II. p. 234. ed. Ultraj., dedit *ὀλαῖς, λίπος, ξουθῆς*, his adscriptis: „Ultimum „vers. citat Schol. ad Eurip. Phoen. v. 116. ubi docet, *ὄργανον* poni pro *ἔργον, ἐκ τοῦ ποιοῦντος τὸ ποιούμενον*." Ibi legitur *ξουθοῦ μ.* sed cf. *Valcken.* ad h. l. *Sylburg.* dedit *ὑ τεθ*. FR.

**) Locus Strabonis elegantissimus. Illud *κατηγορεῖ* ineptum est. Lege *καταφρᾷ, perinde ac si quis Eiresionae appenderit, quae ferre nequit.* TOUP.

πτολίπορθος *) appellatur: unde Virgilius (Aen. XII. 545.)

— — et Priami regnorum eversor Achilles. CASAUB.

P. 45. l. 5. *βουλῇ καὶ μύθοισι*] In libris ms. [Par. 1. Eton.] ita legitur, *βουλῇ, καὶ τέχνῃ ἠπεροπηΐδι, καὶ μύθοις*. Nec refert, quod aliter Homerus: sic mox *ἐν ποίῃ*, non *πολῇ*. CASAUB.

Non Homeri, sed incerti poetae versus est, quem respexit Strabo etiam L. XIII. T. V. p. 347. his verbis, *εἶπερ βουλῇ καὶ μύθοισι*, et plenum affert Polyaen. Strateg. prooem. ubi cf. *Coray* p. 301., qui non debebat scribere *μύθοις*, omisso *ἰῶτα*. Occurrit etiam, sed corruptus, apud Stob. Serm. LII. p. 365. 41. et male tentatus ab *Abreschio* ad *Cattier.* Gazophyl. Graec. p. 81. scribi jubente: *καὶ, ἥπερ ὀπηδεῖ, τέχνῃ*. Nec bene res cessit *Jacobsio* in Animadvss. ad Stob. p. 265. pro *εἰπεροπῆδει τέχνῃ* corrigenti *ἐπιτροπευούσῃ τύχῃ*. Solus verum vidit *Lobeck.* ad Sophocl. Ajac. p. 284. FR.

P. 45. l. 6. *τούτου γ' ἑσπομένοιο*] Hom. Il. *K*, 246. sq. FR.

P. 45. l. 10. In versu Hom. Odyss. Σ, 367. serie perperam mutata *εἰκαμπὲς ἔχων* Par. 1. 2. 3. Mosc., qui etiam *ἔχεις* et supr. *οἷς* praebet. FR.

Intppr., qui *καὶ δὲ σὺ τοῖον ἔχοις* verterunt *frumentum haberes*, vituperat *Hartung.* Locor. Memorab. Dec. I. c. 7. in *Gruter.* Thes. Crit. T. II. p. 649. TZSCH.

P. 45. l. 13. Hom. Od. Σ, 374. Par. 1. *καὶ* pro *κε* solemni errore: v. *Boisson.* ad Marin. Vit. Procl. p. 98. Act. Philoll. Monac. T. I. p. 435. Ephemer. Litter. Jenens. Supplem. a. 1814. No. 45. p. 342. — Med. 2. e corr. *ἄλθα* pro *ἄλκα* et Hopp. l. 16. et pag. seq. l. 1. *ἐπὶ* pro *περὶ*. FR.

P. 46. l. 1. *Ἡ δὲ ῥητορικὴ*] Habet Eustath. ad Hom. Il. *A*, 249. p. 72. Bas. [p. 96, 59. Rom.] omissis *ἔστι δὴ που*. TZSCH.

P. 46. l. 3. *ἐν τῇ διαπείρᾳ*] Nescio, quo hoc pertineat, an ad narrationem Iliadis libro secundo, ubi dissuadet discessum a Troja, et pro dignitate cum proceres, tum

*) Pluribus hanc rem illustrat *Wolf.* in prolegg. ad Homer. p. 280. TZSCH.

vulgus tractat. nisi ad Dolonem placeat referre. Imo vero referemus ad exploratos ab Ulysse suorum animos, Eumaei, Philoetiique, Odyss. ξ. π. υ. φ. deprecator ad Achillem mittitur ab Agamemnone Iliad. κ. XYLAND.

Longe fallitur vir eruditus, cum haec alio putat referenda, quam ad ea, quae libro secundo leguntur. Cum enim ῥητορικῆς φρονήσεως exempla proponat geographus, nec potuit, nec debuit eam omittere partem, in qua consumptum omne rhetorum artificium docti semper putarunt: quod praeclare explicat ac demonstrat Dionysius Halicarnassensis, quem omnino vide. Hanc autem libri secundi partem διάπειραν vocabant Graeci, vel ἀπόπειραν. Dionysius [V. *Heyn.* ad Hom. Il. β, 110. T. IV. p. 214. FR.]: τούτου τοίνυν τοῦ λόγου παράδειγμα ὁ τοῦ Ὁμήρου ἐστὶν Ἀγαμέμνων ἐν τῇ ἀποπείρᾳ τῶν Ἑλλήνων. At in explorandis animis suorum etsi magna usus est prudentia Ulysses, tamen nego, eam esse ῥητορικὴν φρόνησιν: nego etiam, illam Odysseae partem vocatam legi a quoquam Διάπειραν. Sciendum est autem, hujusmodi inscriptiones singularum partium utriusque σωματίου Homerici fuisse tunc in usu maxime, cum nondum in duo corpora Ilias et Odyssea fuerant redacta. Ac, licet distinctis jam partibus, ac suis nominibus insignitis, videri posset commodius, alia ratione Homeri locos indicare: tamen vix tandem apud Grammaticos obtinuit, ut ita laudarent poëtam, quemadmodum nos hodie facimus, Ἰλ. aut Ὀδ. α. β. γ. Scriptores vero alii antiquam rationem servarunt. Sic apud Herodotum (II. c. 116.) ἐν Δεσμήδεος ἀριστείῃ, hoc est, libro Ἰλ. ζ. apud Platonem [Cratyl. p. 428. C.] ἐν ταῖς Λιταῖς, pro Ἰλιάδ. ι. apud Athenaeum ἐν τῷ ἐπιταφίῳ, pro Ἰλιάδ. ψ. infra lib. IX. [T. III. p. 351.] ἐν τῇ ἐπιπωλήσει, hoc est Ἰλιάδ. libro quarto. Hujusmodi sunt, quae commemorat Aelianus (V. H. XII. [imo XIII.] 14.) [ubi vid. Perizon. Tz.] Ἡ ἐπὶ ναυσὶ μάχη, Δολωνία etc. CASAUB.

[P] P. 46. l. 3. ἐν ταῖς Λιταῖς] Hoc est Ἰλ. ι. Eustathius [p. 751, 14. Rom.]: Λιταὶ ἡ ῥαψῳδία ἐπιγράφεται αὕτη, ὑπὸ μιᾶς τετλουμένη λέξεως. Idem alibi: Πάτροκλος καὶ Ἀχιλλεὺς ἐν ταῖς Λιταῖς. Sic Athenaeus libro primo (c. 14.). CASAUB.

Ibid. ἐν τῇ πρεσβείᾳ] Quando Menelaus et Ulysses ad Trojanos ad repetendam Helenam iverunt legati: quae

legatio non extat apud Poëtam, sed ejus fit mentio a Trojano Antenore Il. γ. *) Casaub.

P. 46. l. 8. εἰσαγειν φητορεύοντας ἄλλους] Libri vett. [Mosc. Med. 1. Par. 3.] habent ἑτέρους, quod mutatum ab iis, videtur, qui perpetuam esse illam differentiam credebant, quam notant Grammatici **) inter ἄλλος et ἕτερος: quam constat Atticos scriptores negligere. Cas.

P. 46. l. 13. Πότερον] Med. 1. e corr. προτερον, quod legitur etiam in Mosc. Par. 2. 3., sed ubique supr. πότερον, de qua confus. v. Schweigh. ad Polyb. T. VII. p. 324. Tum Mosc. pro λέγοιμεν sic λέγοι μὲν ἄν. Fr.

P. 46. l. 14. ἡ τὴν μιμητικὴν τοῦ βίου] Omnis enim poëta μιμητής. quod a Platone ita fuse disputatur, ut ne locum quidem indicari opus sit. Casaub.

P. 46. l. 16. τῶν ποιητῶν] — οὗ — οὗ Med. 1. e corr. et ὡςεἰ pro ὡς in Par. 2. al. m. supr. Fr.

P. 47. l. 1. ἡ δὲ ποιητοῦ] Sic Mosc. Esc. et e corr. Med. 2. sed illi supr. ἡ δὲ ποιητικὴ. Tum bis οὕτως pro οὕτω Mosc. Med. 1. 2. Fr.

P. 47. l. 2. καὶ οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν] Probat Stoïcum dogma, Solum sapientem esse poëtam posse: sed alia ratione probat, quam apud Stoïcos soleret fieri. Sane, non solum Stoici, sed et alii philosophi de poëta et oratore ita pronunciarunt: habetque haec sententia auctores maximos. Sed ignoscat mihi Strabo, ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής. Didici enim in schola peripateticorum, ut bonus aliquis jure dicatur, non tam boni ac virtutis desiderari cognitionem, quam προαιρεσιν. Praeterea τὸ ἐπίστασθαι bifariam dicitur: et de eo, qui praeditus sit scientia, nec ea tamen utatur: et de eo, qui praeter scientiae cognitionem habet hoc amplius, ut possit ἐνεργεῖν τῇ ἐπιστημῃ. ***) Quis igitur non videt, ut sit aliquis poëta, priorem cognitionem posse sufficere? ut sit vir

*) P. 46. l. 5. Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ'] In vss. Hom. Il. Γ, 221. ῥ' deest in Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc., quod et *Heyn.* ad h. l. T. IV. p. 499. e nonnullis codd. Hom. exsulare testatur. Tum εἴη pro ἴοι Par. 1. 2. 3. Mosc., qui etiam ἑρίουσι habet, et τἀ ἄλλα pro τἄλλα. Fr.

**) Ammon. p. 11. et 61. cf. *Hermann.* ad Eurip. Supplic. p. 58. Fr.

***) V. *Sturz.* Lex. Xenoph. T. II. p. 317. Fr.

bonus, id parum esse, aut nihil potius, quum altera scientia sit necessaria? CASAUB.

P. 47. l. 5. *τελέως ἀφειδοῦντος ἡμῶν ἐστι*] *Ἀφειδεῖν* est *ἀμελεῖν*. Sic dicimus Gallice: *se moquer des lecteurs*. *καταφρονεῖν* pro eodem posuit Athenaeus: vide omnino locum Plinii 37. c. in fine et nota hic. Strabo alibi [L. XII. T. V. p. 95.] *καταφλυαρεῖν*. CASAUB.

P. 47. l. 6. *τί γὰρ οὕτω ῥητορικὸν, ὡς φράσις*] Sic disputat: *Φράσις* est aliquid *ῥητορικόν*. *φράσις* est etiam *ποιητικόν*. *) Ergo aliquid *ῥητορικὸν* est *ποιητικόν*. In tertia figura. Stoici rhetorices partem unam faciebant *τὴν φράσιν*. CASAUB.

P. 47. l. 7. *Τίς δ' ἀμείνων Ὁμήρου φράσαι νὴ Δία;*] Lege [ut habet Vet. Intpr. et Par. 1. FR.] *φράσαι; Νὴ Δία, ἀλλ'* etc. Probat minorem superioris syllogismi. CASAUB.

νὴ Δία, ἀλλ' ἑτέρα φράσις ἡ] Poterat Eratosthenes respondere, *φράσιν* esse et *ῥητορικόν* quid et *ποιητικόν*: sed aliam esse elocutionem oratorum, aliam poëtarum, nec quicquam esse inter haec commune. Respondet Strabo, *φράσιν* omnem ad rhetoricam pertinere: ejus diversas esse species *τὴν ῥητορικὴν* seu *πεζὴν*, et *τὴν ποιητικήν*: quae non genere inter se differant, sed *τῷ ἰδίῳ*, hoc est differentia specifica, ut loquuntur in scholis. Nam quod est utrique *ἴδιον*, id ipsum est, quo inter se discernuntur. sed male inde colligi docet, haec nihil commune habere inter se, quum sint duae species eodem genere contentae: id igitur ait simile esse, ac si quis dicat, *τὴν τραγικὴν* et *τὴν κωμικὴν φράσιν* nihil habere inter se commune; quia differunt haec quoque *τῷ ἰδίῳ*, cum re vera ejusdem generis sint species, nempe *τῆς ποιητικῆς*. ut *ἡ ἱστορικὴ* et *δικανικὴ*, *τῆς πεζῆς*. Ex his intelligitur, *φράσιν ῥητορικὴν* vel esse genus, quod dividatur in duas species *πεζὴν* et *ποιητικὴν*: vel esse speciem alteram, quando nimirum *φράσιν ῥητορικὴν* dicimus pro *πεζῇ*. Neque novum est, generis et alterius speciei communem esse appellationem. CASAUB.

[P] P. 47. l. 8. *τῷ γε ἰδίως*] Lectionis depravatio parva magnas huic loco tenebras offudit. Lege, ut ha-

*) Poetae dialectici. V. Victorii Varr. lectt. L. XI. c 24. p. 234. TZSCH.

bent veteres libri, et ratio docet, τῷ γε ἰδίῳ. quod jam exposuimus. CASAUB. *)

Par. 2. al. m. supr. ἰδίῳ. Vet. Intpr. *et utique privatim.* Tum pro ἱστορικὴ Stroz. ἱστορία. FR.

P. 47. l. 11. Ἆρα γὰρ οὐδ' ὁ λόγος] λόγον hic vocat, quam modo φράσιν appellabat. An (inquit) dicet Eratosthenes, vel nullum esse commune genus, quo comprehendantur legibus adstricta, et soluta oratio? An hoc quidem non dicet, sed negabit, orationem, in generis significatione acceptam, ad rhetoricam pertinere? Λόγον, φράσιν, ἀρετὴν λόγου, pro eodem ponit. CASAUB.

P. 47. l. 14. ὁ πεζὸς λόγος ὅγε κατεσκευασμένος] Non dicit, omnem orationem solutam esse poëtica posteriorem: sed artem oratoriam post poëticam esse natam. Eos autem, qui poëticam omni oratione soluta priorem esse putant, eleganter irridet Aristides in oratione de laudibus Serapis. **) CASAUB.

Par. 1. 2. Med. 1. πεζολόγος. Ita et Med. 2. sed ὁ e corr. additur. Verba ὅγε κατεσκευασμένος omisit tanquam spuria *Penzel.* in Vers. Strab. Teuton. T. I. p. 386. sq. FR.

P. 48. l. 1. τ' ἄλλα] τ' omittunt Par. 2. et Bemb., ubi adscribitur γρ. ἄλλα. Tum Φερεκύδη MSS. Cas. Mosc. Vat. A. B. Stroz. — δην Par. 1. 2. Eton. Nota variatio. FR.

P. 48. l. 2. οἱ περὶ Κάδμον ***) καὶ Φερεκύδην] Vide Laërtium [I, 116.]. Porphyrius apud Suidam (v. Φερεκύδης) affirmat, Pherecydem esse, qui primus ἐξέδωκε συγγραφὴν soluta oratione. †) CASAUB.

P. 48. l. 3. ἀφαιροῦντες ἀεί τι τῶν τοιούτων] Ergo, ex sententia Strabonis, antiquissimi quique scriptores pro-

*) Ita lego: ἀλλ' ἑτέρα φράσις ἡ ποιητική, ἑτέρα λόγῳ γε ἴδιος. TOUP.

**) De triplici orationis forma v. Plat. de republ. L. III. unde Eustath. ad Hom. Il. *B*, 494. p. 199. Bas. [p. 263, 6. Rom.] TZSCH.

***) H. l. nominato Strabone adfert Eustath. ad Il. *A*, 1. p. 7. Bas. [p. 9, 8. Rom. οἱ γὰρ περὶ Φερεκύδην καὶ Ἑκαταῖον λύσαντες μὲν τὸ μέτρον, ἄλλα δὲ φυλάξαντες τὰ ποιητικὰ συνέγραψαν. εἶτα — τινος.] ubi vid. Polit. T. I. p. 21. et Salmas. ad Solin. p. 591. TZSCH.

†) V. *Sturz.* ad Pherecyd. fragm. p. 10. sqq. ed. alt. *Heeren* in lib. *Ideen* etc. T. III. P. I. p. 459. *Creuzer.* ad fragm. histor. Graec. p. 17. sqq. et in lib. *d. histor. Kunst d. Griech.* p. 188. sqq. *Heyn.* ad Apollodor. p. 361. ed. alt. FR.

xime ad stylum poëtarum accedunt: quod profecto verum est. Ac mihi quidem persaepe, Herodotum cum lego, Homerum aliquem videor legere: quem tamen M. Tullius (Orat. 12. et 55.) ait solutum omnibus legibus fluere. Sed de his non est hic agendi locus. CASAUB.

P. 48. l. 4. *ἀπὸ ὕψους τινὸς*] Sic Plutarchus *Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἐμ.* [T. VII. p. 601. Reisk.] *Οὕτω τοῦ λόγου συμμεταβάλλοντος ἅμα καὶ συναποδυομένου, κατέβη μὲν ἀπὸ τῶν μέτρων, ὥςπερ ὀχημάτων, ἡ ἱστορία.* *) CASAUB.

P. 48. l. 6. *κατ' αὐτὴν*] *κατ' αὐτῆς* (sic) Mosc. Contra *αὐτὴν* et *ης* supr. Par. 2. Med. 2. FR.

P. 48. l. 8. *καὶ τὸ ᾄδειν*] Manuss. [Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Epit.] *ἀείδειν*. quod est *ποιητικώτερον*. Vide Eust. ad illud, *Μῆνιν ἄειδε*. [p. 8, 46. Rom.] **) CASAUB.

P. 48. l. 9. *πρὸς τοῖς πάλαι*] Error typogr. pro *παρὰ*, quod habent Par. 1. 2. 3. Esc. Mosc. Vat. A. Stroz. et recepit *Breq.* Tum *κατεσκευασμένης* Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Epit. *κατασκ.* Med. 1. *κατεσκεμμένης* Mosc. sed corr. in marg. Deinde l. 14. *καὶ κωμῳδίαν* desunt in Ven. FR.

P. 48. l. 12. *Κατὰ τὰς ἐπιδείξεις*] *Cum in publicum prodiret poëta, et carmen suum recitaret.* Notus est hujus vocis usus ex scriptoribus Graecis. Interpres totum hunc locum ita convertit, sicuti et pleraque alia, ut mirum sit, si quis ex ipsius verbis aliquid sententiae elicere potuerit, quod Straboniauum gustum praebeat. Quod ad Cadmum Phoenicem attinet, nota sunt quae de eo passim feruntur: sed adscribenda duxi Plinii verba, ut locus fieret illustrior. De poëmatum, inquit, origine magna quaestio est. Ante Trojanum bellum probantur fuisse. Prorsam orationem condere Pherecydes Syrus instituit, tempore Cyri regis. Historiam Cadmus Milesius. Haec ille lib. septimo cap. LVI. ex quibus liquet, non de litterarum inventore Cadmo, sed alio quodam, auctorem loqui. cujus eodem meminit eulogio, libro quinto, cap. 29. de Mileto, Ioniae urbe, scribens

*) Paulo post p. 49. in. *λόγον ἐμφαίνει, τὸν ἀπὸ ὕψους τινὸς καταβάντα καὶ ὀχήματος εἰς τοὔδαφος*: quae verba e Str. allegat Eustath. ad Hom. Il. *A.* p. 9, 7. Rom. FR.

**) Sic leges carmine continebantur. v. Aristot. Probl. 17. 20. Plin. H. N. 5, 56. 7, 56. TZSCH. Adde *Sturz.* ad Hellanic. fragm. p. 153. et praef. p. 15. sq. *Toll.* ad Apoll. Soph. Lex. Homer. p. 38. sq. FR.

Hecataeus porro princeps Geographiam scribere aggressus est, ut supra indicavit Strabo. De *rhapsodia* vide, quae annotavimus in Plutarchhomericis. *) XYLAND.

P. 48. l. 16. *ἀείδειν αὐτοῖς τὸ αὐτὸ*] Vox *αὐτοῖς* quid hic significet, quum sequatur *παρ' ἐκείνοις*, non video. Itaque tollendam censeo. **) CASAUB.

Vocem *αὐτοῖς*, ut ineptam, cum Cas. ejiciendam censeo, natam e seq. *αὐτό*. Nam quod interpretatio Latina poetas ab oratoribus distinguit, id de nihilo fit; loquitur enim scriptor non de usu verbi *ἀείδειν* v. *φράζειν* apud oratores, quos ne nominat quidem, sed apud antiquos, *πρὸς τοῖς πάλαι*, ad quos dein refertur *παρ' ἐκείνους*. PAETZ.

Ἀείδειν h. l. rursus tuentur Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2, Mosc. et *Breq.* Vulg. *ᾄδειν*. FR.

P. 49. l. 1. *καταχρησαμένων δ' αὐτῶν θατέρῳ*] *καταχρησαμένου* Par. 3. et Med. 1. e corr. *θατέρου* Med. 1. et e corr. Med. 2. *θάτερον* Par. 2. et al. m. supr. *ῳ*. *Breq.* male e cod. Reg. recepit *καταχρησαμένου δ' αὐτῶν θατέρου*. Quid sit Grammaticis *καταχρηστικῶς λέγειν*, constat. FR.

[?] P. 49. l. 3. *καὶ ἐπὶ θάτερον ἡ κατάχρησις δεῖβη*] *Κατάχρησιν* vocat, quae a Graecis interpretibus *μετάληψις* vocitatur. *Φράζειν* et *φράσις* de elocutione quacunque proprie dicuntur. Cum autem ita contigerit, ut, qui primi arte *φράζειν* coeperunt, ii poëtae essent, de iisdem primum et *φράζειν* dicebatur et *ἀείδειν*: illud propter elocutionem: hoc propter metrum. Sed cum postea etiam oratorum esset exortum genus, tunc de iis, primum quidem *φράζειν* propter arte elaboratam elocutionem usurpatum est, deinde vero etiam *ἀείδειν* paulatim de iisdem dici coepit: per *κατάχρησιν*, inquit, et errorem. Nam quia de poëtis dicebatur *φράζειν*, de quibus et *ἀείδειν*: communicata altera voce oratoribus, altera quoque, quae propria erat poetis, coepta est communicari. Simillima ratione cum *γλήνη* et *κόρη* de eodem dicerentur, nempe de pupilla oculi, quia *κόρη* translata signi-

*) De significatione hujus vocis plura disserit Eustath. ad Hom. Il. α. in. [p. 6, 13. Rom.] ad quem vid. Polit. T. I. p. 15. TZSCH.

**) Anne legendum *αὐταῖς*, subintellecto *ᾠδαῖς*, haereo. FALC. Strabo intelligit poetas voce *αὐτοῖς*, et rhetores voce *ἐκείνοις*. BREQ.

ficatione de ignavo homine dici solebat, poeta [Hom. Il. Θ, 164. cf. Heyn. T. V. p. 445.] eodem sensu etiam voce γλήνη est usus. et simili quoque ratione γέροντας ille legatos vocat Ἰλιάδ. ι. [v. 89.] Sic ἐθόωσα, pro ἀπειξύνα, Ὀδυσσ. ι. (527.) ubi notat scholiastes, ἐκ τοῦ συνωνύμου τὸ ὁμώνυμον. ὁ τρόπος μετάληψις. Vide Plutarchum *), et poetae interpretes ad illum locum, (Ἰλ. α. v. 189.)

— — ἐν δέ οἱ ἦτορ
Στήθεσσιν λασίοισι. CASAUB.

P. 49. l. 7. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ συνέγγυς μόνον] Aliud caput est reprehensionis Eratosthenis, De Fabulis Homericis, et Erroribus Ulyssis. Eratosthenes omnia a poeta temere et sine ulla ratione putabat esse conficta: Strabo, non omnia esse conficta: sed veritatem historicam partim eum esse secutum, partim suis figmentis obscurasse censet. CASAUB. **)

P. 49. l. 12. ἢ δημαγωγῶν] Paulo post [T. I. p. 53.] de eadem re τὸ μὲν ἀποδεχόμενος, τῷ δὲ δημαγωγῶν καὶ στρατηγῶν τὰ πλήθη. Quosnam autem δημαγογοὺς Graeci vocent in Republ., nemo clarius Aristotele (Polit. IV. 4.) docet. Illinc pete. CASAUB.

P. 49. l. 17. τοὺς μύθους ἀνελέξαντο] Lego ***) ἀνεδέξαντο, id est *admiserunt et probarunt*. Sic mox [T. I. p. 52.] eadem de re ἀπεδέξαντο. Quod ad quaestionem attinet, qua de hic agitur, lege Platonem lib. de Rep. secundo, et Plutarchum De audiendis a juvene poëtis. itemque Dionysium Halicarnass. qui mihi videtur lib. secundo (c. 19. 20.) omnium optime, quid hac de re esset sentiendum, docuisse. Strabo enim fabulis veterum paulo fuit, quam oportebat, addictior. Sed homini Stoïco facile ignoscimus. CASAUB.

---

*) De aud. poet. T. VI. p. 89. ed. Reisk. ἂν μή τις ταῖς μεταφοραῖς καὶ καταχρήσεσι τῶν ὀνομάτων ἕπηται. Strab. L. V. T. II. p. 98. φαίη ἄν τις καταχρώμενος. Schol. Apollon. Rhod. IV. 291. καταχρώμενος εἶπεν. FR.

**) P. 49. l. 10. καὶ in Par. 2. notatur ut superfluum. Pro μυθολογούντων Ven. A. Bemb. Stroz. Par. 1. 3. Eton. Med. 1. Vet. Intp. μυθολογεῖται, idemque, sed supr. — οὐντων, Mosc. Par. 2. Med. 2. Tum ἄλλά τε καὶ Hopp. pro ἄλλα τε κ. et l. 17. post πρῶτον Esc. addit γε. FR.

***) Haud dubie ex Epitom. ubi est ἐδέξαντο. Vet. Intp. *delegerunt*. FR.

P. 50. l. 4. *φιλειδήμων γὰρ* *) *ὁ ἄνθρωπος*] Aristoteles [Metaph. I, 1.]: *Πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει.* Cicero: *Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem.* I. (c. 6.) *de Off.***) Casaub.

προοίμιον ***) *δὲ τούτου τὸ φιλόμυθον*] Imo consequens, potius. Ideo dicebat Aristoteles (Metaph. I. c. 2.), philosophos esse *φιλομύθους. Διὸ καὶ*, inquit, *φιλόμυθος ὁ φιλόσοφός πως ἐστιν· ὁ γὰρ μῦθος συγκειται ἐκ θαυμασίων.* Senecae locus lucem huic affert (Ep. 77.) p. 339. ubi facit *αὐτὰ*, *φιλειδ.* et *φιλόμ.* et quasi explicat ex professo Plinius v. ep. 8. ubi nota *φιλόμυθ.* verti *sermunculis, fabellisque.* †) Casaub.

P. 50. l. 16. *φιλομυθεῖ*] *φιλομαθεῖ* al. m. supr. Par. 2. *φιλομηθεῖ* Vat. A. Stroz. Fr.

P. 51. l. 2. *οὗτος ἰσχύει*] Sic *Casaub.* in conject. marg., quod firmant Mosc. Par. 1. 2. Esc. *οὕτως ἰσχ.* Med. 1. 2. Eton. Vet. Intp. *Isti autem haud multum ratione valent. Cas.* conj. probat etiam *Gronov.* in Animadvss. in Strab. p. 154. et *Breq.* in edit. Fr.

πρόσεστι δὲ] Sic conj. *Cas.* in marg. et habent Med. 1. Par. 2. Mosc. Recepit *Breq.* Vulg. *γὰρ* omittit Med. 2. *πρ. γε* legitur in Ven. A. De confusione vocum *δὲ* et *γὰρ* cf. *Porson.* ad Eurip. Orest. v. 779. *Brunck.* ad Apoll. Rhod. 1, 1036. *Hermann.* ad Orph. p. 780. *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 630. T. VII. p. 11. Fr.

P. 51. l. 4. *χρεία τῶν εἰδῶν*] *τ. εἰ. χρ.* Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc. Vat. A. B. Fr.

[P] P. 51. l. 7. *ἥτε* ††) *γὰρ Λάμια*] De Lamia muliere, quam perhibent fabulae ansam praebuisse, praeter Grammaticos †††), lege Diodorum Siculum lib. XX.

---

*) Ante *ἄνθρωπος* deest *ὁ* in Ven. A. Par. 4. Med. 1. et in Par. 2. Med. 2. postea additur. Fr.

**) Prolixius eandem rem effert de Fin. L. V. c. 18. Fr.

***) Multa de h. v. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 176. ed. Bip. Tzsch.

†) Verba *Αἴτιον — δεομένης κολάκων Penzel.* in Vers. Strab. Teuton. T. I. p. 387. suppositicia judicat. Pro *κολ.* e corr. Med. 2. *κολάκων.* Fr.

††) Mosc. Vat. B. Par. 3. et e corr. Med. 1. *ἡ γὰρ Λ.* Fr.

†††) V. Intpp. ad Hesych. T. II. p. 421. et Suid. T. II. p. 412. ubi pariter Duris laudatur. Adde *H. Steph.* in Ind. Thes. L. Gr. T. I. p. 1545. et, qui plura dabit, laudatus a *Forcellin.* in Lex. L. L., *Coel. Rhodigin.* in Lectt. L. IX. c. 5. Fr.

[c. 41.]. Is Lamiae antrum et regnum in Libya collocat, cum alii alibi eam regnasse tradant: Aspasius quidem, Ethicorum Nicomacheorum Aristotelis interpres, circa Pontum ait, de ea accipiens Aristotelis haec verba, lib. VII. *οἷον τὴν ἄνθρωπον, ἣν λέγουσι τὰς κυούσας ἀνασχίζουσαν τὰ παιδία κατεσθίειν.* Eustratius vero in lib. decimum ejusdem operis in Libya. Sicut et Duris li. II. Libycor., cujus verba habemus apud *σχολ.* Aristoph. in Vespis [v. 1071. et ad Pac. v. 757.]. Diodorus diserte id negat, Euripidis *) ductus auctoritate. Lamiae meminit et Plut. *περὶ πολυπραγμοσύνης.* [T. VIII. p. 50. ed. Reisk.] De Gorgone autem, nota sunt, quae vulgo fabulantur poetae. Ephialtes **) Latinis est *Incubus.* Vide Servium (ad Virgil. Aen. XII. 809.) et Macrobium in Somnium Scipionis (I. c. 3.). Observant autem grammatici ***), hanc vocem, quando *δαίμονα* significat, scribi per *π Ἐπιάλτην:* quando nomen est, aut hominis, aut morbi, sive *ῥιγοπυρέτου,* per *φ.* Verum hanc legem negligunt veteres scriptores. *Μορμολύκη* et *Μορμὼ*, quae et *Μορμὼ* dicitur et *Μομβρὼ*, voces sunt ad pavorem pueris incutiendum a nutricibus excogitatae. Sic mater apud Theocritum (XV. v. 40.) [cf. *Valcken.* ad Adoniaz. p. 346. sqq.] — *μορμὼ*, ait, *δάκνει ἵππος.* Aristoph. (in Equit. [v. 690.] p. 529.) *Μορμὼ, τοῦ θράσους.* Mox Strabo [T. I. p. 52.]: *μορμολύκας τινὰς πρὸς τοὺς νηπιόφρονας.* Fuit et *Γέλλω* quaedam similiter infantium pavor. Hesychius [T. I. p. 812. ed. Alb.]: *Γέλλω, δαίμων, ἣν γυναῖκες τὰ νεογνὰ παιδία φασὶν ἁρπάζειν. Manias* Romanae nutrices appellarunt: vid. Fest. (*Maniae.*) *Manducus* etiam non dissimile fuit apud eosdem Romanos figmentum, de quo vide Plautum (Rud. II. sc. 6. 51.) et Festum (v. *Manducus*). CASAUB.

P. 51. l. 13. *ἢ τιμὰς παρὰ τῶν θεῶν νεμομένας*] Omnino *παρὰ* est legendum, quam lectionem et vett. codd. [Mosc. Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Eton.] confirmant. Sic mox *κολάσεις παρὰ θεῶν* dicit. At Xylander *divinos hono-*

*) Euripidis fabulam *Lamiam* memorat etiam Lactant. Instit. I, 6. Vid. *Wessel.* ad Diod. Sic. l. l. T. II. p. 434. sq. FR.

**) De eo memini me legere in Observv. Miscell. Amstel. Vol. X. TZSCH.

***) V. c. Schol. Harlej. ad Hom. Odyss. *A*, 307. cf. Intpp. ad Moer. Att. p. 372. ed. Piers. *H. Steph.* l. l. T. I. p. 340. FR.

res somniat. Melius omnino prior interpres, *tributos ab Deis honores.* *) CASAUB.

P. 52. l. 1. *Τύπων ἀοράτων*] Suspecta vox. Ad hunc locum vide, quae Plutarchus in Numa de conficta religione disputat. XYLAND.

Haesit hic merito eruditissimus Xylander. Sed legendum *ἀώρων:* **) nam in libris manu exaratis est *ἀόρων. Ἄωρον* autem significat *αἰσχρὸν* et *ἄμορφον.* ***) [Plutarch. Non Poss. Suav. Vivi sec. Epic. T. X. p. 505. R. *αἰσχρὰ καὶ ἄωρα πράττειν ὁμολογοῦσι.* Xenoph. Memor. 1, 3, 14. *ἀπέχεσθαι τῶν αἰσχίστων καὶ ἀωροτάτων.* FR.] Respicit autem Strabo ad Furias, quae vultu horribili et turpissimo a poetis ac pictoribus fingebantur. Id vel ex Cicerone (pro S. Rosc. Am. 24.), ut poetarum nationem taceam, et Aeschine (contra Timarchum), unde habet Cicero, notum est. Sic dicitur a summo vate [Odyss. *M,* 89.] Scylla habere *πόδας ἀώρους* et ipsa *σμερδαλέος* tota. Nam qui locum poetae aliter explicant, falluntur, opinor. Pertinent ad hunc locum, quae disputat gravis cum primis auctor Polybius, non procul a libri sexti fine, quo loco docet, harum rerum metu, quam ille vocat *δεισιδαιμονίαν,* stare et contineri maxime Rempublicam Romanorum. Vide locum, et, si lubet, confer cum iis, quae de eadem re scribit Dionysius Halicarnass. lib. sec. [c. 18. T. I. p. 272. sqq. ed. Reisk.] CASAUB.

Par. 2. *ἀοράτων* et al. m. supr. *ἀόρων.* Vet. Intp. *Invisibiles formas. Breq.* ad h. l. „Nihil mutamus. Scili„cet homines avertuntur a vitiis, cum supplicia audiunt „a Diis intenta, terrores missos, minasve jactatas per „voces portentosas (*διὰ λύγων* †)) aut per quasdam figu„ras, quae oculos fugiunt (*διὰ τύπων ἀοράτων*). De vo-

*) *Breq.* recepit *παρὰ:* sed Mosc. Par. 1. 2. Med. 1. omittunt articulum. FR.

**) Nihil muta: *figuris ἀλλοκότοις, nunquam antea visis. Toup.* Sed *πτύπων* legunt *Villebr.* ad h. l. et *Coray* ad Plutarch. T. IV. p. 498. FR.

***) V. *Dorvill.* ad Charit. p. 657. ed. Lips. *Villois.* ad Apoll. Soph. Lex. Hom. p. 187. ed. Toll. FR.

†) *Dutheil,* quanquam *λόγων* per *récits* interpretatus (Vers. Gall. T. I. p. 39.), refert ad superiora *ὅταν ἀκούωσι τῶν ποιητῶν διηγουμένων* et *τύπων ἀοράτων, de certains objets qu'on ne vit jamais,* ad *ὁρῶσι γραφαὶ ἢ ξόανα κτλ.,* forsan tamen *διὰ λογίων, par des oracles,* scribendum esse suspicatur. FR.

„cibus portentosis in aere auditis frequens mentio apud „veteres. Adi Liv. L. V. c. 52. L. XXIX. c. 18.“ Tum προσδέχονται male Eton. et e corr. Med. 2.; hic etiam deterius περιπεσεῖν πιστεύοντες τινὰς et ἐπάγειν. Fr.

P. 52. l. 4. προσκαλέσασθαι] Lege, προσκαλέσασθαι, ut [Mosc.] et Epitome Planudis habet. Casaub.

[?] P. 52. l. 7. Κεραυνὸς γὰρ] Telum hoc Jovis. Hesiodus (θεογ. v. 707.)

Βροντήν τε, Στεροπήν τε, καὶ αἰθαλόεντα κεραυνὸν,
Κῆλα Διὸς μεγάλοιο. Casaub.

P. 52. l. 8. καὶ αἰγὶς] Iovis et Mineruae ὅπλον est ἡ Αἰγίς. Casaub.

καὶ τρίαινα] Telum Neptuni. Casaub.

καὶ λαμπάδες καὶ δράκοντες] Respicit ad Furias. Cas.

P. 52. l. 9. καὶ θυρσόλογχα τῶν θεῶν ὅπλα] Pertinent haec ad Bacchum. Pereleganter haec omnia complexus est poëta, cujus haec sunt:

Fulmina sub Jove sunt: Neptuni fuscina telum:
Ense potens Mars est: hasta, Minerva, tua est.
Sutilibus Liber committit praelia thyrsis;
Fertur Apollinea missa sagitta manu.

Verba autem illa, καὶ θυρσόλογχα τῶν θεῶν ὅπλα, videntur ab aliquo esse poeta accepta. Corruptus in hac voce Proclus: quod moneo, quia nec vir doctissimus Thomas Linacer, nec alii magni viri hoc animadverterunt. Lege ergo in asterismis Procli *) θυρσόλογχος, ὃν κρατεῖ ὁ Κένταυρος. θυρσόλογχον **) pro θύρσον dicebant, quia erat θύρσος λογχωτὸς, ut appellatur libro Epigramm. graecanicorum sexto. ***) Justinus, ὥςπερ αἱ Βάκχαι διὰ σχήματος εἰρηνικοῦ τὰς λόγχας ἐν τοῖς θύρσοις περιφέρουσιν. Strabo I. 111. [T. I. p. 448. sq.] de alia re ἀκόντιον λελογχωμένον σιδήρῳ dicit. Athenaeus lib. v. (c. 7. in fine) de Baccho: εἶχεν ἐν ταῖς χερσὶ θυρσόλογχον χρυσοῦν. Apud Ptolemaeum θύρσον legimus simpliciter. †) Casaub.

*) De sphaera c. 15. fin. p. 40. ed. Bas. ubi vulgo perperam θυρσολόχος. Fr.

**) V. *Hermann.* in Addend. ad Orph. Hymn. XLV, 5. et, quem laudavit jam *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. XI. p. 74., *Salmas.* ad Solin. p. 379. Fr.

***) Agath. XXXI, 2. in *Brunck.* Anal. T. III. p. 44. Fr.

†) P. 53. l. 5. ὑπερβαλλόντως simpl. λ e corr. Med. 2., ut solent in hac voce codd. errare: cf. *Tzsch.* ad Strab. T. IV. p. 429. et *Schweigh.* ad Polyb. T. VI. p. 199. Fr.

P. 52. l. 10. *ἀπεδέξαντο*] — *δείξαντο* Mosc. et al. m. supr. Par. 2. qui simul cum Mosc. Med. 2. Par. 2. l. 16. voci *σωφρονίζεσθαι* superadditum habet *σοφίζεσθαι*. et l. 17. pro *μηδενὸς* Med. 1. *μηδέν*. Fr.

P. 53. l. 6. *Καὶ οἱ πρῶτοι δὲ ἱστορικοὶ*] Hecataeus, Herodotus, Ephorus: quorum fabulis non ubique ita delectatur Strabo, ut nunc. Nam sane alibi fabulosos id genus scriptores acerbe satis perstringit et vellicat. Cas.

καὶ φυσικοὶ] Paxmenides, Empedocles, Xenophanes, alii philosophi ante Socratem, qui princeps *τὸ ἠθικὸν τῆς φιλοσοφίας μέρος* invenit. Casaub.

P. 53. l. 7. *Ἅτε δὴ πρὸς τὸ*] Eleganter initio sententiae *ἅτε δὴ* ponere solet. *) [Male *ἅτε δὲ* Mosc. Med. 1. 2. Par. 3. Fr.] Sic apud alios *οἷα δή*. Herodianus libr. primo [c. 6.] *Οἷα δὴ ἄνδρα πολυΐστορα, μάλιστα ἐτάραττε μνήμη.* **) Casaub.

P. 53. l. 9. *ἐν δ' ἐτίθει καὶ ψεῦδος*] Alludit ad hemistichium poetae *Il. σ.* [v. 541.]

ἐν δ' ἐτίθει νεὸν μαλαχήν. Casaub.

P. 53. l. 14. *πρὸς δὲ τὸ αὐτὸ τέλος τοῦ ἱστορικοῦ*] Ex sententia igitur Strabonis, auctoris locupletissimi, *ἡ ἱστορικὴ* et *ἡ ποιητικὴ* finem habent unum et eundem: modo tantum *τῆς γραφῆς* differunt. Utraque prodesse et docere vult: *ἡ ποιητικὴ*, etiam delectare. Illa *τὰ ὄντα* tantum exponit: haec et *τὰ ὄντα* exponit, et *τὰ μὴ ὄντα* docendi causa fingit. Casaub.

καὶ τοῦ τὰ ὄντα λέγοντος] Periphrasis *ἱστορικοῦ*. nam *καὶ* est *ἐξηγήσεως* nota: *τὰ ὄντα* sunt *τὰ ἀληθῆ*: et apud Herodotum ***) *τὸν ἐόντα λέγειν λόγον*, est veritatem rei dicere. Sic apud Demosthenem: *ὁ γενόμενος λόγος*. nisi mendum est. Atque haec loquendi Graecorum genera ex ipsa rerum natura petita sunt: [¶] nam, ut docet philosophus, orationis veritas *ἀκολουθεῖ τῷ εἶναι*. Casaub.

P. 53. l. 17. *ἐκ μηδενὸς δὲ ἀληθοῦς*] Paullo post [p. 67.] *τὸ δὲ πάντα πλάττειν, οὐ πιθανὸν, οὐδ' Ὁμηρικόν*. Cas.

*) V. c. L. XIV. T. V. p. 700. de quo loco bene meruit *Schaef.* ad Sophocl. Aj. v. 1043. De *ἅτε δή* v. Acta Monacc. T. II. p. 181.; de *οἷα δή* *Dorvill.* ad Charit. p. 480. Lips. Fr.

**) P. 53. l. 7. Pro *ἀναφέρων τοὺς μύθους* Par. 1. 2. Mosc. inverso ordine *τ. μ. ἀν.* et hic cum Par. 2., ubi al. m. supr., *ἐφρόντιζε* pro *ἐφρόντισε*. Fr.

***) V. Viger. de Idiot. Gr. L. p. 369. ed. Herm. Fr.

P. 54. l. 1. *καινὴν τερατολογίαν*] Med. 1. e corr. *κενὴν*, quod et *Dutheil* e conj. praefert; qua non opus videtur, quanquam alioquin hae voces saepissime de sede pugnant: v. qui laudantur in Ephemer. Litter. Jenens. 1814. Suppl. No. 44. p. 347. quibus adde *Bast.* Epist. Crit. p. 87. *Pors.* ad Eurip. Orest. v. 1574. *Schweigh.* ad Polyb. T. VI. p. 102. Deinde pro *οὐχ Ὁμηρικὸν* Mosc. — *ἦν*, Par. 2. — *ὄν*, Bemb. — *ἦν*. Error proclivis. FR.

P. 54. l. 2. *προσπίπτει γὰρ, ὡς εἰκὸς, ὡς πιθανώτερον*] Veteres codd. [Med. 1. Par. 3. sed Med. 2. Par. 2. *προσπ.* e corr.] habebant *προπίπτει*. Ego *προσπίπτειν* retineo, et interpretor, ut apud Ciceronem (pro Sext. c. 50.) *ad aures accidere*. Paullo aliter infra [L. I. T. I. p. 95.] *μάλιστα γὰρ ἂν προσπίπτοι τὸ ῥηθὲν ὑφ' Ἡροδότου.* *) CASAUB.

P. 54. l. 2. *οὕτω*] *οὕτως* Ven. A. et Med. 1. 2. e corr. *παρὰ* pro *περὶ*. FR.

P. 54. l. 4. *ὅπερ καὶ Πολύβιός φησι*] Polybii locus, ut et major pars operum tanti scriptoris, interiit. **) Sed de Polybio plura Strabo infra. CASAUB.

P. 54. l. 6. *Ἴσχε*] Hom. Odyss. T, 203. Mosc. *ἴσχεν*, Par. 1. 3. Med. 1. *ἴσχεν*, Med. 2. *ἴσχε* et e corr. *ἴσμεν*, quod agnoscunt Vat. A. Bemb. Stroz. FR.

P. 54. l. 7. *εἶπεν, οὐδ' ἂν ἦν ἐτύμοισιν ὁμοῖα*] Restituimus vocem *ὁμοῖα*, quae in Germania perierat, ex Aldino cod. et manuss. ***) CASAUB.

Multa hic sunt perturbata. Edd. vett. Mosc. Vat. A. B. Intp. Vet. *οὐ γάρ*. Dein iidem cum Med. 1. Par. 1. 2. 3. *ἀλλὰ πολλὰ· ἐπεὶ οὐδ' ἂν* et sic Med. 2. marg., ubi verba *οὔτε — ὁμοῖα* desunt. Epitom. *οὐ πάντα δηλονότι, ἀλλὰ πολλὰ καὶ μυθώδη·* (ubi non videtur necessarium, mutari *καὶ* in *εἶπε* vel *εἶναι*) *οὐ γὰρ ἂν ἦν ἐτ. ὁμ.* Quid

*) Vid. *Toup.* ad Longin. XXIX, 1. p. 374. ed. Weisk. qui h. l. *ὡς* ante *πιθανώτερον* ejicit. Adi praeterea de signif. Lex. Polyb. p. 535. Transfertur etiam ad visum et olfactum: cf. Diod. Sic. L. II. c. 48. *Schaef.* ad Long. Pastor. p. 387. et *Fabric.* ad Plutarch. Brut. c. 49. FR.

**) Vid. Polyb. Fragm. L. XXXIV. c. 2. T. IV. p. 622. ed. Schweigh. FR.

***) Cf. de toto h. l. Cuper. in Apotheos. Homer. p. 56. TZSCH.

Villebr. probarit, patet ex ejus vers.: *Non omnia quidem falsa, sed multa: aliter non etc.* Fr.

P. 54. l. 8. *Ἔλαβεν*] Mosc. Par. 2. 3. Med. 1. 2. sed in hoc e ser. corr. *ἔλαβον* et pro *παρὰ* τ. *ι.* in marg. Par. 2. est *περί.* Fr.

P. 54. l. 9. *καὶ γὰρ τὸν Αἴολον* *) *δυναστεῦσαι*] Plinius lib. III. cap. IX. *Lipara dicta a Liparo rege, qui successit Aeolo.* Ibidem, *Tertia Strongyle, a Lipara M. pass. ad exortum Solis vergens, in qua regnavit Aeolus.* Casaub.

δυναστεῦσαί φησι] Quis non videt, legendum esse *φασί?* Vult probare, Homerum eorum, quae dicit, *τὰς ἀρχὰς* ab historia habuisse: exempli gratia, multa poeta de Aeolo fabulose et praeter rei veritatem, et tamen non sunt omnia conficta ab eo: fama enim est, inquit, Aeolum hunc obtinuisse quondam insulas, quae sunt circa Liparam. Idem de Cyclopibus et Laestrygonibus sentiendum, quorum poeta meminit. Casaub.

Cum *φησὶ* commode ad historiam referri queat, plana sunt omnia, nec ulla emendatione indiget locus. Breq.

P. 54. l. 10. Pro *περὶ* τ. *Α.* Med. 1. e corr. *παρὰ*, Hopp. *ἐπί.* Tum Par. 3. *Λεστριγ.* Fr.

P. 54. l. 10. *καὶ τῶν περὶ τὴν Αἴτνην καὶ Λεοντίνην, Κύκλωπας, καὶ Λαιστρυγόνας*] Cyclopas refer ad Aetnam: Pomp. Mela (II. c. 7.): *Et Aetna, quae Cyclopas olim tulit, nunc assiduis ignibus flagrat.* Laestrygonas **) ad Leontinen. Nam qui postea Leontini in Sicilia dicti sunt, prius Laestrygones appellabantur. Hesych. [T. II. p. 415. Alb.] *Λαιστρυγόνες οἱ νῦν Λεοντῖνοι.* De Cyclopibus et Laestrygonibus Thucydides libro VI. (c. 2.) sic: *παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρυγόνες οἰκῆσαι· ὧν ἐγὼ οὔτε γένος ἔχω εἰπεῖν, οὔθ' ὁπόθεν εἰσῆλθον, ἢ ὅποι ἀπεχώρησαν.* Casaub.

P. 54. l. 13. *καὶ τὴν Χαρυβδιν καὶ τὸ Σκυλλαῖον*] Vide infra lib. VI. [T. II. p. 226.] Casaub.

---

*) Mosc. *Αἰόλον*, de qua *τονώσει* v. *Tittmann.* ad Zonar. Lex. Gr. p. 71. *Schaef.* et *Bast.* ad Greg. Cor. p. 11. et 864. Fr.

**) H. l. refert Eustath. ad Hom. Odyss. IX, 109. p. 340, 30. [p. 1608, 5. Rom. addito *τότε τοῖς πολλοῖς.*] et XII, 104. p. 480, 35. [p. 1716, 38. Rom.] Tzsch. De Laestrygonibus cf. *J. H. Voss.* in commentat. de geogr. veter. fabul. p. 13. Fr.

P. 54. l. 14. *οὕτω δὲ καὶ τοὺς*] Omissum ab edd. Cas. Alm. Breq. *καὶ* diserte referunt edd. vett. et Mosc. Ven. A. Fr.

P. 55. l. 2. *οἰκείως τὸν καθ' ᾅδην*] Probo lectionem veterum librorum, *μετήγαγεν οἰκείως, εἰς σκοτεινόν* *) *τινα τόπον τὸν καθ' Ἅιδην*. Casaub.

„In MSS. vox *οἰκείως* ponitur post verbum *μετήγαγεν*. ut ego arbitror, rectius: sensus enim est, Homerum apte et convenienter hos Cimmerios, fabulae continuandae et exornandae causa, in tenebrosam Italiae regionem transtulisse. — Si, ut nunc editur, posteriori loco ponendum esset adverbium *οἰκείως*, *τὸν οἰκείως καθ' ᾅδην*, non *οἰκείως τὸν καθ' ᾅδην* scripsisset Geographus. — Straboni assentitur Eustathius ad Odyss. *Λ*, ut saepe alias: forsitan et plures, quos inveniet, cui otium fuerit talia rimari." Haec *Johann. Columbus* in notis ad fabb. aliquot Hom. de Ulixis erroribus p. 105. Almel. *in Addend.*

Cum Ed. Lips. conveniunt Mosc. Par. 1. 2. 3. Eton. Esc. Med. 1. qui *τὸν* omittit. Receperat etiam *Breq.* Fr.

P. 55. l. 5. *Κιμμερίων ἔφοδον*] De qua supra p. 12. [T. I. p. 15. T. VII. p. 200. sqq.] Caeterum verba in Graeco sunt corrupta. *ἢ κατ' αὐτὸν. ἀναγράφων δὲ ὡσαύτως καὶ τοὺς Κόλχους.* Conjecturis suis qui tantum detulerunt auctoritatis, ut in summis scriptoribus expungere, quod erat a librariis traditum, et sua inventa iis abolitis sufficere auderent, pessime sunt omnium peritorum judicio meriti de optimis literis, utcunque studio juvandi decepti. Ego mutare quicquam, nisi quod vel Aldinus codex, vel interpres jubeant mutare, sitque liquido falsum, nequaquam ausus sum. Sic tamen haec scripta fuisse a Strabone omnino judico, uti subiiciam: *οὐ κατ' αὐτὸν ἀναγράφουσιν. Ὡσαύτως δὲ καὶ Κόλ.* Xyland.

P. 55. l. 6. *ἀναγράφοντες. Ὡσαύτως*] Legebatur ante *Ἀναγράφων δὲ ὡσαυτως:* nimirum hunc locum, ut alios quam plurimos, prava pronunciatio, qua τ post υ corrumpitur, corruperat. **) Similes mendas easque insignes alias notabimus. Casaub.

Ut Cas., sic emendaverat etiam Scaliger l. l. Tzsch.

---

*) In Epitom. pro *εὐσκοτισμένους* legendum videtur *ἐσκοτισμένους*. Fr.

**) Veram lect. restituit *Cas.* e MSS., ut in marg. monet. Fr.

Cum Ed. Sieb. faciunt, sed omisso *δέ*, Mosc. Par. 1. 2. 3. Ven. A. Plura hic omisit Vet. Intpr. Sed Med. 1. 2. *κατ' αὐτὸν ἀναγράφων δὲ ὡσαύτως*. *Villebr.* mavult *ὡς δ' αὕτως*. *Cas.* secutus est *Breq.* e cod. Reg. Fr.

P. 55. l. 9. *καὶ ἱστορούμενα*] Desunt in Par. 3.; *παρὰ* pro *περὶ* Med. 2. et e corr. Med. 1. Fr.

P. 55. l. 10. *συγγενείας τε ἔπλασε*] facit enim Circen sororem Aeetae, qui fuit pater Medeae. Verba ejus sunt *Od.* κ. [v. 135. sqq.]

[P] *Αἰαίην δ' ἐς νῆσον ἀφικόμεθ'· ἔνθα δ' ἔναιε*
Κίρκη ἐϋπλόκαμος, δεινὴ θεὸς, αὐδήεσσα,
Αὐτοκασιγνήτη ὀλοόφρονος Αἰήταο.

Vide reliqua: alii sorores Circen et Medeam fuisse tradunt. Lege, si vacat, quae scribit Scholiastes Apollonii libro III. [v. 200.] et Diodorus Siculus libro IV. [c. 45. ubi v. *Wessel.*] Casaub.

P. 55. l. 11. *οὕτω*] *οὕτως* Par. 1. 3. Med. 1. 2. *ὄντως* Esc. Mosc. Par. 2. sed hic al. m. supr. *οὕτως*. De qua commutatione vid. quos laudavi in diss. de med. syll. pentam. gr. post *Spitzneri* lib. de vers. Gr. her. p. 341. et 372. Vocibus *τῆς μὲν* in Par. 2. al. m. supr. legitur *Μηδείας*, et *Κίρκης* supra *τῆς δὲ*. Fr.

P. 55. l. 12. *καὶ ἐξωκεανισμὸν ἀμφοῖν*] Vide initium *Od.* μ. et poëtae interpretes in illum locum. De Iasonis navigatione et erroribus infra commodius, ubi de Istro. *) Casaub. **)

P. 55. l. 16. *καὶ ἐν τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ*] id est Paestano sinu. Paestus enim Graecis *Ποσειδωνία*. Vide lib. V. [T. II. p. 209.] Paestanus sinus etiam apud Melam (II. 4.) [§. 9. ubi cf. *Tzsch.* p. 416. sq.] et Plin. (II. 5.) Casaub.

ταῖς πρὸ τῆς Τυρρηνίας νήσοις] v. *πρὸς τῆς T. ν.* Mosc. *πρὸς ταῖς τῆς T. ν.* Med. 1. *πρὸς ταῖς T. ν.* e corr. Med. 2. *πρὸ ταῖς τῆς T. ν.* Par. 1. „Fort. in cod. *πρὸς*." *Villebr.* Vet. Intp. *circa Etruscorum insulas*. Fr.

P. 55. l. 17. *τῆς τῶν Ἀργοναυτῶν πλάνης σημεῖα*] An-

*) Inprimis v. Eustath. ad Hom. Od. XII, 61. p. 474. m. [p. 1705. Rom.] Tzsch.

**) P. 55. l. 13. *τάχα καὶ*] E cod. Reg. *Breq.* dedit *τ. δὲ καί*. Vat. B. *τὸν Ἰάσ.* pro *τοῦ Ἰ.* Mosc. Vat. B. *ἀνδρίαν* pro *Ἀδρίαν*. Fr.

tea δείκνυται γάρ τινα σημεῖα. Ferri quidem posset et alterum σημεῖα ob verba complura interposita repetitum; tamen a librariis potius id factum putem. PAETZ.

P. 56. l. 3. Βυζαντικοῦ] — ιακοῦ Mosc. Par. 2. Esc. Vet. Intp. Med. 1. e corr. Recepit e Reg. cod. et Steph. Byz. s. h. v. *Breq.* Par. 2. al. m. supr. — ικοῦ, quae forma sine haesitatione posthabenda est. FR.

P. 56. l. 3. παρὰ μὲν τὴν Αἴαν ἡ Αἰαίη] Imo ἡ Αἰαίη. *) Ita enim appellatur a poëta conficta insula, ubi Circen collocat. **) Junge autem cum sequentibus πιθανὸς ἐφάνη. CASAUB.

P. 56. l. 4. παρὰ δὲ τὰς Συμπληγάδας ***) αἱ Πλαγκταὶ] Nam ipsae quoque Symplegades, ut nomen indicat, a veteribus πλαγκταὶ creditae sunt, atque ita vocitatae. †) Herodotus lib. IV. (85.) ἐντεῦθεν ἐσβὰς ἐς νέα, ἔπλεε ἐπὶ τὰς Κυανέας καλευμένας, τὰς πρότερον πλαγκτὰς Ἕλληνές φασι εἶναι. CASAUB.

P. 56. l. 6. παρὰ δὲ τὴν Σκύλλαν καὶ τὴν Χάρυβδιν] Quod Homerus ait de duobus illis periculosissimis scopulis, quorum alterum Scyllam nominat, alterum Charybdin, ejus figmenti sumpsit τὰς ἀρχὰς ab iis, quae de veris Scylla et Charybdi in Sicilia Homeri tempestate vulgo erant cognita. Nam quia illi loci erant latrociniis piratarum, qui eos obsidebant, infames, poëta Scyllam et Charybdin in horrenda monstra convertit, ac scopulos esse dixit, per quorum medium naves non nisi cum summo extremae perniciei periculo transire possent. Hoc voluit Strabo, non quod eum faciunt loqui interpretes. ††) CASAUB.

P. 56. l. 9. ὁμοίως ἐκπολιζεῖν ἐδόκουν] Similiter putabant nostram excessisse οἰκουμένην, ut eos, qui columnas transiissent. Nam vetustissimi illi nostrae οἰκουμένης ter-

---

*) Sic diserte Mosc. Esc. Par. 2. *Breq.* Vulg. Αἴη. FR.

**) Epitom. Αἰαίην τὴν Κίρκην Ὅμηρος ὀνομάζει ἀπὸ τῆς Αἴας πόλεως. FR.

***) Par. 3. marg.: ἕτεροι δὲ Πλαγάδας παλοῦσι. FR.

†) De hac re multus est *Tschuck.* ad Mel. II, 7, 3. FR.

††) L. 7. τότε τὸ π.] τ. καὶ τ. π. Med. 2. Tum l. 10. ἐπὶ πολὺ divisim Med. 1. et Med. 2. ἐπὶ tantum, sed add. πολύ. L. 12. τὸν ante Ὅμ. deest in Mosc. Par. 3. Med. 1. 2. Eton. „Melius τ. π. Ὁμήρου.“ *Villebr.* L. 13. ἴσα Med. 2. e corr. pro ἴσως et pro μετήνεγκε Med. 1. — γκεν, Med. 2. — γκαν et e corr. — γκεν. FR.

minum orientem versus progredientibus Pontum et Phasin putabant. Plato in Phaed. (p. 109. ed. H. St.) *Καὶ ἡμᾶς οἰκεῖν τοὺς μέχρις Ἡρακλείων στηλῶν ἀπὸ Φάσιδος ἐν σμικρῷ τινι μορίῳ.* Aeschylus de Colchis [Prometh. v. 417.] *οἱ γῆς Ἔσχατον πόρον ἀμφὶ Μαιῶτιν ἔχουσι λίμναν.* CASAUB.

P. 56. l. 12. *ἰδίως πόντον προσηγόρευον*] Lege Eustath. ad illa *Od. α.* *)

πολλὰ δ' ὅγ' ἐν πόντῳ πάθεν.

Idem Eustathius [p. 4, 14. Rom.] in praefatione in Iliadem, causam explicat, cur, poëtam cum dicimus, Homerum intelligamus. CASAUB.

P. 57. l. 1. *μετασχόντων*] *μετεχόντων* Med. 1. 2. sed in hoc post. corr. FR.

P. 57. l. 6. *Τὸν δ' ἐξ Αἰθ.*] Hom. Odyss. *E*, 282. sq. FR.

[P] P. 57. l. 9. *Σκυθικῆς ἱστορίας*] Non dubitavi pro *ἠθικῆς* [Ald. Hopp.] reponere *Σκυθικῆς*, cum interpres quoque sic legerit, et sensus doceat ita esse legendum. XYLAND.

Sic [*Σκυθικῆς*] recte interpretes, non *ἠθικῆς*, et ita in manuss. CASAUB.

P. 57. l. 9. *τοιούτους γάρ τινας τοὺς Ἀριμασπούς* **)] De Arimaspis ***), deque ipsa voce Scythica lege Herodot. lib. (III. 116.) IV. 27. [ubi v. *Wess.* et *Valck.*] Plin. lib. VII. cap. 2. Marcellinus lib. XXIII. [c. 6.] Arimaspos homines luscos et feros vocat. Coclites appellat Varro de L. L. sexto [c. 3. extr.]. Solinus (c. 20.) gentem unoculam. Diodorus Siculus libro XVII. [c. 81.] Arimaspos sua aetate Euergetas fuisse appellatos, auctor est: qua de re plura lib. XV. [T. VI. p. 180. sq.] · CASAUB.

P. 57. l. 10. *οὓς ἐν τοῖς Ἀριμασπείοις ἔπεσιν ἐκδέδωκεν Ἀριστέας ὁ Προκοννήσιος*] Quicunque de Arimaspis mentionem faciunt, ii fere Aristeam †) laudant hujus histo-

*) V. 4. p. 8, 43. quem etiam cf. de Solymis l. l. 5, 283. p. 285, 40. [p. 1536, 21. Rom.] ex Strab. TZSCH.

**) Mosc. *Ἀριμάσπους* contra usum. Tum Med. 1. 2. *Ἀριμασπίους* pro *—σίους*, sed in hoc post. corr. Dein Mosc. Esc. *Προκοννήσιος* pro *Προκ.* FR.

***) Multa collegit *Tzschuck.* ad Mel. II, 1, 2. FR.

†) De eo v. Loeffler. diss. de redivivis. Henr. Scrimgerus ex VII. exempl. notavit *Ἀριστεῖος* [fort. *— αῖος*], uti refert Henr. Stephan. ad Max. Tyr. p. 360. Sed *Ἀριστέας* habet Eu-

riae auctorem primum. Fuit is, ut in Arimasporum mentione fuse docet Herodotus, Caystrobii filius, genere Proconnesius, qui post longam ad gentes septentrionales peregrinationem (quanquam suam ipse animam corpore exutam, solam peregrinatam esse voluit hominibus persuadere, vide Herodotum et Maxim. Tyrium) carminibus gentes illas descripsit, ad quas venerat: ea carmina Ἀριμάσπεια appellantur ab Herodoto et Strabone, cum hic, tum lib. XIII. [T. V. p. 286.] Herodot. (IV. 13.) [ubi vid. *Wess.* et *Valck.*] ἔφη δὲ Ἀριστέης ὁ Καϋστροβίου, ἀνὴρ Προκοννήσιος, ποιέων ἔπεα, ἀπικέσθαι ἐς Ἰσσηδόνας, φοιβόλαμπτος γενόμενος. Ἰσσηδόνων δ' ὑπεροικέειν Ἀριμασπούς, ἄνδρας μουνοφθάλμους. Adscribam etiam Aristeae ipsius versus, qui non omnibus obvii sunt. [v. Tzetz. Chiliad. VII, 144.] *)

Ἰσσηδοὶ γαίτῃσιν ἀγαλλόμενοι ταναῇσι
Καὶ σφᾶς ἀνθρώπους εἶναι καθύπερθεν ὑμούρους
Πρὸς βορέω, πολλούς τε καὶ ἐσθλοὺς κάρτα μαχητάς,
Ἀφνειοὺς ἵπποισι, πολυρρήνας, πολυβούτας.
Ὀφθαλμὸν δ' ἓν ἕκαστος ἔχει χαρίεντι μετώπῳ,
Χαίτῃσι λάσιοι, πάντων στιβαρώτατοι ἀνδρῶν.

Non est dubium, quin et Herodot. (IV. 14.) et Plin. et Strabo noster hos versus haberent in animo, cum de Arimaspis scribentes Aristeam laudarent. Aeschylus etiam Aristeam secutus, sic scribit in Prometheo *Desm.* (778.) [al. 805. sqq.]

Γρῦπας φύλαξαι, τὸν δὲ μουνῶπα στρατὸν
Ἀριμασπὸν, ἱπποβάμον', οἳ χρυσόρρυτον
Οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρου.

Aristeae libros situ squallentes vidisse se testatur A. Gellius lib. IX. cap. 4. Casaub.

P. 57. l. 12. Δεῖ δὲ ταῦτα προϋποθέμενον] De fabulis et locorum figmentis Homericis hactenus in genere locutus, ad errores Ulyssis stylum convertit. Eratosthenis sententia haec fuit: Quicquid ab Homero hac de re dicitur, id merum esse ipsius commentum: longeque falli, qui in iis explicandis et historiae accommodandis

---

doc. in Viol. p. 68. et alii, quos memorat Meurs. ad Hesych. Miles. Vir. Ill. p. 120. Tzsch. Vid. notata ad Strab. T. V. p. 286. et Etym. M. p. 795, 15. Sylb. (p. 721. Schaef.) Fr.

*) Nove dixit Paul. Silent. in Ambone v. 148. ed. Bekk. ἅς τε Νότον Γαράμαντα καὶ εἰς Ἀριμασπὸν ἀίγην. Fr.

laborabant. Tunc enim (dicebat ille) scire aliquis possit, quae illa sint loca, per quae errantem Ulyssem ducit poëta, quum repererit prius, quis ille sutor fuerit, qui utrem ventorum, quem poëta Aeolo attribuit, consuerit. Facete sane Eratosthenes. Sed hanc sententiam validis rationibus evertit Strabo: accedit et Polybii, gravis viri, auctoritas. *) CASAUB.

P. 57. l. 16. *Βέλτιον μὲν οὖν ἂν οὕτω δέχηται*] *κρεῖττον μὲν ἄν* Mosc. Med. 1. 2. *κρ. μ. οὖν ἂν* Esc. Par. 1. *χεῖρον μὲν ἄν* Par. 3. Ven. A. *κρεῖττον* et al. m. *χεῖρον* Par. 2. Valde igitur probabile fit, *κρεῖττον*, a *Sieb.* ad priora enotatum, huc pertinere. FR.

Deesse **) videtur *τις* post *οὕτω*: sensu passivo enim verbum *δέχεσθαι* non occurrit; et pag. seq. statim sequitur *ἐάν τις — δέχηται*. PAETZ.

Quanquam *τὶς* saepenumero a librariis omitti bene docuit *Bast.* ad Greg. Cor. p. 8., et simili modo *Pors.* in Addend. ad Eurip. Hec. p. 104. sq. cum alias, tum post *ἑαυτῷ* p. 105. in Stobaei loco *Schaeferus*que ad Dionys. Hal. de compos. p. 46. post *αἰσθηται* excidisse *τις* statuunt; tamen h. l. omissio excusari posse videtur. FR.

P. 58. l. 6. *ἐκείνου ὠκεανὸν*] *ἡ σύνταξις* est: *ἐκείνου περατολογοῦντος οὕτω φανερῶς ὠκεανὸν* etc. CASAUB.

P. 58. l. 11. *οὔτε δὲ πρὸς τοῦτον ἄξιον ἀντιλέγειν*] Neque ille dignus est, cui respondeas, qui nihil poëticae libertati concedens omnia pro veris accipit, quae dicuntur a poëta, et quae non cohaerere videntur, carpit inepte: neque ei fuerit contradicere aequum, qui persuasus, errasse revera Ulyssem per Siciliam et Italiam, ac illarum regionum maria, quae poëta ad haec fingit, ut

*) P. 58. l. 2. *τοῦτο*] *τούτῳ* Ven. A. Post *ἐκείνου* distinguunt Par. 1. 2. Vet. Intp. Dein l. 7. *παρὰ θ.* habent Mosc. Esc. Eton. Med. 1. 2. et *Breq. Δεσπρνγ.* Par. 3. Med. 1. l. 12. *οὕτως φ.* Mosc. et *καταψευδομένου* Bemb. l. 14. *τὴν* ante *Ἰθάκην* praemittunt Med. 1. 2. Eton. Mosc. FR.

**) Omittitur *τὶς* subinde. Vid. *Zeun.* ad Vig. p. 150. ibique *Herm.* p. 730. 739. 934. ed. sec. *Wunderlich.* in Animadvv. ad Aeschyl. p. 113. sq. *Matth.* Graec. Gramm. p. 409. sq. *Schaef.* ad L. Bos. Ellips. p. 475. sq. *Erfurdt.* in Obss. ad Athen. P. II. p. 26. sq. Quod praesertim locum habet in locutione *φησὶ* pro *φησί τις*, de qua v. *Boisson.* ad Marin. Vit. Procl. p. 142. sq. et 149. FR.

poetica licentia dicta fictaque accipit, commodeque interpretatur. Utroque modo peccavit Eratosthenes. Cas.

P. 58. l. 12. *καθάπερ οὐδ' εἰ φαίη, τοῦτον τὸν τρόπον*] Deest negatio, quod recte vetus interpres animadvertit: vel igitur *εἰ οὐ φαίη* vel *μὴ τοῦτον* legendum. Lectio, quam probavit Xylander, ferri non potest. *) Casaub.

P. 59. l. 2. *τὰ φανερῶς ψευδῆ*] *τὰ* deest in Med. 1. Par. 3.; in Med. 2. et Par. 2. al. m. additur. Mosc. *ψεύδη*, quae confusio in tertio potissimum casu frequentatur: vid. *Schaef.* ad Gregor. Cor. p. 1044. a. *Tzschuck.* ad Strab. T. V. p. 119. Fr.

[P] P. 59. l. 5. *πρὸς ἀρετὴν συντείνειν νομίσας*] Lego, *πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ*. Quis enim tam perversi judicii Eratosthenem fuisse putet, ut Geographiae et bonarum artium cognitionem ad virtutem quicquam conducere negaret? Cynici alicujus ista, non Eratosthenis, viri eruditissimi, est sententia. Strabo supra de eodem [L. I. T. I. p. 43.] *Καὶ προσεπεργάζεταί γε, πυνθανόμενος, τί συμβάλλεται πρὸς ἀρετὴν ποιητοῦ, πολλῶν ὑπάρξας τόπων ἔμπειρον, ἢ στρατηγίας.* Profecto de optimo et doctissimo viro male hic merentur interpretes. **) Casaub.

P. 59. l. 13. *ἐπὶ τῆς Πελωριάδος*] Scilicet *ἄκρας*. Pelorum Siciliae promontorium intelligit. ***) Casaub.

P. 59. l. 14. *τοὺς δ' ἐπὶ τῶν Σειρηνουσῶν*] Tres illae parvae insulae, quae sunt in sinu Paestano, aut Cumano, de quibus hic loquitur, modo *Σειρῆνες*, modo *Σειρηνοῦσαι* vocantur a Strabone: Ptolemaeo [III, 1.] Sirenusae. Mela (II. c. 4. §. 9.) *Petras* vocat, h. e. *σκόπελον*. Aliis insula, quam in Hetrusco mari Sirenes tenuerunt, *Anthemusa* dicitur. Casaub.

P. 59. l. 15. *πλείους ἢ διακοσίους διεχουσῶν σταδίους*] Oratorie haec ab Eratosthene dicuntur, et praeter rei

*) Forsan legendum *καθάπερ εἰ φαίη τοῦτον τὸν τρόπον οὐ γενίσθαι.* Falc.

**) Ibid. *τέχνην* pro *τεχνῶν* e corr. Med. 2. Tum *οὐ* ante *πεπλασμ.*, quod edd. Cas. et Alm. ignorant, tacite addidit *Sieb.* Tuentur codd. omnes et vett. edd. cum Vet. Intp. Receperat jam *Breq. Seidel.* ad Eratosth. fragm. p. 9. *μὴ* addidit. Fr.

P. 59. l. 7. *καὶ Πηλίῳ καὶ Ἴδῃ*] Inverso ordine *κ. Ἴ. κ. Π.* Med. 1. 2. Mosc. Vet. Intp. Tum Par. 1. *Ἰηρϊόνης*. Fr.

P. 59. l. 9. Ante *ταύτης* tollendum punctum, ponendum comma. Faetz.

***) P. 59. l. 13. Vulg. Vet. Intp. Vat. B. *γοῦν*, et al. m. Par. 2. *γὰρ*, ut *Sieb.* Fr.

veritatem. Cui enim persuadeat ille, a Peloro ad Sirenusas esse millia pass. ducenta et quinquaginta? CASAUB.

P. 60. l. 1. *αγκὼν τις ἔγκειται*] Manuss. *ἔκκειται* rectius. Lib. quinto [T. II. p. 199.] de eodem *πρόκειται* dixit: id est prominet. *) CASAUB.

κατὰ Σύρρέντον] Aldinus codex [et Mosc. Par. 1.] *κατασυρέντων*, interpres *deductis*. [*κατὰ συρέντων* Vat. A. B. Hopp.] Ego, Geographiae secutus rationem, non dubitavi restituere veram lectionem, totidem plane litteris, iisdemque adeo comprehensam, *κατὰ Σύρρέντον*. *Surrentum*, inquit Plinius III. 5. (ut alios citare supersedeam) *cum promontorio Minervae, Sirenum quondam sede*. Non ita multo post pro *ὑπὲρ Ἐρατοσθένους* legi *ὑπ' Ἐρατ.* Et pro *ἐπὶ τῆς Ὀδ.* legi *περὶ*, quod et Aldus habet, et persaepe noster ex *περὶ* fecit *ἐπί*. XYLAND.

P. 60. l. 5. *ἃ καλοῦσι Σειρῆνας*] In manuss. *Σειρῆνας*. **) Sic lib. v. [T. II. p. 200.] *ἃς καλοῦσι Σειρῆνας*. et Eustathius [ad Odyss. p. 1709, 50. Rom.], Strabonis verbis loquens, *Σειρῆνας* vocat, non *Σειρηνούσας*: sed etiam alibi [L. V. T. II. p. 210. sq.] Sirenusas appellat Strabo, nisi potius de promontorio accipiendi sunt, illi loci. CASAUB.

P. 60. l. 6. *ᾧπερ ἀμυνυμεῖ καὶ ὁ ἀγκὼν αὐτὸς*] Minervae promontorium Latini vocant. Plin. III. 5. CASAUB.

P. 60. l. 11. *οἷόν τι λέγω*] Deest *τι* in Med. 1. 2. Par. 5. FR.

P. 60. l. 13. *ὁ μὲν δὴ*] *δὴ* deest in Med. 1. Mosc. Ven. A. Vat. A. B. FR.

P. 60. l. 14. *ταῖς Σειρηνούσαις*] *ταῖς* in edd. Cas. Alm. uncis inclusum non agnoscit Par. 1. Tum duplicem sibilam commendant Par. 1. 2. 5. Esc. Mosc. Vet. Intp. simplicem edd. vett. *Σειρήναις* est error typogr. in ed. Sieb. FR.

P. 61. l. 1. *φράζοντες*] *λέγοντες* Par. 1. Eton., ut subinde variatur. Vid. *Lobeck.* et *Schaef.* ad Soph. Aj. v.

*) Med. 2. Par. 2. e corr. *ἀλλὰ κόλπος* pro *ἀλλ' ἀγκών*. Vet. Intp. *cubitus*. Tum *ἔκκειται* Eton. et marg. Par. 2. *ἢ ἔκτεται*. Vet. Intp. *extenditur*. FR.

Propria vox *ἔκκειται* de promontoriis. v. T. II. p. 16. 198. 251. 253. aliisque locis quamplurimis. PAETZ.

**) Sic Mosc. Esc. Par. 2. 3. et e corr. Med. 1. Sed Par. 2. al. m. supr. — *οὔσας*, ut Vet. Intp. *Casaubonum* sequutus est e Reg. *Breq.* Antea l. 3. Vat. B. *ἔχον* pro *ἔχων*. FR.

295. Tum pro *μνῆμα* Med. 2. *σῆμα* et l. 5. Mosc. et e corr. Med. 1. *πλείω* pro *πλείων*. Denique l. 6. *τοῦ τόπου τούτου* invertunt *τούτου τοῦ τόπου* Mosc. Par. 1. 2. 3. Med. 1. ac l. 8. sibilà rursus duplicatâ *Σειρηνοῦσσαι* Mosc. et Med., quam praefert *Gronov.* in Var. Geograph. p. 154. Fr.

[?] P. 61. l. 3. *Ἐν Νεαπόλει Παρθενόπης*] Vide lib. v. [T. II. p. 196.] Casaub.

P. 61. l. 9. *πιστεύομεν τὸ περὶ*] *τῷ* Vat. B. Par. 2. al. m. supr. Pro *περὶ* Hopp. *ἐπὶ*, idemque l. 13., ubi Med. 1. e corr. *παρά*. Ac l. 14. verba *μήθ' ὅπου* exciderunt in edd. Cas. Alm. Tum pro *γένοιτο* praebent *γέηται* Mosc. Par. 2. 3. Med. 1. sed hic e corr. *γεγένηται*, quod habent Par. 1. Eton. Esc. et e Reg. dederat *Breq.* Haud male. Fr.

P. 61. l. 15. *Ἐρατοσθένης*] In marg. Med. 2. sed eadem manu haec scripta leguntur: *Ὁμήρος ὅσα εἶπεν, ἱστορικῶς δεῖ ἀκούειν πάντα. — Ὁμήρου τὰ μὲν ἱστορικῶς, τὰ δὲ μυθικῶς δεῖ ἀκούειν. — Ὅμηρος ὅσα εἶπε, μυθικῶς αὐτὰ δεῖ ἀκούειν πάντα, οὕτως Ἐρατοσθένης.* *) Fr.

P. 62. l. 1. *καὶ Ἰταλίαν*] desunt haec in Par. 1. Tum post *τῇ δόξῃ* in edd. recentt. excidit *ταύτῃ*, quod agnoscunt Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Vet. Intp. Ald. Hopp. et e Reg. addiderat jam *Breq.* Deinde l. 3. Par. 1. *ὀργυγ.* pro *Ὀρτυγίας* et Mosc. dupl. *σσ* in *Συρακούσαις*. Denique l. 6. voci *γνώριμα* in Mosc. Vat. B. Par. 2. superscr. *ἡσιόδῳ* et voci *Σειρηνοῦσαι* ibidem *ὁμήρῳ*, ac l. 8. *ἡ* deest in Par. 3. Fr.

P. 62. l. 7. *καὶ Κίρκαιον*] Nam plerique *Αἰαίην* Homeri *Κίρκαιον* oppidum Italiae esse volunt. Circeios vocant Latini. Casaub.

P. 62. l. 8. *Ἡσιόδῳ μὲν ἔπρεπε*] Manuss. [Med. 1. Mosc. Par. 1. 2. sed hic supr. *ἔπρεπε*. Fr.] *ἐπέτρεπε*. Cas.

P. 62. l. 10. *Ὁμήρῳ δὲ πᾶν, ὅτι ἂν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἴῃ κελαδεῖν*] Legendum *πᾶν ὅ, τι κεν ἐπ' ἀκαιρίμαν γλῶτταν ἴῃ, κελαδεῖν.* **) In manuss. partim [Eton.] ita

---

*) De Hesiodo cf. *Voss.* Mythol. Br. T. II. p. 96. Fr.

**) Ut Casaub., sic emendat Leopard. Emendd. VII. 22. in Grut. Thes. Crit. T. III. p. 146. ubi plura de eo proverbio. Tzsch. Mosc. *πᾶν ὅτι ἂν π' ἐρήμαν γλ. εἴῃ.* Par. 1. *ἐπὶ κερήμην γλ. εἴῃ.* Par. 2. *ὅτι ἂν κερέμαν γλ. ἴῃ* et in marg. *ἐπὶ ἐρημην γλ.* Par. 3. *ἐπικερῆμα γλ. ἴῃ.* Med. 1. *ἐπικε ῥῆμα.* Vet. Intp. *quidquid obvenerit, diserta resonari lingua. Breq.* sequitur, ut par erat, *Casaub.* quem laudat etiam *Falcon.* Fr.

extat, πᾶν ὅτι ἂν ἐπὶ ἐρήμην γλῶτταν εἴη, partim [Vat. B. sed in marg. ἐπὶ ἐρήμους γλ. ἴῃ. Fr.] ita, ὅτι ἂν κερήμων γλῶτταν εἴῃ. Unde facile fuit veram lectionem elicere. Proverbium est Graecorum, λέγει πᾶν, ὅ τι ἐπὶ στόμα ἔλθῃ, quod utitur Plato Polit. lib. VIII. auctorem laudans Aeschylum. Dio libro quadragesimo sexto [c. 15. T. I. p. 459. ed. Reim.] de Cicerone, οὐδ' ὅτι ἂν αὐτῷ διαφέρει πᾶν ὅ, τι ποτ' ἂν ἐπὶ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ ἐπέλθῃ, καθάπερ τὶ πνεῦμα, ἐκχέαι. Id proverbium, quia aliquis poëta superioribus verbis eleganter expresserat, ejus versu postea id efferri coepit. Sic apud Dionysium περὶ συνθέσεως ὀνομ., Lucianum et Athenaeum, ut etiam viri docti observarunt. *) Casaub.

Γλῶτταν ἴῃ κελαδεῖν] Videtur esse versiculi pars. **) Xyland.

P. 62. l. 11. περὶ τῆς προεπούσης] περὶ τοῦ τύπου τ. πρ. Mosc. Mss. Cas. (erravit *Sieb.*), quod e Reg. dedit *Breq.* περὶ τοῦ τόπου τ. πρ. Ven. A. Eton. Par. 1. 2. 3. Med. 2. Esc. Vet. Intp. παρὰ τοῦ τόπου et e corr. περὶ Med. 1. *Villebr.* „Leg. τρόπου." ***) Tum l. 13. τὸ deest in Par. 1. 2. 3. Mosc. Med. 1. 2. et pro δύνασθαι Med. 2. e corr. βούλεται. Fr.

P. 63. l. 1. διότι ταῦτα οὕ] Manuss. [Eton. Par. 1. Vet. Intp.] ὅτι. Scribendum διότι [Par. 2. *Breq.*], quod pro ὅτι saepe occurrit. †) Casaub.

Melius πᾶν ὅ τι ἂν κατ' ἐρήμην γλ. ἴῃ καὶ. Nam κατὰ saepe in codd. cum τ supra scribitur et voci sequenti adjungitur: hinc facile κερημ. vel κεροεμ. neglecto τ. Vox ἐπὶ fuit olim glossa marginalis vocis κατὰ, et tandem textui inducta. Gallice: *parler à son aise.* Villebr.

*) Vid. *Schaef.* ad Dion. p. 13. *Solan.* ad Luc. de hist. conscr. c. 31. T. II. p. 43. ed. Reitz. *Schweigh.* ad Athen. V. p. 217. C. (Animadvv. T. III. p. 230.) *Erasm.* in Adag. p. 146. Theogn. v. 635. Bekk. ὅ τοί κ' ἐπὶ τὸν νόον ἔλθῃ. Eodem modo dicitur τὸ ἐπελθὸν, τὸ ἐπιὸν, de quo v. *Koen.* et *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 198. Fr.

**) Ita Intpp. Pariss. vertunt sine ulla nota: Ce que lui suggéroit sa langue impertinente. Certe κελαδεῖν vox est poetica: v. *Dorvill.* ad Charit. p. 515. ed. Lips. Fr.

***) De perpetua trium horum substantivorum confusione vid. *Koen. Bast.* et *Schaef.* ad Gregor. Cor. p. 10. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 522. T. V. p. 364. 575. *Schaef.* in Epimetr. 1. ad nov. ed. Aristoph. Plut. *Hemsterh.* p. 26. et qui ibi afferuntur. Fr.

†) In Par. 1. deest l. 1. ἐστὶν et l. 2. καὶ. Fr.

P. 63. l. 4. *Καὶ Πολύβιος δ' ὀρθῶς*] Vid. Polyb. Fragm. L. XXXIV. c. 2. sq. T. IV. p. 622. sqq. ed. Schweigh. Vat. B. omittit *δ'*. Tum Mosc. ex more, ut paulo post, *Αἰόλων*. Vid. supra. Fr.

P. 63. l. 5. *τὸν γὰρ Αἴολον, τὸν προσημαίνοντα τοὺς ἀνέμους*] Servius (ad Virgil. Aen. 1. 56.) *Poëtae quidem fingunt hunc regem esse ventorum. Sed, ut Varro dixit, rex fuit insularum, quarum nebulis, et fumo Vulcaniae insulae praedicens futura flabra ventorum, ab imperitis visus est ventos sua potestate retinere.* Vide Lycophronis interpretes in illud (v. 738.) [T. II. p. 162. Müll.] *Βύκτας δ' ἐν ἀσκῷ συγκαταλεῖσαι βοός*. Diodorus autem Siculus lib. v. [c. 7. T. I. p. 336. Wess.] testatur, Aeolum *ταμίαν ἀνέμων* *) ideo [?] fuisse creditum, quod rex pius et humanus erga peregrinos, soleret *προλέγειν τοὺς ἐγχωρίους ἀνέμους, παρατηρήσας ἀπὸ τῆς τοῦ πυρὸς προσημασίας*: quodque primus vela navium invenisset. Casaub.

P. 63. l. 9. *τὰ ὑδρεῖα*] Interpres *inundationes*. Sic autem vocat Strabo puteos, quos instituit Danaus, ex Aegypto advectus in Graeciam, quae nimirum ab aquarum defectu vocabatur Argos dipsion. Plinius 7, 56. et Eustathius in *δ*. Iliad. [v. 171. p. 461, 12. Rom.] vocabulum *πολυθλιψον* exponens, filias ejus ex Aegypto Argos profectas *φρεωρυχίαν* docuisse, hoc est puteorum effossionem, tradit ex Hesiodo, cujus etiam versum citat:

Ἄργος, ἄνυδρον ἐὸν, Δαναὸς ποίησεν ἔνυδρον.

Apud eundem hic Strabonis locus citatur, scribiturque *ὑδρεῖα*, quod ut rectum et analogiae congruens, reposuimus, cum haberemus *ὑδρία*. Suidas: **) *ὑδρεῖα τὸ ὑδρεύεσθαι. ὑδρία δὲ τὸ ἀγγεῖον*. idque infra secutus, ubi de aquis Phari disputat, *ει* diphthongum pro *ι* simplici restitui. Eustathii locus est in principium Odyss. *κ*. ex eodemque, quod alias conjectura duce eram facturus, inferius pro *ἀνευρεῖν* [Hopp.] scripsi *ἂν εὑρεῖν*. Xyland.

καθάπερ Δαναὸν] Hoc Strabo narrat non semel: vide libro VIII. [T. III. p. 225. sq.] Casaub.

---

*) V. Hom. Odyss. *K*, 21. Fr.

**) Apud Suid. T. III. p. 526. ed. Küst. legitur *ὑδρεία*. Sed inter *ὑδρεῖα* et *ὑδρία* codd. variant cum h. l. [— *ία* Med. 1. 2 Par. 3. Vulg. edd.] tum L. XII. T. V. p. 144. 146. L. XVI. T. VI. p. 244. 295. 414. L. XVII. p. 596. 691. Fr.

P. 63. l. 10. *Ἀτρέα δὲ, τοῦ ἡλίου τὸν ὑπεναντίον*] Itaque ait Atreus apud Euripidem, ut refert Achilles Statius, [Isag. c. 1.]

Λείξας γὰρ ἄστρων τὴν ἐναντίαν ὁδὸν
Δήμους τ' ἔσωσα, καὶ τύραννος ἐξόμην. *)

CASAUB.

Med. 2. e corr. *τῷ ἡλίῳ τοῦ οὐρανοῦ*. Tum l. 11. pro *ἱεροσκοπουμένους* Par. 3. Eton. Mosc. *ἡρόσκ.* Ac l. 12. *τοὺς* ante *βασιλέας* inserunt Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc. Vat. A. B. et l. 14. Mosc. *ἡγεμονίας* per *ει* effert. FR.

P. 64. l. 5. *περιχώρια*] *πέριξ χ.* Par. 1. Tum l. 6. post *Σικελίαν* Vet. Intp. addit: *non sane probat. Schweigh.* l. l. p. 623. ante *καὶ τῷ ποιητῇ Casaubonum ἀληθῆ* supplevisse putat, sed *Xylandri* versionem male habet pro *Cas.* Ipse *ταὐτὸ* vel *ταὐτὰ* inserere malit. Idem fere refert versio Intpp. Pariss. *le poète s'accorde avec tous ceux des autres écrivains.* Ad vocem *φησὶ* in marg. Par. 3. exclamatur: *ἀστείως πάνυ*, et l. 11. pro *θήραν* Ald. Hopp. *θύραν*. FR.

P. 64. l. 13. *Αὐτοῦ δ' ἰχθυάς*] Homer. Od. *M*, 95. sqq. — *ἀεὶ* Med. 1. 2. sed hic corr. post. — *φαν* Ald. et *πέρι μαιμ.* Mosc. Tum pro *εἴ ποθι μεῖζον ἔλησι* Epit. habet *εἴ ποθεν ἄλλο λάβῃσιν* et Vet. Intp. lepide vertit: *si qua apud Graecos major est balaena.* Dein l. 17. pro *ἐμπέσωσι* Eton. Par. 1. 2. sed hic al. m. *ἐκπέσωσι*, quod *Reisk.* ad Polyb. conjecerat. Vet. Intp. *elabuntur.* FR.

P. 65. l. 2. *οὓς καὶ ξιφίας λέγεσθαι καὶ κύνας φασί*] Epit. *ἰχθύων τι γένος ἐστὶν, οὓς καλοῦσι γαλεώτας τε καὶ ξιφίας καὶ κύνας.* Vet. Intp. *canes et galeotas pinguescere, quos xiphias appellari ferunt. Coray* ad Xenocr. et Galen. p. 71. *φησὶ* pro *φασὶ* legit, neque aliter dedit *Schweigh.* Quo jure, non dixerim. Sed iste vulgatam interpr., quasi Strabo velit, *γαλεώτας* dici etiam *ξιφίας* et *κύνας*, defendit quodammodo, quanquam Gesneri sententiam, qui, parenthesin agnoscens, *κύνας* non ad *λέγεσθαι*, sed ad *πιαίνεσθαι* refert, haud improbat. FR.

P. 65. l. 3. *συμβαίνειν γὰρ ταὐτὸ* **)] Cum haec refe-

*) De Danao, Atreo et Aeolo h. l. repetit Eustath. ad Odyss. 10, 21. p. 379, 11. [p. 1645, 52. Rom.] et ad Il. 4, 171. p. 351. in. TZSCH.

**) Solus *Sieb.* habet *ταὐτὸ*, reliquae edd. omnes *ταὐτὸν*, unde patet, nec codd. variare. FR.

... Polybii, non dubitabit peritus le-
... συμβαίνειν: et est isto modo pec-
... Sic autem recte in manuss. [Par. 1. 2.
... Intp. et e Reg. *Breq.* Fr.] legitur. *)

... Καὶ βορᾶν γίνεσθαι τοῖς κρείττοσι] Op-
... quinto (v. 53.)

— — οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ
... λείπονται, χερείονα φέρτερος ἄλκῃ
... ἄλλοις δὲ βορὴ καὶ δαῖτες ἔασι.

... simus poëta libro secundo (v. 45.)

— — ὁ δὲ κρατερώτερος αἰεὶ
... ἀμείνοτέρους ἄλλῳ δ' ἐπενήχεται ἄλλος
... ἄγων, ἕτερος δ' ἑτέρῳ πόρσυνεν ἐδωδήν.

... ter dicit Aelianus (Var. Hist. I. 1.) de polypodibus, τὸν βραχύτερον αἰὼνα γίνεσθαι δεῖπνον. **) Cas.

P. 65. l. 10. σκοπὸς γὰρ ἐφέστηκε] Quae de ratione ... galeotas hic refert Strabo ex Polybio, conferat ... lector, si vacat aut libet, cum iis, quae habet ... in historia animalium libro XV. cap. 6. et Op- ... lib. V. (et III. Ἁλ. v. 530. et seqq.) ***) Casaub.

P. 65. l. 11. τοῖς deest in Mosc. Par. 2. et l. 12. Med. ... pro ὁ μέν. Tum l. 12. pro δύο *Reisk.* ad Polyb. ... δύοι propter ὑφορμοῦσι. Sed absolute dici posse pu- ... pro ἀνὰ δύο *Schweigh.* Recte. Fr.

P. 65. l. 14. σημήναντος τοῦ σκοποῦ] Haec curavimus ... ac distinguenda, ut debent. Nam interpres pla- ... nissimam orationem perturbat quodammodo. †) Cas.

---

*) De galeotarum venatione h. l. refert Eustath. ad Odyss. 12, 95. p. 479, 42. [p. 1715, 45. Rom. ἔνθα οἱ θύννοι ἐγειρδὸν φερόμενοι καὶ τῆς ἄκρ. ἁψάμενοι περιπίπτουσι τοῖς κητώδεσι, καὶ πταίνουσι τοὺς γαλεώτας, οὓς καὶ ξιφίας φασὶ καὶ κύνας καλοῦσι.] Tzsch.

Varias galeotarum species recenset *Coray* ad Xenocr. et Galen. p. 71. et *Jo. Hermann.* in append. not. ad Polyb. Schweigh. T. VIII. p. 116. sq. „Constat vulgari loquendi consuetudine gladios cum canibus marinis confusos et γαλεώτας dictos etiam fuisse. Hinc κύων ξιφίας ap. Anaxipp. in Aelian. H. A. XIII. 4." *Schneid.* ad Oppian. Hal. III, 543. ed. pr. Fr.

**) Nec multum differt Lucian. Somn. 9. T. I. p. 13. Reitz. quanquam in re dissimili, ἀεὶ τὸν προὔχοντα ὑποπτήσσων — λαγὼ βίον ζῶν, καὶ τοῦ κρείττονος ἕρμαιον ὤν. Fr.

***) De hodierna captandi ratione v. Siciliam Brydoni 1773. T. II. p. 215. Falc.

†) Post σημήναντος addunt δὲ Par. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Stroz.

P. 66. l. 1. *ἐνήρμοστας*] *ἐνηρμόσθη* Mosc. Eton. Par. 1. 2. sed hic al. m. supr. *ἐνηρμόσθαι* Ald. Hopp. Vet. Intp. *ut educi facile queat.* Tum l. 2. *τοῦτο* Mosc. et in Par. 2. *ἕως* deest, sed supra *τέως* punctis notatum; Mosc. Bemb. et al. m. supr. Par. 2. *σφαδάζων* et *ὑποφεύγων*, et *κάμνη* Eton. Par. 1. 2. Denique l. 5. pro *εἴη* Mosc. Vat. A. Mss. Cas. Par. 1. 3. Eton. Esc. Med. 1. 2. sed hic e corr. *ᾖ*, quod e Reg. recepit *Breq.* Bene. Fr.

P. 66. l. 9. *συμβαίνειν δέ ποτε*] Lege *συμβαίνειν δέ* cum manuss. [Mosc. Par. 1. 2. Med. 1. Eton. et e Reg. *Breq.* — *τι* Vet. Intp.] subauditur enim *φησὶν ὁ Πολύβιος.* *) Casaub.

P. 66. l. 11. *τὸ — εἶναι*] *τῷ* Par. 1. 2. quod placet *Villebr.* Tum Mosc. l. 12. *εἰκάζει* pro — *ζοι* et *παρὰ* pro *περὶ* Med. 1. 2. sed hic post. corr. Fr.

P. 67. l. 1. *Τοῖς μὲν*] Hom. Odyss. *M*, 105. Mosc. *Μήνιγκι.* Tum l. 5. ante *ποιητικὴν* deest *καὶ* in Par. 5. Med. 2. Epit. Vet. Intp. Ald. Hopp. Dein l. 7. pro *διαθέσεως* Bemb. Par. 2. — *εων*, sed hic al. m. corr. Mosc. l. 8. *καταλόγων* (sic). Pro *ὡς* l. 12., quod agnoscit etiam Epit., Par. 5. Med. 1. 2. *καὶ* Fr.

P. 67. l. 3. *Καὶ τὰ ἐν τῇ Μήνιγγι*] Ibi enim et locus habetur, et ara Ulyssis, quod sit indicio, pervenisse eo Ulyssem. Vide lib. III. [T. I. p. 420. sq.] et XVII. [T. VI. p. 681.] Legendum autem hic quoque *συμφωνεῖν*, non *συμφωνεῖ*, et ita vett. cod. [Mosc. Par. 1. 2. Etiam Breq. Schweigh.] Casaub.

P. 67. l. 11. *διαθέσεως*] Credo, hoc vocabulo intelligi debere exornationem, quae rebus gestis narrandis adhibetur, et quod sequitur *τῆς διαθέσεως ἐνέργειαν εἶναι τὸ τέλος, efficaciam esse finem dispositionis*, mutare quidem ausus non sum: credo autem, pro *ἐνέργειαν* esse scribendum *ἐνάργειαν*, hoc est *perspicuitatem* et *evidentiam.* idque ut credam, Strabonis exemplum de pu-

---

Vet. Intp., apud quem *δὲ* conspicitur omissum post *συνάψαντος.* Utraque ratio conjuncta praeplacet; nam verba *φέρεται — ζῷον* parenthesi concluduntur. Fr.

*) Verba *συμβαίνειν — θήραν* pro glossemate habet *Penzel.* Vers. Germ. Strab. T. I. p. 388. Pro *ἀκμὴν Coray* l. l. p. 71. conjicit *ὁρμὴν*, haud dubie e Vet. Intp. *impetus*, quod retinuit *Xyl.* in vers. lat. Post *θήραν Reisk.* ad Polyb. excidisse putat *χαλεπὴν* aut *κινδυνώδη.* Fr.

quis me movet. Nam διάθεσις est, quod verbi gratia describitur et quasi depingitur, quomodo Sarpedon Tlepolemum, Sarpedonem Patroclus, hunc Hector in pugna interfecerit. multoque magis movet tam illustris et evidens narratio, quam si simpliciter quis scribat Patroclum ab Hectore caesum. Judicent atque dispiciant docti. XYLAND.

[ἐ] Lege, ut optime emendavit Xylander, ἐνάργειαν. *) Sic alibi haec conjuncta leges. CASAUB.

P. 67. l. 12. μύθου δὲ ἡδονὴν] Plutarchus [De aud. poet. T. VI. p. 55. sq. Reisk.] οὔτε γὰρ μέτρον, οὔτε τρόπος, οὔτε λέξεως ὄγκος, οὔτε εὐκαιρία μεταφορᾶς, οὔτε ἁρμονία καὶ σύνθεσις, ἔχει τοσοῦτον αἰμυλίας καὶ χαρίτος, ὅσον εὖ πεποιημένη διάθεσις μυθολογίας. CASAUB.

P. 68. l. 1. Παθανώτερόν τε **) τὸ] Sunt haec quoque Polybii. Placet igitur Polybio, cum ait apud poëtam Ulysses ὀδ. ι. se decimo die terram Lotophagorum attigisse post novem dierum errores, nec Lotophagos in Oceano esse collocandos, nec tam brevi spatio eo potuisse perveniri: primum, quia, ne si secundo quidem vento usus esset, probabile tamen esset, novem dierum spatio tantum maris esse eum emensum: deinde, quia ne ventis quidem secundis est usus: ait enim Ulysses φερόμην ὀλοοῖς ἀνέμοισι, id est, ὀλεθρίοις. Sic Polybius, a quo mox hac in parte dissentit Strabo: recte. Nam, ut alia omittam, quis non videt, quod ille de voce ὀλοὸς argutatur, frivolum omnino esse et infirmum? quasi vero venti, qui e recto cursu avertunt, sive illi sint rapidi et vehementes, sive minus, non sint ὀλοοί. CAS.

P. 68. l. 3. Ἔνθεν δ'] Hom. Od. I, 182. Mosc. ἐνθένδε, ut pag. seq. Tum l. 4. pro ἐν βραχεῖ διαστήματι Reisk. ad Polyb. maluerat ἐπί, quod recte rejicit Schweigh. Mosc. l. 5. οὐρίων per ει exhibet. Idem l. 9. δεηνῶσθαι, l. 10. συμβαίνῃ, quod et al. m. supr. Par. 2., — νει Med. 1. FR.

*) Probat ἐνάργειαν Wessel. ad Diod. Sic. I, 39. et exempla alia adfert, ubi pro ea in libris est ἐνέργεια. TZSCH.
Vulg. tuentur Epit. et Vet. Intpr. praeteresque codd. omnes. Schweigh., qui l. l. ediderat ἐνάργειαν, in Notis T. VIII. p. 207. sententiam retractans, vertit: amplificationem et exornationem, quae vim narrationi addat, et rem ad vivum depingat. Falc. ἐνάργ. probat. Vulg. retinuit Breq. FR.

**) Mosc. et al. m. supr. Par. 2. δέ. FR.

P. 68. l. 6. *συνθεὶς δὲ τὸ διάστημα τὸ ἐκ Μαλεῶν*] Quia videbat Polybius, superius argumentum, a voce *ὀλυὸς* ductum, valde esse infirmum, alio longe validiore probat, non posse locum poëtae ita intelligi, ut novem dierum spatio delatus dicatur in Oceanum. Cum enim a Malea promontorio agri Laconici ad Herculis columnas sit intervallum stadiorum XXII. mill. et quingentorum: si tantulo spatio temporis id emensum esse dicamus Ulyssem, sequitur, ut dicamus, singulis diebus confecta fuisse ab eo stadia bis mille et quingenta: quod a ratione alienum esse postea probat. Quid hic obsecro obscuri? Interpres tamen Xylander hunc locum tam infeliciter animo concepit, ut ista Eratosthenis tribuerit. Atqui Polybii haec sunt, non Eratosthenis. [*Cas.* sequitur *Breq.*] Movere debuit hominem eruditum vel ipsa stadiasmorum diversitas, quae spectari potest inter hanc sententiam et Eratosthenis, quae infra recensetur: et est diversitas magna. Eratosthenes enim ab ostio Nili Canopico, quod Maleae promontorio longe est orientalius, stadia ponit tantum 21500. CASAUB.

P. 68. l. 12. *ὄντος τοῦ διαστήματος σταδίων τετρακισχιλίων*] Ita vulgo a nautis creditum: quanquam non defuere, qui trajectum hunc stadiorum esse dicerent 100: qua in sententia fuit et Posidonius, qui etiam eidem meridiano subjacere has duas urbes existimabat. Diodorus Siculus libro tertio testatur, sua aetate non ante quatuor dies, qui Alexandria solvebant, Rhodum solitos pervenire. Plin. (v. c. 31.) de Rhodo: *Distat ab Alexandria Aegypti* DLXXVIII. M. *ut Isidorus tradit, ut Eratosthenes,* CCCCLXIX. *millia.* Summa Eratosthenica, quam Plinius ait, efficit stadia 3752. Sed Eratosthenes videtur tantum 3750 dixisse, ut refert Strabo libro sequenti [T. II. p. 229. 334.], hoc est, miliaria 468¾: verum Plinius *ἀκαριαίως* studuit. *) CASAUB.

[†] P. 69. l. 1. *τοιαῦτα μὲν εἴρηκεν*] Haec (ait Strabo) Polybius, cujus sententiam de Ulyssis erroribus refereus, ejus verbis hactenus locutus est Geographus ab illo loco, *Καὶ Πολύβιος δὲ ὀρθῶς.* Nunc sequitur Strabonis de hac

*) De hac stadiasmi diversitate cf. *Köler.* Geogr. d. Alt. T. I. p. 150. et *Ukert* Geogr. d. Gr. u. R. T. I. P. II. p. 223. FR.

P. 68. l. 15. Med. 1. τὰς pro τρὶς, et a corr. δὶς. Tum l. 15. Par. 1. ὅτι pro διότι et οἱ ὕστερον pro — ον. FR.

Polybii sententia judicium. Ac reliqua quidem sibi probari ait; sed, quod tantopere Ulyssis ἐξωκεανισμὸν improbat Polybius, id vero se probare negat. Casaub.

P. 69. l. 2. *ὅταν δ' ἀνασκευάζῃ τὸν ἐξωκεανισμὸν* *)] Lege ex libris manu exaratis [Par. 1. 2. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Vet. Intp. et *Breq.* e Reg. Fr.] *ἀνασκευάζῃ*. *Ἀνασκευάζειν* et *κατασκευάζειν* voces in disputandi arte quid significent, omnes sciunt. D. Lucas *Πραξ.* cap. IX. (v. 22.) pro *κατασκευάζειν* dixit *συμβιβάζειν*, perelegan-ter. **) Casaub.

P. 69. l. 4. *ὑπερβολὴν οὐκ ἀπολείπει τῆς ἀνωμαλίας*] In quatuor vett. lib. [et Mosc. Esc. Eton.] legitur *ἀνομολογίας*. Sensus est, Inique facere Polybium, qui in hac disputatione Homeri verba partim proferat, partim reticeat: proferat, quae suae sententiae favere putat; reticeat, quae repugnare videri possint. Est autem loquendi genus elegans. ***) Sic Polybius libro v. [86, 11.] *Διόπερ οὐκ ἀπέλιπον ὑπερβολὴν ἀρετσκείας*. Plutarchus in libello de garrulitate, *ὑπερβολὴν ἐγκρατείας καὶ πίστεως οὐκ ἐλλέλοιπε*. Tale illud a Julio Polluce annotatum, *ὃς οὔτε τοῖς πρὸ αὐτοῦ πονηροῖς παραβολὴν καταλέλοιπεν, οὔτε τοῦ μεθ' ἑαυτὸν ὑπερβολήν*. Sic fere Caesar alicubi loquitur. Cas.

P. 69. l. 9. *Αὐτὰρ ἐπεὶ*] Hom. Od. *M*, init. Fr.

P. 69. l. 12. *Νήσῳ ἐν Ὠγυγίῃ*] Hom. Od. *A*, 50. ubi *Wolf.* *ἀμφιρύτῃ*. Vulg. erat *ὅτι*, quod jam *Breq.* e Reg. mutaverat, addicentibus Mosc. Med. Vet. Intp. Tum *ἥ* ante *Ἀτλ.* inserit Med. 1. et Med. 1. 2. e corr. *παρὰ* pro *περί*. Fr.

P. 69. l. 14. *Φαιάκων*] De Phaeacibus plura Eustath. ad Hom. Od. 5, 34. p. 204, 17. [p. 1521, 40. Rom.] Tzsch.

P. 69. l. 15. *Οἰκέομεν δ'*] Hom. Od. *Z*, 204. sq. Fr.

P. 70. l. 1. *δηλοῦτας*] Mosc. Ven. A. Vat. B. Hopp. Par. 2. *δηλοῦνται*, sed hic al. m. supr. — *οὔτας*. Tum l. 7.

---

*) Ven. A. Stroz. Bemb. Vat. B. Esc. Mosc. Par. 2. Med. 1. *ἐξωκεανιζόμενον*, sed duo posteriores al. m. supr. — *νισμόν*. Fr.

Edd. vett. l. 5. pro *μέτρα* habent *μετὰ*, quod jam correxit Scaliger l. l. Tzsch.

**) Cf. ad h. l. *Valcken.* in Schol. ad N. T. ed. *Wassenb.* T. I. p. 454. et quos affert *Schleusn.* in Lex. N. F. T. II. p. 971. Fr.

***) V. *H. Steph.* Thes. Gr. L. T. I. c. 708. Lex. Polyb. p. 629. a. *Boeckh.* ad Plat. Min. p. 20. Fr.

Δικαιοχία e corr. Med. 1. pro *Δικαιαρχία* et pro *Βεουβίῳ* Par. 3. *Λεσβίῳ*, Par. 1. 2. Med. 1. 2. Eton. Mosc. Esc. *Βεσβίῳ*, quod probat *Villebr.* *Βεσυβίῳ* Hopp. De nominis scriptura cf. *Tzschuck.* ad Mel. II, 4, 9. p. 420. Fr.

P. 70. l. 4. *καὶ ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ βεβαιοῦται*] Quod censet Polybius, *πλάνην* Ulyssis contigisse circa Italiam ac Siciliam, recte id censet: ac convenit id iis, quae a poëta dicuntur: hoc ista lectio significat. Sed aut vehementissime fallor, aut iste locus non bene habet: et ex sequentibus apparet, verba illa *τοῦ ποιητοῦ* locum verae lectionis occupare: *) quae tamen illa sit, conjicere nondùm potui. Sensus mihi videtur hujusmodi esse debere: hanc Polybii sententiam et poëtae verbis optime quadrare et plurimis argumentis posse confirmari: deinde sequuntur argumenta. Cum haec scripsissem, venit in mentem, legi fortassean posse, *ὑπὸ τοῦ πιστοῦ βεβαιοῦται*: hoc est, probabilibus argumentis confirmari potest. Docti judicent. Mihi enim non satisfacio. **) Casaub.

P. 70. l. 8. *νεκυομαντεῖον*] cf. Strab. p. 374. [T. II. p. 190.] et de ritibus Max. Tyr. 9, 26. Tzsch.

Add. *Valck.* et *Wessel.* ad Herodot. V, 92. Tum pro *Βάϊον* Mosc. Par. 1. 2. Med. 1. 2. *Βάϊον*, Med. 1. e corr. *ἑτέρων* pro *ἑταίρων* et Med. 2. una voce *περισειρηνούσας*, dupl. *σσ* et divisim Par. 1. 2. 3. Mosc., qui l. 13. *ἄρισα* et Par. 1. *μὴ δ' ἂν* pro *μηδὲν* exhibet. Fr.

P. 70. l. 15. *καὶ αὐτὸς δὲ ὑπονοήσας*] Nunc ad Eratosthenem redit Strabo, ejusque sententiam expendere pergit. Casaub.

P. 71. l. 1. *οὐδὲ προελόμενον*] *οὐ* Esc. *προελόμενον*

*) Legam *τοῦ πιθανοῦ*, quod totidem literis explet locum *τοῦ ποιητοῦ*. Similibus verbis utitur noster infra p. 267. *διήγημα — εἰθ' ὑπ' αὐτοῦ πεπλασμένον, εἴτ' ἄλλων πλασάντων πιστευθέν. Τίς γὰρ ἡ πιθανότης κτλ.* et T. IV. p. 438. *πίστεως πόῤῥω. Τίς γὰρ ἂν πιστεύσειεν κτλ.* Partz.

**) Textus non est corruptus, ut mihi videtur. Falc.
Strabo ait, certum esse, Ulyssem circa Italiam vagatum esse, quod quidem a poëta confirmatur, sed non unius poetae testimonio nititur; quoniam nisi vera fuisset Ulyssis circa Italiam navigatio, poeta nullus persuasisset Neapolitanis et aliis earum regionum incolis, ut Ulysseae navigationis apud se vestigia ostentarent, veluti monumentum Parthenopae et alia. Plana jam sententia. Suspectus foret locus, si intelligeretur juxta Xylandri interpretationem. Barq.

[illegible] et e corr. Med. 1. *elegisset* Vet. Intp. [illegible] sed ead. m. supr. ἕκαστα. Mosc. Esc. [illegible] Par. 1. 2. Med. 1. Esc. Mosc. Mss. Cas. [illegible] Vet. Intp. pro ἐποίησε praebent ἐποίει, ut scripsit [illegible] Reg. Deinde l. 5. δίκαιος edd. vett. cum Vet. [illegible] *subire jure debet*. Cas., et qui eum se[illegible] sunt, δίκαιον. Mosc. Esc. Ἐρατοσθένης δίκαιος. Vat. [illegible] δίκαιος et supr. Ἐρατοσθένης. Par. 2. Ἐρατοσθένης et al. m. supr. δίκαιος. Fr.

[P] P. 71. l. 8. Πολλοστὸν γὰρ μέρος ἐστὶ] Πολλοστὸν μέρος, pars multesima priscis Latinis. Lucretius (iv. 651.)

— — coelum summai totius unum
Quam sit parvula pars, et quam multesima constet. *)

Casaub.

P. 71. l. 15. ἐπεὶ οὐ πάντα μυθεύουσι] Non omnia fingunt poëtae: sed iis, quae revera sunt, multa προσμυθεύουσι. Lactantius pereleganter et vere Institut. libro primo (c. 11.): *Non ergo*, inquit, *res ipsas gestas finxerunt poëtae: quod si facerent, essent vanissimi: sed rebus gestis addiderunt quendam colorem.* Vis hujus rei certissimum argumentum? Lege Aeschyli Persas: multa quidem ibi ficta: nego tamen, historiam Salaminiacae naumachiae, quae est pars maxima belli Persici, ab ullo historico aut fidelius, aut accuratius esse descriptam: vel in numero navium quanta poëtae ἀκρίβεια? Itaque ait ibi, καὶ γὰρ οἶδα: ut significaret, nihil se hic fingere, aut temere affirmare. **) Casaub.

P. 72. l. 5. τὸ δ' ὅλον οὐκ εὖ, τὸ τὴν Ὁμήρου] Comparat Geographica Homeri cum iis, quae in eodem argumento apud alios poëtas leguntur: docetque Strabo, peccasse vehementer Eratosthenem, qui poëtam cum aliis in ordinem redegit: quum Homerus alios omnes poëtas, ut in aliis omnibus, ita in hac parte, longo superet in-

*) P. 71. l. 9. Mosc. οἷα pro οἷα. Pro κατὰ sola ed. Alm. μετά, ac l. 11. pro μυθολογούμενα Mosc. Par. 3. Med. 1. 2. μυθευόμενα. Tum Hopp. Ald. Παρνασόν. Ζητῶν l. 17. ad Eratosthenem non refert *Breq.*, sed absolute dictum esse putat: *cum quaeritur*. Pro ζητεῖ Mosc. Par. 2. Ald. Ven. A. Esc. et e corr. Med. 2. ζητεῖν. Verba ἀλλὰ πλείω προσμυθεύουσι desunt in Ven. A. Fr.

**) P. 72. l. 1. προσμυθευόμενα] Sic Par. 1. 2. 3. Eton. Esc. Ven. A. Mss. Cas. Mosc. Vet. Intp. et e corr. Med. 1. *Breq.* idem receperat e Reg. Fr.

tervallo: quod mihi quidem videtur verissimum et, velint nolint Ὁμηρομάστιγες, hac in parte summum vatem dilaudent necesse est. Comparat eum Strabo cum Sophocle et Euripide: tertium Aeschylum potes his addere: qui, caetera summus, mirabilem tamen Geographiam habet: quod nos aliquando Deo dante ostendemus, quando illum poëtam cum nostris Annotationibus edemus. *) Casaub.

P. 72. l. 12. φάθιον — ἥ] Ne quis de φᾶον cogitet, v. *Viger.* p. 439. ed. Herm. *Coray* ad Plutarch. T. IV. p. 341. Tum ἄπωθεν per ο Mosc. Hopp. et e corr. Par. 2., per ω e corr. Par. 3., de qua variatione dicemus alias uberius. Locus Homeri l. 16. desumtus est ex Od. Λ, 315. sq. Fr.

[ζ] P. 72. l. 16. Ὅσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν] Profert hoc carmen, ut doceat, τάξιν **) esse diligenter observatam. Quaenam est igitur hujus τάξεως ratio? An, quod Homerus e tribus montibus eum facit esse basin reliquorum, qui impositi sunt, qui omnium est maximus? Rationi enim consentaneum est potius, ut leviora et minora gravioribus ac majoribus imponantur, quam contra. Ergo Olympus, horum montium maximus, est veluti basis reliquorum. Ossa, quia major erat Pelio, prior Olympo imponitur: tandem, ceu alicujus pyramidis cacumen, Pelium. Minus recte igitur Virgilius, qui tamen quasi ex professo videtur hanc τάξιν immutasse (1. Georg. v. 281.) [ubi v. quae annotavit *Voss.* T. III. p. 135.]:

> Ter sunt conati imponere Pelio Ossam:
> Scilicet atque Ossae frondosam involvere Olympum.

An alia potius simplicior hujus ordinationis ratio est? Habuit enim poëta rationem situs: et quia ab Olympo orientem versus Ossa prior occurrebat, quam Pelium,

*) P. 72. l. 6. καὶ τὴν τῶν ἄλλων ποιητῶν] Omisso καὶ habent Mosc. Ven. A. Stroz. Vet. Intp. Par. 3. τῇ τ. ἄ. π., quod e Reg. improbans enotavit *Breq.* In Med. 2. deest tantum τήν. Tum l. 9. pro τοῦ Σοφοκλέους Med. 1. 2. Par. 1. 3. τὸν Σ., quod haud absurde probant *Breq.* et *Villebr.* Dein l. 10. vox ταῖς in edd. Cas. Alm. uncinis inclusa desideratur tantum in Eton. Par. 1. Fr.

**) Ordinem locorum servasse notat et Eustath. ad Hom. Il. 2, 496. p. 200. Bas. etsi addit: non tamen semper. Tzschr.

ideo, Ossam prius fuisse Olympo ait impositam, deinde Pelium. Atque hoc sequuntur vulgo poëtae interpretes: quare poëta Latinus, qui contrariam situs rationem habuit, contrarium etiam ordinem recte servavit. Sed de situ horum trium montium non omnino convenit Herodoto [ubi cf. *Valcken.*] Polymn. (c. 129.) cum tabulis Ptol. Ut ut sit, sine accurata cognitione illarum regionum, istorumque montium, haec a poëta non potuerunt observari. In sequenti exemplo ratio τάξεως manifesta est. Vide Tabulam Ptolem. X. *) Casaub.

P. 73. l. 6. *Καὶ ἐν τῷ Καταλόγῳ*] Macrobius hujus τάξεως rationem sic explicat Satur. lib. v. cap. 15. *Homerus, praetermissis Athenis ac Lacedaemoniis, vel ipsis Mycenis, unde erat rector exercitus, Boeotiam in catalogi sui capite locavit; non ob loci aliquam dignitatem, sed notissimum promontorium ad exordium sibi enumerationis eligit. Unde progrediens, modo mediterranea, modo maritima juncta describit. Inde rursus ad utrumque situm, cohaerentium locorum disciplina describentis, velut iter agentis accedit. Nec ullo saltu cohaerentiam regionum in libro suo hiare permittit, sed obviandi more procedens, redit, unde digressus est, et ita finitur, quicquid enumeratio ejus amplectitur.* Attuli totum Macrobii locum, quia verbis Strabonis sequentibus instar est commentarii. Casaub.

P. 74. l. 3. *τοιαῦτα δὲ καὶ ὁ Τριπτόλεμος ποιεῖ*] In Triptolemo faciebat Sophoc. Cererem exponere Triptolemo, quantum ipsi terrarum obeundum esset, ad frugum usum hominibus indicandum. Vide Dionysium Halicarnasseum libro primo (c. 12.), ubi haec Sophoclea habentur:

---

*) P. 73. l. 2. *Ἥρη δ'*] Hom. Il. Ξ, 225. sqq. ubi v. *Heyn.* T. VI. p. 573. In Ald. deest *Καὶ τό*. Pro *ῥίον* Mosc. *ῥόον*, sed in marg. *γρ. ῥίον*. Tum l. 3. Eton. Par. 3. Med. 1. 2. Hopp. *τ'* pro *δ'* et l. 8. *ἄπωθεν* per *ο* Ald. Hopp. Mosc. et Par. 3. sed hic supr. *ω*. Deinde l. 9. *Κύπρον* ex Hom. Od. Δ, 83. sq. Pro *ἐπαληθεὶς* Ald. lepide *ἐπ' ἀληθεῖς*, nisi forte respexit Schol. Min. ad h. l. *οἱ δὲ ἐπὶ τοὺς ἀληθεῖς Αἰγυπτίους, ὅτι μαντικῆς ἔμπειροι*, quod refert etiam Eustath. p. 1484, 29. Rom. Mosc. Par. 3. l. 12. *οἷα* pro *οἱ δ'*. Tum *Λιόνυσον* per *σσ* Mosc. et *ἐγγὺς* deest in Eton. Verba *Λιπὼν δὲ* petita sunt ex Eurip. Bacch. v. 13. sqq. Fr.

Τὰ δ' ἐξόπισθε χειρὸς ἐς τὰ δεξιά,
Οἰνωτρία τε πᾶσα, καὶ Τυρρήνικὸς
Κόλπος, Λιγυστική τε γῆ σε δέξεται.

Triptolemi Sophoclei etiam Athenaeus (II. 25.) atque alii meminere. Locum autem, qui hic affertur, idem Strabo libro xv. [T. VI. p. 10.] plenius describit et expendit. CASAUB.

[P] P. 74. l. 7. *Αὔτη* *) *δὲ χθαμαλὴ παντελῶς*] Poëtae hunc locum explicat pluribus libro x. [T. IV. p. 76. sqq.] CASAUB.

P. 74. l. 10. *δύω δέ τε οἱ θύραι εἰσὶν*] Scribe *οἱ*, ut et manuss. [Par. 1. 2. 3. Med. 1. et e corr. Med. 2. Vet. Intpr. *Breq.* FR.] habent. Verba sunt poëtae [Od. *N*, 109.] describentis antrum Naiadum: de quibus consule Porphyrium. **) CASAUB.

P. 75. l. 4. *αὖτε ἐϋ δεξάμενος ὁ* ***) *αὐτὸς συμφαντεῖ*] Etiam nostra aetate vir quidam doctissimus Homeri locum vehementissime exagitavit, negavitque, ulla ratione posse Homerum [Il. *I*, 5.] hac in parte excusari: cujus viri etsi summa apud me, ut debet, est auctoritas, tamen hic quoque fas esto illud usurpare, *ὅμιον προτιμᾶν ἀλήθειαν*. Nam summum vatem qui hoc loco reprehendunt, ii vero, ut modestissime dicam, parum aequi judices mihi videntur. Ut enim omittam, quae ab aliis ad poëtae excusationem probabiliter disputantur: quis obsecro, qui Geographicas tabulas unquam inspexit, neget, Argestem unum ex Zephyris, hoc est, de iis ventis, qui flant ab occasu, per Thraciam illa petere loca,

*) Homer. Od. *I*, 25. Mosc. Epit. *αὐτῆ*, uti et *Tzschuck.* dedit l. l. Tum Med. 1. *δ' ἔτ'* pro *δέ τ'* et Epit. cum *Heyn.* *ἠῶ*, Vulg. cum *Wolf.* *ἠῶ*. Accentus et infra fluctuat. Vid. quos larga manu excitat *Schaef.* ad Dionys. Hal. de compos. p. 43. Mosc. Epit. Ald. Hopp. *ἠῶ* constanter fere exhibent. — Mire ex more *Penzel.* Vers. Teut. T. I. p. 389. verba *δύω — νότον* pro spuriis habet. Dein l. 9. *καὶ* deest in Ald. Hopp. Cas. Alm. Breq. et codd. Olim l. 10. erat *αἱ*. Ibid. ap. Hom. legitur *Βορέαο* et *Νότου*. Rursus l. 13. *καὶ* deest in Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. Esc. Vet. Intp. Ald. Hopp. FR.

**) Verba l. 14. *Εἴτ' ἐπὶ κτλ.* sunt Homeri Il. *M*, 239. sq. ubi cf. *Heyn.* T. VI. p. 316. Male hic et alibi *δέξι'* scribitur pro *δεξί'*. Mosc. Eton. Par. 1. 2. Epit. *ἴομεν*, ut Hopp. in vers. Hom. Od. *K*, 192. FR.

***) Ignorant ὁ Mosc. Eton. Med. 1. 2. Par. 1. 2. sed hic al. m. supr. habet *Ἐρατοσθένης*. Vet. Intp. *is*. FR.

quae hic proculdubio intellexit? Eam dico Asiae partem, ubi fuit Ilium ac Phrygia: ad quorum locorum situm exigi debent, quae de ventis a poëta dicuntur. Atque hoc summus ille vir rectissime cum animadvertisset, miror, cur ita iniquus Homero fuerit, ut ne sic quidem excusari posse diceret. quasi vero peccatum esset a poëta, cum Zephyri appellatione Argesten voluit nos intelligere? Atqui non ignorabat vir doctissimus, ζεφύρους a Graecis appellari omnes ventos, qui ab Occidente spirant: sive illi ab occasu aestivo spirent, sive ab ipso cardine occidentis, sive denique ab occasu hyberno. Auctor libri De mundo: *Καὶ τῶν ζεφύρων ἀργέστης μὲν ἀπὸ τῆς θερινῆς δύσεως πνέων.* Sic alii auctores passim, quorum auctoritate abuti nihil est necesse. Atque haec quidem dicta sint, ut respondeamus iis, qui poëtam calumniantur. Caeterum si quis me roget, quid potissimum sentiam de Homeri loco, respondebo, poëtam respexisse ad veterum opinionem, qui, quum viderent Thraciam regionem esse frigidissimam, putarint ventos omnes inde spirare: ibique eos in antro conclusos teneri. Apollonii scholiastes lib. I. (v. 826.) *ψυχρὰ γάρ ἐστιν ἡ Θρᾴκη. Διὸ καὶεῖθεν τοὺς ἀνέμους πνεῖν ἐμυθεύσαντο. Διονυσοφάνης δὲ βόθρον φησὶν εἶναι ἐν τῇ Θρᾴκῃ, ἐξ οὗ φυσήματα ἀνέμων γίνεσθαι, καὶ μυθευθῆναι οὕτω Θρᾴκην ἀνέμων* *) *οἰκητήριον.* Casaub.

P. 75. l. 5. *ὁ Ζέφυρος ἐκ Θρᾴκης πνεῖ*] Eustath. ad Hom. Il. 9, 5. p. 624. Bas. p. 752. Rom. sic refert: *φησὶ καὶ ὁ Γεωγράφος τὸν Ζέφ. ἐκ Θρᾴκης πνέειν, ἀλλὰ κατὰ τ. Θρᾳκίαν θαλασσαν συμπίπτειν τῷ Βορρᾷ περὶ τὸν Μέλανα κόλπον.* Eadem leguntur ad Il. 21, 334. p. 1327., ubi vero *κατὰ τ. Μ. κ.* cf. quae de h. l. disputat *de Marées üb. d. Cult. d. Gr. z. Z. Hom.* p. 155. sqq. Tzsch.

P. 75. l. 7. *περὶ τὸν Μέλανα κόλπον*] Sinum hunc sic describit Herodot. (lib. VII. 58.) referens exercitus Xerxis iter per Chersonesum Thraciae: *ὁ δὲ κατ' ἤπειρον στρατὸς πρὸς ἠῶ τε καὶ ἡλίου ἀνατολὰς ἐποιέετο τὴν ὁδόν. Μοχ ἐντεῦθεν δὲ κάμπτων, τὸν κόλπον τὸν Μέλανα καλεύμενον, καὶ Μέλανα ποταμὸν, οὐχ ἀντισχόντα τότε τὸ ῥέεθρον; ἀλλ' ἐπιλείποντα, τοῦτον τὸν ποταμὸν διαβὰς, ἀφ' οὗ καὶ ὁ κόλπος οὗτος τὴν ἐπωνυμίην ἔχει, ἦιε πρὸς ἑσπέρην.*

*) Suppresso auctoris nomine eadem referuntur a Schol. Hom. Villois. ad Il. I, 5. Fa.

Strab. descriptio periit. Vide Dionysium Periegeten (v. 558.). Casaub.

P. 75. l. 8. *ἐπιστροφὴν γὰρ* *) *λαμβάνει*] Poëtae vetus scholiastes docet, terram illam, quae Thraciae nomine olim censebatur, fuisse *σιγματοειδῆ* **), hoc est, in modum literae C porrectam, et inflexam: quod etiam Polybius testatur lib. IV. [c. 39.] Ab altero igitur extremo flabat Boreas (ait) ab altero Zephyrus: quare uterque pari ratione *θρήικηθεν* spirare dici potest. Ammiani autem Marcellini judicium de hoc poëtae loco libet adscribere. Sic ille lib. XXVII. (c. 4.) ubi de Thracia: *Has terras immensa quondam camporum placiditate aggerumque altitudine fuisse porrectas, Homeri perennis auctoritas docet, Aquilonem et Zephyrum ventos exinde flare fingentis: quod aut fabulosum est, aut tractus antehac diffusi latissime destinatique nationibus feris, Thraciarum vocabulo censebantur.* Paullo post: *Sed ut nunc cernimus eadem loca formata in cornuti sideris modum, effingunt theatri faciem speciosam.* Casaub.

[P] P. 75. l. 14. *ἀφ' ὧν καὶ σκειρωνες καλοῦνται*] Arrianus [V. Intpp. ad Hesych. v. *ὕρπαξ*. T. II. p. 787. Fr.] ait, *τὸν ἐν τῷ πόντῳ θρασκίαν* a Graecis dici scironem. At Hesychius [T. II. p. 1205. ed. Alb.]: *Σκειρῶν, ἀρχὴ τις λέγεται· δοκεῖ δὲ ἀπὸ τῶν σκειρωνίδων πετρῶν καταπνεῖν.* Lege *Σκείρων ἀργέστης λέγεται.* Vide Suidam. Plinius lib. sec. cap. 47. *Sunt etiam quidam peculiares quibusque gentibus venti, non ultra certum procedentes tractum: ut Atheniensibus Sciron, paulum ab Argeste deflexus, reliquae Graeciae ignotus.* De Petris Scironidibus vide initio libri IX. [T. III. p. 336.] Casaub.

---

*) Desideratur *γὰρ* in Mosc. Ven. A. Tum l. 10. pro *τῇ Μακεδονίᾳ* Med. 1. 2. Ven. A. Par. 1. 2. Mosc. *τὴ Μακεδόνια*, sed duo posteriores supr. *τῇ — ἰᾳ*. Non diversum videtur, quod habent Mss. Cas. *τὶ Μακεδόνια*. Ibid. pro *προσπίπτουσα* Mosc. Ven. A. Med. 1. 2. *πρασπ.* quod praeferam. Vet. Intp. *incurrens.* Fr.

**) De hujus vocis genuina forma vid. *Schaef.* Melet. Crit. Sp. I. p. 96. ad Greg. Cor. p. 715. *Bast.* ad eund. p. 916. *Passow.* de Lex. Gr. p. 128. Praeterea *Schaeferum*, pr. l. de Platonis Comici verbis *τῶν σιγμάτων Εὐφρικίδου* disputantem, fugisse videntur, quae de iisdem dixit *Hemsterh.* ad Lucian. Jud. Voc. 7. T. I. p. 70. ed. Amst. nisi sciens praeteriit. Fr.

P. 76. l. 6. *σὺν δ' Εὔρός τε Νότος τε*] Ab Oriente enim orsus recto ordine ad boream pervenit, proximum quemque primum ponens: probat autem Strabo, Homerum [Od. *E*, 295. ubi *Wolf.* *τ' ἔπεσε* dedit pro *τε πέσον*. Fr.] et Zephyrum stivisse ventum esse occidentalem, et verum Thraciae situm habuisse cognitum: quorum tamen alterum necesse est ab eo esse ignoratum, si ignoratione peccatum est ab eo, quum dixit: *τότε θρῄκηθεν* etc. Casaub.

P. 76. l. 8. *ἢ τὴν Θρᾴκην οὐκ οἶδε μὴ προσπίπτουσαν πέραν τῶν Παιονικῶν καὶ Θετταλικῶν* *) *ὀρῶν*] Quid audio? Thraciam non ultra montes Thessalicos pertinere? Ergo Thessaliae contigua est Thracia? deinde, qui sunt isti montes Thessalici? Pelius, opinor: nam hic mons terminus est Thessaliae arcticus. Clare id docet Geographus libro IX. [T. III. p. 666. sq.] Quare a Pelio monte initium Thraciae. **) Haec ita possunt accipi, ut dicamus, Thraciae nomine hic totam Macedoniam intelligi: nam a Septentrione Macedonia adjacet Thessaliae. Sed de Paeonicis montibus major difficultas. Videtur enim Thessaliae fines occidentales producere ad Paeones usque: quod valde alienum est ab iis, quae scribuntur libro nono: tamen haec quoque possunt facile excusari: neque enim Strabo accurate voluit hic nos Thraciae fines docere, sed *ὡς ἐν τύπῳ* tantum indicare, quid Thraciae appellatione Homerus sit complexus. Fuit tamen, quum putarem legendum *Παιονικῶν καὶ Θρᾳκίων ὀρῶν*, quorum montium ita conjunctim meminit libro septimo [T. II. p. 409.]. Nunc nihil muto: nam quae de Magnetibus subjungit, satis indicio sunt, non aliter a Strabone esse scriptum. ***) Casaub.

---

*) Med. 2. e corr. *θαλαττικῶν*. Tum l. 10. Mosc. Ven. A. Esc. Med. 1. 2. Par. 2. Vet. Intp. Ald. Hopp. ante *κατονομάζων* habent *οὐ*. Stroz. Eton. *οὐκ ἀυτον*. Par. 1. *οὐκ αὐτον*. Mosc. l. 11. *μεσογαίαν*. Par. 2. 3. — *γέαν*. Denique l. 15. Mosc. *μέχρι Ἀχ.* pro *μέχρις* et l. 16. Med. 1. Par. 1. 3. itemque Med. 2. Par. 2. *ἐγγυτάτην*, sed hi supr. — *τω*. Breq. e Reg. dedit— *την*. Fr.

**) Thraciam non semel fines mutasse monet *Breq.* Fr.

***) Cas. locum h. mirifice perturbat. Sensus est: Eratosthenem Homerum calumniari, quasi verum Thraciae situm ignoraverit. Sed respectu Troadis et Ioniae Thracia inter Boream et Zephyrum jacet. Falc.

P. 76. l. 12. *Μάγνητας μὲν τοὺς, καὶ Μαλιεῖς*] Utraque haec gens est Thessalica: illi extremum septentrionale lateris Thessaliae, quod orientem respicit, obtinent: hi alterum extremum. Observabis, *Μαλιεῖς* vocari et Straboni et aliis, quos Attici scriptores *Μηλιεῖς* perpetuo vocant: exempla apud Thucydidem (VIII. 3.) tot extant, quoties horum locorum meminit: sic et Ionius Herodotus (IV. 33.) appellat, apud quem et (VII. 198.) *μηλίδα γῆν*, et *μηλιάδα* *) leges. CASAUB.

καὶ τοὺς ἐφεξῆς Ἕλληνας **)] Occasum versus. De Dolopibus et Sellis vide libro VII. [T. II. p. 471.] ***) CASAUB.

P. 77. l. 4. *Πόντου Ἰκαρίου*] Icarium mare Homero *ἐγγύτατον* dicit: quod verum est, sive ille Samius fuerit, sive Smyrnaeus, sive, quod mihi videtur verius, Chius. Sed aliam rationem afferunt interpretes, cur hoc loco Icarii maris faciat mentionem: nec sane quam Strabo censet, convenit aliis poëtis, qui Homerum sunt imitati. Horatius (I. od. 1.):

Luctantem Icariis fluctibus Africum.

CASAUB.

[P] P. 77. l. 5. *οἵ φασι δύο* †) *τοὺς κυριωτάτους εἶναι ἀνέμους*] Imo fuerunt, et qui unum esse tantum dicerent. Vide Aristotelem *Μετεωρολογ.* lib. primo cap. 6. et lib. II. cap. 5. et 6. ubi haec leges: *Ὅλως δὲ τὰ μὲν βο-*

---

*) V. *Wessel.* ad h. l. quem sequuntur reli. edd. *Μηλίδα* exhibentes. Adde *Tzschuck.* ad Mel. II, 3, 6. p. 265. FR.

**) H. l. repetit Eustath. ad Hom. Il. 9, 480. p. 675, 14. TZSCH.

***) P. 77. l. 1. *ὅταν φησὶ*] Mss. Cas. Mosc. Ven. A. Par. 1. 2. Eton. *φῇ*. Recte. Vid. supra T. VII. p. 195. In seqq. vv. Hom. Il. *B*, 144., ubi cf. *Heyn.* T. IV. p. 221., Med. 2. e corr. *ὅτε* pro *ὡς*. FR.

†) Mss. Cas. Mosc. Ven. A. Esc. Eton. Par. 1. 2. Planud. *φασὶν εἶναι δύο τ. s. ἀ.* FR.

Verti olim duo, inde a Troicis temporibus quatuor, octo post additi, duodecim probarunt Varro aliique permulti. Vid. *Beckmann* Gesch. d. Erfindd. T. IV. p. 534. sqq. *Paciaudius* in Monum. Peloponnes. T. I. p. 29. sq. TZSCH.

Addo *Salmas.* Exercc. Plin. p. 878. sqq. *Happ.* ad Aristot. de Mund. Excurs. 3. *Coray* in praef. ad Hippocrat. p. 69. *Gossellin* in praef. ad Strab. vers. Gall. T. I. *Köler* Allgem. Geogr. d. Alt. T. I. p. 284. sqq., quibus, praeter *Cellar.* et *Mannert.*, nuperrime accessit *Ukert* in Geogr. d. Gr. u. R. T. I. P. II. p. 171. sqq. FR.

ρεῖα τούτων καλεῖται, τὰ δὲ νότια. προστίθεται δὲ τὰ μὲν ζεφυρικὰ τῷ *Βορέᾳ* etc. CASAUB.

P. 77. l. 7. *τὸν μὲν ἀπὸ θερινῶν ἀνατολῶν*] Ventorum igitur *διαγραφὴ* secundum istos talis fuit:



CASAUB.

P. 77. l. 9. *Ἀργέστην*] Vat. B. hic et postea *ἀργεστάτην*. Verba *χειμερινῶν — Ζέφυρον* desunt in Ven. A. Pro *αὐτὸν* habent *ἑαυτοῦ* Med. 1. 2. Ven. A. Par. 2. 3. Mosc. sed duo posteriores supr. *αὐτόν*, ut Vet. Intp. *ipsum*. Reg. ap. *Breq. ἑαυτοῦ*. FR.

P. 77. l. 10. *Θρασυάλκην τε*] Apparet, fuisse hunc scriptorem antiquissimum: nam libro ultimo [T. VI. p. 489.] Aristotele ipso dicitur antiquior. Et tamen de hoc scriptore amplius nihil legisse nunc meminimus. CAS.

P. 77. l. 11. *καὶ τὸν ποιητὴν αὐτὸν, τῷ τὸν μὲν*] Lege cum manuss. [Par. 1. et al. m. Par. 2. Probat *Villebr.* et *Breq.* Vet. Intp. *quum — attribuit.* FR.] *καὶ τὸν ποιητὴν αὐτὸν, τῷ τὸν μέν*. Particula *τῷ* argumentum indicat, unde colligitur, hanc fuisse poëtae sententiam. CAS.

P. 77. l. 15. *Ἀργέσταο*] Hom. Il. *Φ*, 334. *Λ*, 306. ubi cf. *Heyn.* T. VI. p. 172. FR.

Eustath. ad l. l, p. 1327, 26. Bas. ὅτι ὁ ποιητὴς τ. μὲν Ἀργέστην — προσνέμει λέγων Ἀ. Ν. — οἳ Θρῆκ. πνέουσιν. Inde conficit Eust. ex Strabonis mente, nec ὀξύνεσθαι, nec esse Noti epitheton, sed duorum ventorum hic esse connexum. Dixerat enim in superioribus Eust., ὀξύνεσθαι, si sit Noti epitheton. Cf. *Graev.* lectt. Hesiod. c. 22. ad Theog. 379. Hesych. s. v. Ἀργέσταο Νότοιο. Tzsch.

P. 77. l. 16. *Ποσειδώνιος*] Fragm. ed. *Bak.* p. 85. sq. Fr.

P. 77. l. 17. *τῶν γνωρίμων περὶ ταῦτα*] Qui in hoc argumento excelluerunt. Praeter eos, qui hic nominatim recensentur, scripserat et Eratosthenes de ventis, teste Achille Statio. Casaub.

P. 78. l. 1. *Τιμοσθένη*] Interpres Apollonii in librum secundum (v. 526.): *Τὰς τῶν Ἐτησίων ἀνέμων ἡμέρας οἱ μὲν, τεσσαράκοντα, ἄλλοι δὲ, πεντήκοντα φασὶν, ὡς Τιμοσθένης.* Mirum vero, hunc scriptorem tam raro a veteribus laudari, quum tam honorifice de eo loquatur hic noster ex Posidonio. Casaub.

Βίωνα τὸν ἀστρολόγον] Cur addat. *τὸν ἀστρολόγον*, ex Laërtio [IV, 58. ubi cf. *Cas.* Tzsch.] intelliges. Casaub.

P. 78. l. 2. *τὸν μὲν ἀπὸ θερινῶν ἀνατολῶν*] Haec ventorum ordinatio plane eadem est cum Aristotelica: quid autem differat a superiore, apparet ex hac *διαγραφῇ:*



CASAUB.

P. 78. l. 5. *Ἀργέστην*] Eustath. ad Il. 11, 306. p. 784. in. Bas. (845. Rom.) *φησὶν, ὅτι ἐναντίος ὁ Ἀργ. τῷ Εὔρῳ ἀπὸ χειμερινῶν ὄντι ἀνατολῶν. Ἀλλαχοῦ δὲ, ἀπεναντίας* [*— ἰωὴ*] *τοῖς ἐνταῦθα λεχθεῖσιν, εἰς ταὐτὸν ἄγει Ζεφύρῳ τ. Ἀργέστην, λέγων δυσαῆ — Ἀργέστην, ὑφ᾽ οὗ τὰ συναγόσενα νέφη, ἀσθενῆ ὄντα, ὁ Ζέφ. εἰωθε διασκιδνάναι.* TZSCH.

P. 78. l. 6. *τὸν δὲ ποιητὴν δυσαῆ μὲν ζέφυρον λέγειν*] Ex sententia Posidonii, quomodo apud poëtam sint accipiendae ventorum appellationes, ostendit. Cum dicit *δυσαῆ ζέφυρον* *), intelligit, quem nos vocamus *ἀργέστην:* cum dicit *λίγα πνέοντα ζέφυρον*, eum significat, quem nos vocamus proprie *ζέφυρον*. Cum *ἀργέστην νότον*, intelligit, quem nos *λευκόνοτον* vocamus. **) CASAUB.

*) Eustath. ad Il. 2, 147. p. 146. Bas. [p. 193, 19. Rom.] *ὁ Ζέφυρος Βορέᾶς τίς ἐστι καὶ αὐτός.* cf. Polit. T. I. p. 367. Gravis dicitur et Latinis, v. c. Virg. Aen. 2, 416. Lucan. 2, 676. 5, 569. Hesiod. Theog. 379. 870. TZSCH.

De tribus Hesiodi ventis disserit explicatius *Voss.* in Mythol. Brief. T. I. p. 233. sqq. FR.

**) *Casaubonum* vituperat *Gossell.* l. l. p. XCIX. sq., quod Ho-

[Ϝ] P. 78. l. 8. *Λίγα δὲ πνέοντα ζέφυρον*] Foedum mendum [*λίβα*], quod non esse ab interpretibus sublatum queror. Lege *λίγα δὲ πνέοντα ζέφυρον.* *) Non est dubium, ita scripsisse Strabonem ac Posidonium: nec aliter legit Eustathius, totum hunc locum describens in rhapsodiam *Ἰλιάδ. φ.* [v. 334. p. 1527. Bas. Tz.] Respicit Posidonius poëtae locum *ὀδ. δ.* [v. 556. cf. supra T. VII. p. 177. Fr.] de campis Elysiis, ubi *ζεφύροιο λίγα πνείοντας ἄήτας* dicit: quod quid est aliud, quam *ζέφυρον λίγα πνέοντα* dicere? Porro *λίγα* legit Posidonius, non, ut hodie edunt, *λιγύ*. *λίγα* autem est *λιγέως*. Apollonius libro quarto (v. 835.):

— — *ἦτ' ὦν ἔγωγε*
Θαρσαλέῃ φαίην καὶ κύματος ἀντιόωντος
Νῆα σαωσέμεναι, ζεφύρου λίγα πνευμένοιο.

a poëta sumpsit Apollonius. Casaub.

P. 78. l. 11. *Ὡς ὁ ὁπότε*] Hom. Il. *Λ*, 305. sq. ubi deest *ὁ*, ut in Epit., Med. 1. Par. 2. 5., sed hic supr.

---

meri ventos medios in oriente et occidente solstitiali collocaverit, neque animadverterit, Posidonii rationem, si ea, qua factum, severitate secutus fuerit, sibi ipsam repugnare. Sed, ut fit, alios culpans, ipse *Goss.* errorem erravit minime ferendum. Constantissime enim octo ventos apud Homerum commemorari statuit, iisque adeo nomina imposit a semet ficta: Boreas — Euros, Notos — Apeliotes, Argestes — Notos, Zephyros — Boreas. Qua de re nemo unquam cogitavit eorum VV. DD., qui de Homeri ventis scripserunt. Cf. *Collar.* Not. O. A. T. I. p. 26. *Mannert.* Geogr. d. Gr. u. R. T. I. p. 208. *Heyn.* ad Il. T. VI. p. 172. sq. *Ukert.* Bemerkk. üb. Hom. Geogr. p. 26. sq. Accedunt diserta Grammaticorum testimonia. Hesych. T. I. p. 515. ed. Alb. s. v. *Ἀργέσταο.* *Ὅμηρος τέσσαρας οἶδεν ἀνέμους.* Schol. Hom. Villois. ad Il. *Λ*, 306. *Ὅμ. τέσσαρας μόνους ἀνέμους οἶδεν.* Eadem totidem verbis leguntur ap. Apollon. Lex. Hom. p. 161. ed. Toll. Plin. H. N. L. II. c. 47. *Veteres quatuor omnino servavere, per totidem mundi partes; ideo nec Homerus plures nominat.* Sed quid testimoniis utimur, ubi res ipsa loquitur? Fr.

*) Mosc. Esc. *λίγα*. Epit. Vet. Intp. Ald. Hopp. Par. 1. 2. *λίβα*, sed hic al. m. supr. *λίγα*, ille in marg. *λίγν. Breq.* dedit *λίγα*. Tum l. 10. remansit ex Ald. Hopp. Cas. error typogr. *ὄντως* pro *ὄντος*, ut scriptum est in Alm. Epit. Vet. Intpr. Dein *πως*, quod edd. vett. et recentt. habent, recte legitur. Fr. Siebenk. tacite dedit *πως ὄντως*, cum in ed. 1587. sit *πω ὄντως*, uti adfert Kapp. ad Arist. de mund. p. 380., ubi emendat *πω ὄντος*. Tzsch.

δ', quod retineri maluit *Bentl.* cf. Heyn. ad h. l. T. VI. p. 171. Tum στυφελίζει pro — ἴξῃ Par. 1. 2. Mosc. Ven. A. Epit. — ἴξει, ut ap. *Heyn.* nonnulli codd., e corr. Med. 2. Tum l. 14. ὑπὸ correxit Cas. pro ὑπὲρ, quod erat in Ald. Hopp. Dein l. 15. Med. 2. e corr. ἐπιθατερα pro ἐπιθέτως *) et l. 16. in Par. 2. supr. γεωγραφικῶν scriptum est Ἐρατοσθένους, uti et Vet. Intpr. habet. Fr.

P. 79. l. 1. Ἐπιμένων δὲ τοῖς περὶ Ὁμήρου] Caput aliud disputationum adversus Eratosthenem: An Homerus τὰ περὶ Νείλου habuerit cognita. Negat Eratosthenes: ait Strabo: ille eo nititur, quod nec Nili nomen apud poëtam legitur: nec ostiorum apud eundem mentio. Respondet hic, infirmum esse utrumque argumentum: prius, quia verisimile est, Nili nomen nondum fuisse usurpatum: posterius, quia non sequitur, si non meminit Homerus, ergo ignoravit: non, inquam, sequitur: atque hoc toties clamat Strabo: tum variis rationibus docet, verisimilius esse, quod ipse sentit, quam quod ille. Sed prius quam hanc cum Eratosthene de Nilo disputationem absolvat, quasdam inserit quaestiones, de quibus cum aliis disputat, ut mox dicemus. **) Casaub.

P. 79. l. 3. ἢ γνωρίζοντας μὴ λέγειν] Aut quis credat, cum ab iisdem de ostiis acceperit, aliam ob causam horum non meminisse, nisi quod vulgo res erat nota? Haec est istius lectionis sententia. In libris manu exaratis [Mosc. Par. 2. 3. Med. 2. Improbat *Breq.* Fr.] legitur γνωρίζοντα, quod etiam ferri potest: quin magis mihi probatur. Sic igitur interpretare. Quis putet, aut illos non indicasse Homero, aut ipsum γνωρίζοντα, hoc est, cum probe cognosceret. Γνωρίζειν est utrumque, et cognoscere, et facere, ut alius cognoscat: nec novum in eadem periodo eandem vocem varie usurpari, cum

*) H. e. idem quod ἐπιθετικῶς, omissum plane a *Schneidero*, qui nec hujus adverbii sensum grammaticum commemorat. cf. *Schaef.* ad Apoll. Rhod. Schol. T. II. p. 145. Norunt *Steph.* et *Hederic.* Strab. L. I. T. I. p. 96. ἐπιθέτως λέγων. L. VIII. T. III. p. 47. ἐπιθέτως Γερήνιον εἰρῆσθαι. Id. ibid. p. 513. ἀπὸ τῶν Καυκώνων ἐπιθέτως εἰρῆσθαι. Fr.

**) P. 79. l. 1. pro περὶ Par. 3. παρὰ. Ad vocem οἶδε l. 4. in Vatt. codd. hoc signo addito .·. (vid. *Bast.* Commentat. Palaeogr. p. 858.) legitur in marg. ὄνομα Νείλου· Ὅμηρος δὲ οὐ μέμνηται. Tum οὖν deest in Med. 2. Par. 3., quamobrem omisit *Breq.* cum Reg. Fr.

interdum etiam semel posita utramque simul habeat significationem, ut *αἰρεῖν* apud Homerum et Pindarum attollere et interimere. *) Sed de eo alias. Sic autem poëta *λέκτο* bis, diversa tamen significatione, posuit *ἀδυσσ. δ.* [v. 451. sqq.] in eadem sententia. **) CASAUB.

P. 79. l. 7. *δοίη τις ἂν οὐ πεπῦσθαι αὐτόν*] *οὐ* deest Par. 1. 2. 3. Ald. Hopp. Med. 1. 2. Mosc. Reg. iidemque *πεπεῖσθαι*, de qua confusione vid. supr. T. VII. p. 176. Sed in marg. Par. 3. Mosc. *γρ. μὴ πεπῦσθαι.* Vet. Intp. *facile persuaderi potest.* Par. 2. *αὐτῷ* et supr. *τῷ Ἑρατοσθένει. Villebr.* „Leg. *μὴ πεπῦσθαι αὐτῷ.“ Prius bene; male posterius. FR.

[†] P. 80. l. 2. *οὐδὲ γὰρ τῆς αὐτοῦ πατρίδος ἐμνήσθη*] In hymno Apollinis, quem ego, cur debeamus *ἀθετεῖν* contra auctoritatem Thucydidis, causam nullam satis magnam video: in eo, inquam, hymno haec de se Homerus [in Apoll. v. 172.]: ***)

Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ.

CASAUB.

P. 80. l. 4. *ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ λίαν γνώριμα ὄντα φαίη τις δόξειν οὐκ ἄξια μνήμης*] *τὰ λ. γν.* Vet. Intp. Mosc. e corr. *τὸ λ.* Med. 1. †) Tum Ven. A. Par. 1. 2. 3. Eton. Med. 1. 2. Mosc. *ἢ* habent ante *γν.*, quod autem delectum est a m. rec. in duobus posterioribus. Deinde *μὴ δόξειν ἄξια* Mosc. Mss. Cas. Par. 1. 2. Eton. Esc. Ald. e corr. Med. 2. *μὴ δόξειν οὐκ ἄξια* Hopp. Deest *οὐ* in Par. 3. et post additum in Med. 1. Eadem manu supr. *δόξαι* in Par. 2. *videri* Vet. Intp. FR.

Casaubonus recte posuisse videtur *δόξαι*, quorum temporum permutatio est T. VI. p. 595. *πράξειν* in *πρᾶξαι*. Sic ap. Arrian. Anab. II, 3. p. 64. ed. Gron. corruptum puto *καταστήσειν* ex *καταστῆσαι*. Noster locus sanus haberi non poterit, nisi hoc modo legeris: *ἀλλὰ μᾶλλον τοῦ τὰ λίαν γνώριμα ὄντα, φαίη τις ἄν, μὴ δόξαι.* PAETZ.

Mihi satisfaceret haec lectio: *ἀλλὰ μᾶλλον τὰ λίαν γν.*

---

*) V. *Dorvill.* ad Charit. p. 440. sq. ed. Lips. FR.

**) Med. 2. l. 14. *λέγοι* pro *λέγειν* idemque e corr. l. 17. *τὸ* ante *διηθὰ* delet. FR.

***) Vid. quae de hoc hymno disputat *Hermann.* in epist. ad *Illgen.* p. XXII. sqq. *Falc.* verba *οἰκεῖ δὲ Χίῳ* non ad patriam, sed ad deversorium refert. FR.

†) *Göller.* in Actt. Philoll. Monacc. T. II. p. 236. corrigit *ἀλλὰ μᾶλλόν που.* FR.

φ. τις μὴ δόξαι κτλ. Namque verba οὐ τοῦτο σημεῖον τοῦ ἀγνοεῖν absolute accipienda videntur, ut p. 97. τὸ μὴ λέγειν οὐ τοῦ μὴ εἰδέναι σημεῖόν ἐστιν. Similiter p. 96. σιγῶν τὰ λίαν ἐκφανῆ. P. 98. ὥστε οὐκ ἄξιον μνήμης ὑπέλαβε, καὶ ταῦτα πρὸς εἰδότας. Fr.

P. 80. l. 6. *Οὐκ εὖ δὲ οὐδὲ τοῦτο προφέρουσιν*] Cum disputans adversus Eratosthenem incidisset Geographus in sermonem de Nilo ac rebus meridionalibus, quae apud Homerum leguntur, commodum ei visum est, hoc potissimum loco non Eratostheni tantum, sed etiam aliis, qui ignorantiae poëtam accusabant, respondere. *) Horum itaque hominum duas proponit criminationes, deinde eas expendit, refutatque. Estque haec παρέκβασις quaedam τοῦ προτέρου λόγου ac disputationis, quae erat contra Eratosthenem. Prior criminatio est, peccasse Homerum, quum dixit, itinere diei unius abesse Pharum a continenti. Elegantissime hoc argumentum in suos auctores Strabo retorquet. Nam etsi re vera, quod hodie eruditis omnibus notum est, fugit Homerum ratio, cum illa scriberet: tamen ex eo ipso, quod cum Aegyptiis peccavit, nemo non videt, fuisse eum ἀρχαιολογίας Αἰγυπτιακῆς peritum. Porro adversus Homeri hanc ἀπόφασιν disputat Aristides in Aegyptio. [T. II. p. 360. ed. Jebb.] Casaub.

P. 80. l. 6. Deest *οὐδὲ* in Par. 1. 2. Mosc. itemque l. 10. *περὶ* ante *τῶν εἰρημ.* in Mosc. Med. 1. Esc. Vet. Intp. et tum Med. 1. e corr. *παρὰ* pro *περὶ*. *Breq.* e Reg. l. 11. dedit *γνοίη*. Fr.

P. 80. l. 10. *περὶ τῶν εἰρημένων ἀρτίως περὶ τὴν Αἴγυπτον*] Dictio *ἀρτίως* ut varia significat, ita hoc loco varie potest exponi: vel paullo ante, ut dicamus, respicere Strabonem illa superiora verba, *εἰ δὲ τῶν κατ' Αἴγυπτον τὸ γνωριμώτατον* etc. aut illa potius, quae novissime de rebus Aegyptiacis scripta erant accuratissime, vel exponi potest, accurate, et *ἀκριβῶς, καὶ ὑγιῶς*. Nam haec quoque significatio hujus vocis hîc optime videtur convenire. **). Casaub.

---

*) Strabonem non recte assecutum esse Eratosthenis mentem putat Vossius ad Mel. p. 764. Tzsch.

**) Cf. *Bast.* ad Greg. Cor. p. 368. Lex. ap. *Bekk.* Anecdd. Grr. T. I. p. 448, 6. Vet. Intp. *nuper*. Fr.

P. 80. l. 11. *Ἀλαζὼν γὰρ*] H. l. repetit Eustath. ad Od. 1, in. p. 7. (1381, 60.) Tzsch.

Deest *γὰρ* in Mosc. Ven. A. Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2., puncto diserte omisso post *οὕτως* in Par. 1. 2. Probat omissum *Villebr.* Vet. Intp. *dignoscere autem inde, quod arrogans est, quisquis* etc. Fortasse excidit, quod librarii minime intelligebant, habere hanc periodum quandam similitudinem cum ista constructione: *τεκμήριον, σημεῖον* etc. sequente *γάρ*. Mosc. etiam *αὐτοῦ* pro *αὑτοῦ*, et *ὃς* ignorant Par. 3. Med. 1. 2. sed hic post. add. Causa omissionis patet: v. *Schaef.* ad Schol. Apoll. Rhod. T. II. p. 245. Contrarium accidit Strab. L. VII. T. II. p. 598. Tum l. 13. Mosc. Hopp. *μέχρι Λιθ.* et l. 14. Med. 1. e corr. *τὴν χώραν* pro *τ. χοῦν*. Fr.

P. 80. l. 17. *ὑπὸ τοῦ Ἡροδότου*] Locus Herodoti est in Aegyptiacis, sive lib. II. (c. 5.) Eandem sententiam saepe repetit Strabo. *) Casaub.

P. 81. l. 5. *ἱστόρησε δὲ καὶ τὴν Φάρον πελαγίαν οὖσαν*] Intellexerat poëta, Pharon insulam fuisse olim revera *πελαγίαν*, hoc est procul a continente in alto mari: hoc fretus, ausus est dicere, *πελαγίαν* adhuc esse Pharum, quod tamen erat falsum, cum jam non in alto mari insula, sed continenti propinqua esset. [Hom. Od. *Δ*, 354. *νῆσος ἔπειτά τις ἔστι πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ*. Fr.] Interpres vero vocem *πελαγίαν* male intelligens, Pharon de insula continentem fecit: quod quis unquam dixit? Non Strabo libro XVII. [T. VI. p. 494.], non Plinius, non Caesar, non alius probatus scriptor ullus. [Hos longa serie recenset *Tzschuck.* ad Mel. II, 7, 6. p. 640. sqq., qui tamen, quum *Φαρίαν* raro dicit appellari, h. l. omisit. Fr.] Fuit igitur animadvertendum, quum apud Geographos aliqua insula *πελαγία* vocatur, intelligi, eam procul a litoribus in alto mari esse sitam. Aristoteles *ποντίας νήσους* vocat, quibus opponit *τὰς προσγείους*. Meteor. lib. 2. 8. Ideo etiam interdum in hujusmodi locis addunt scriptores *τῷ διαστήματι*. Sic enim loquitur Dio-

*) Cf. L. I. T. I. p. 95. L. XII. T. V. p. 22. L. XV. T. VI. p. 29. et adi *Wessel.* et *Schweigh.* ad Herod. l. l. *Tzschuck.* ad Mel. I, 9, 1. p. 244. Viris ibi laudatis adde *Gronov.* diatr. in Stat. T. I. p. 290. sqq. ed. Hand. Nuperrime impugnata res est in libro: Voyage and travels to India, Ceylon — and Egypt by George Viscount Valencia. Lond. Fr.

dorus Siculus lib. secundo, παρακομισθέντι δὲ — τούτους κεῖται νῆσος πελαγία τῷ διαστήματι. [cf. *Wessel.* ad IV, 77. T. I. p. 320. *Dorvill.* ad Charit. p. 627. ed. Lips. Fr.] Ergo, quod hìc Strabo dicit μηκέτι πελαγίαν οὖσαν, id significat, quod idem alìbi dicit, Pharon esse insulam ἠπείρῳ προσεχεστάτην. Sane observavimus, viros etiam doctissimos non semel in hac voce offendisse. Sic apud Ptolemaeum cum legissent viri docti haec verba ὑφηγησ. libro quarto [p. 248. ed. Erasm.], Πελάγιαι δὲ νῆσοί εἰσι τῆς Ἀφρικῆς αἵδε, existimarunt, eas omnes, quas ille postea commemorat, insulas uno nomine Pelagias fuisse vocitatas: quod perinde est, ut si quis Leucam fuisse dicat Pelagiam appellatam, quia πελαγίαν eam esse ait hic noster. Quis vero Strophadas insulas Pelagias unquam nominari dixerit? et tamen πελαγίας eas esse libro VIII. [T. III. p. 159. sq.] annotat Strabo. Sed ea vox nihil profecto aliud sonat, quam quod dixi. Nam et πέλαγος volunt dici grammaticorum filii non quodvis mare, sed id tantum, quod est τῆλε γῆς: quod etsi falsum est, cum vera nominis hujus origo ab Hebraica lingua sit petenda, tamen quomodo usurpetur a Graecis, satis ista testantur. An autem ob hanc causam dicta olim Rhodus Pelagia? Sic πελαγίζειν et ἐγγὺς εἶναι ut contraria opponuntur libro X. [T. IV. p. 103.] Libro autem sexto [T. II. p. 303.] promontorium Garganum, quod in mare vehementer promineat, dicitur etiam πελάγιον. *) Casaub.

[P] P. 81. l. 8. ἡ δ' αὐτὴ ἁμαρτία καὶ περὶ τοῦ ἀγνοεῖν] Altera haec est quaestio, a multis vexata et agitata. An Homerus isthmum illum ignoraverit, quem efficit sinus Arabicus, sive mare Rubrum ad mare Aegyptiacum accedens? Item alia, huic affinis, an recte dictum sit a poëta, Aethiopes bifariam divisos esse: alios ad ortum Solis habitare, alios ad occasum: posteriorem prius exequitur Strabo: ac de recta expositione verborum Homericorum accurate adversus clarissimos Grammaticos, Aristarchum et Cratetem, disputat. Primum, quomodo uterque Homeri locum censuerit legendum, exponit: deinde expositionem utriusque seorsim affert expenditque: Cratetis primum, postea Aristarchi: quid in utriusque sen-

*) Med. a. e corr. l. 1. ad ὅλην addit Αἴγυπτον et l. 3. pro τὸ παλαιὸν Epit. habet πρὸ μυρίων ἐτῶν. Fr.

tentia probandum, quid minus, tum, quid ipse sentiat, et cur ita sentiat, fuse explicat Strabo.*) Casaub.

P. 81. l. 13. *Τοσοῦτον γὰρ δεῖ τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι*] *Τοσούτου* Mosc. Med. 1. Esc. Par. 3., unde hausit *Breq.* Vet. Intp. *tantum a veritate longius abest, quantum.* Fr.

Lege *τοῦ ἀληθὲς εἶναι*, ut T. VI. p. 636. *τοσοῦτον ἀπολείπεται τοῦ τρίτον εἶναι μέρος τῆς οἰκουμένης ἡ Λιβύη, ὥστε*; aut distingue saltem voculas duas *τοῦ τ' ἀλ. εἶναι.* Paetz.

Nihil equidem mutem, nisi *τοσοῦτον* in *τοσούτου*. Demosth. adv. Lept. §. 27. *τοσούτου τοίνυν δεῖ ταύτην ἀποστερῆσαι τὴν δωρεάν — ὥστε — κἀνταῦθα δέδωκε*, ubi *Wolf.* praetulit probatiorem lectionem *τοσούτου*. cf., quem laudat, *Taylor.* ad Lys. Or. 24. p. 740. Add. *Matth.* Gr. Gr. p. 412. Loci a *P.* adducti alia est ratio. — Tum l. 15. Esc. *φησὶ* pro *φημὶ* et l. 16. Mosc. *μηδὲν* pro *μηδέ*. Fr.

P. 82. l. 1. *τοὺς γραμματικοὺς μηδὲ — αἰσθάνεσθαι*] Cf. Sext. Empir. c. 5 — 11. sqq. Alii in eorum ineptias invehuntur, v. c. Senec. epist. 88. Gell. 14, 16. Plutarch. de aud. poet. p. 70. Antiphan. ap. Brunck. Anthol. T. II. p. 204. Tzsch.

P. 82. l. 2. *ἀπὸ Ἀριστάρχου καὶ Κράτητος ἀρξαμένους*] Deerat in manuss.**) vox *ἀρξ*. Videtur autem legendum *ἀρξαμένοις*, de quo loquendi genere ante [T. VII. p. 201.] diximus. Sed temere nihil mutandum censui. Sic mox *οἱ Αἰγύπτιοι ἀπὸ τοῦ Δίλτα ἀρξάμενοι*. Casaub.

Aristarchi libros commemorant Schol. Theocrit. id. X. [v. 18.] et Harpocrat. Tzsch.

---

*) cf. de Aethiopibus *Tzschuck.* ad Mel. III, 9, 1. p. 577. sqq. Vulg. l. 10. *ἐπὶ*. Correxit *Casaub.* Verba *Αἰθίοπας κτλ.* sunt Homer. Od. *A*, 23. sq. Mosc. Med. 1. 2. — *πες*, sed — *πας* Epit. Ald. Tum *οἱ ὕστερον* confirmant Mosc. Par. 1. 2. 3. Eton. Esc. Ven. A. Ald. Ex Hopp. demum error divulgatus est, quem sustulerat jam *Cas.* in marg. Secutus est *Breq.* cf. *Göller.* in Act. Philol. Monac. T. II. p. 212. Fr.

**) Deest etiam in Mosc. Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Vet. Intp. Omisit cum Reg. *Breq.* Glossa marginalis videtur *Villebrunio.* Haud injuste; ac paene inducor, ut scriptum fuisse credam *τοὺς ἀπὸ Ἀρ. κ. Κ.* Qui fuerint *οἱ ἀπὸ Ἀριστάρχου*, satis notum est: cf. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. IX. p. 458. *Schaef.* Melet. Crit. Sp. I. p. 28. Sed simplicius etiam nihil mutes et *ἀπὸ* vertas: *inde ab Aristarchi et Cr. temporibus.* Fr.

Cratēs a Sext. Empir. etiam κορυφαῖος τῶν γραμματικῶν vocatur: cf. *Wolf.* proleg. ad Hom. p. 276. ubi plura. Fr.

P. 82. l. 4. ἀνδρῶν] ἄλλων Mosc. Med. 1. 2. Par. 5. Ald. Tum l. 5. περὶ ἐπιφερομένου ἔπους recte post περὶ inserunt τοῦ Mosc. Ven. A. Esc. Med. 1. 2. Par. 5. Fr.

P. 82. l. 9. Ἡ μὲν δυσομένου] Assevero, legendum esse, sicut reposui, non ut est in Aldino et altero [Hopp. ἦ μὲν — ἦδ'. Fr.] Ἡ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος, ἡ δ' ἀνιόντος.*) Nam quo referretur femininus articulus? et paulo post, ubi Aristarchus reprehenditur, haec lectio sic exponitur, καὶ γὰρ πρὸς ἀνατολὰς, καὶ πρὸς δύσεις. quod omnino cum poëtico usu particularum ἦμὲν et ἦδὲ congruere, notum est. Xyland.

Legendum esse ἦμὲν et ἦδὲ, ut alia omittam, satis docet Strabonis interpretatio, καὶ γὰρ πρὸς ἀνατολὰς, καὶ πρὸς δύσεις. Recte igitur Xylander lectionem Aldinam mutavit. Casaub.

P. 82. l. 12. Τὴν διακεκαυμένην ζώνην κατέχεσθαι φησὶν ὑπὸ τοῦ **) Ὠκεανοῦ] Et rei veritas aliter se habet, et veterum quoque plerorumque sententia alia fuit. Plin. lib. 1. c. 68. *Media vero terrarum, qua solis orbita est, exusta flammis et cremata, cominus vapore torretur. Circa duae tantum inter exustam et rigentes temperantur: eaeque ipsae inter se non perviae, propter medium sideris. Ita terrae tres partes abstulit coelum: Oceani rapina in incerto est.* ***) Casaub.

P. 83. l. 5. προσκεῖσθαι δὲ τὸ οἱ μὲν δυσ.] Mirum, non animadvertisse interpretem, legendum esse hîc quoque ἦμὲν et ἦδέ: non οἱ μὲν, οἱ δέ. Cratetis namque haec verba sunt, suam lectionem explicantis. Lege etiam προσκεῖσθαι [Sic Mosc. Eton. et e corr. Med. 1. Vet. Intp. Probat *Breq.*], non προκεῖσθαι. Casaub.

P. 83. l. 6. ἦμὲν — ἦδ'] Sic Eton. Med. 1. 2. Par. 5. Mosc. e corr., antea οἱ δ'. *Breq.* ἡ μὲν — ἡ δ'. Vet. Intpr.

*) Sic tamen e Reg. *Breq.* Nec melius *Sieb.* ἢ μὲν — ἢ δ'. Vet. Intp. *haec — haec.* In Mosc. οἱ δ', sed corr. ἢ δ'. Cratetis sententiam dilucidius, quam a Strabone factum, Geminum Phaen. p. 199. sqq. narrare, auctor est *Penzel.* Vers. Germ. ad h. l. Fr.

**) Totum h. l. repetit Eustath. ad Il. 1, 23. p. 15. Bas. (1556.) [imo p. 1386, 22. Rom.] Tzsch.

***) V. *Tzschuck.* ad Mel. I, 1, 2. p. 51. sq. Fr.

duos habuit versus, primum *οἱ μὲν — οἱ δ'* — deinde *ἡ μὲν — ἡ δ'*. *Gron.* in Varr. Geogrr. p. 155. probat *ἡμὲν, ἡδ'*. Fr.

V. Musei Caesarei Vindob. numi Zodiaci animadverse. illustrati. Vindob. 1799. 4. Tzsch.

[P] P. 83. l. 7. *ὅτε τοῦ ζωδιακοῦ κατὰ κορυφὴν ὄντος*] Ut coeli, sic et terrae Zonae sunt distinctae. Terrae enim Zonas appellamus eas terrae partes, quae in tantulo corpore immensis coeli partibus subjacent. Qua de re vide lib. sequenti. Ut igitur in caelo pars quaedam est, intra quam constat fieri *τὴν τοῦ ἡλίου πάροδον*, ita in terris pars sit necesse est, intra quam eadem *ἡλίου πάροδος* animadvertatur. Placet autem Crateti, eam terrae partem esse, quam occupat Oceanus utrinque ab Aethiopibus praetextus. Quare intra utrosque Aethiopas cursus suos peragat Sol necesse est: nec plagam illam excedet: neque enim coelestem excedit, cui haec terrestris subjacet. Ergo, quum dicit Homerus, divisos esse Aethiopas, et addit *ἡμὲν δυομένου ὑπερίονος, ἠδ' ἀνιόντος*, terrae plagam voluit describere, quam Aethiopes obtinent: eam nimirum, intra quam fit *ἡ ἡλίου πάροδος*, sive oriatur, sive occidat: verissime autem ait Strabo, ut hic eliciatur sensus, nihil interesse, utrum legamus *ἡμὲν, ἠδὲ*, an *οἱ μὲν, οἱ δέ*. Si quis tamen conjecturae locus, puto Cratetem, cum sic emendabat, ita voluisse locum intelligi, ac si ab Homero esse scriptum: *τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν. δεδαίαται*, inquam, *περί που τῆς γῆς ἐκεῖνα τὰ μέρη, ὅπου καὶ δύεται ὁ ἥλιος καὶ ἀνατέλλει*, hoc est, quâ *πάροδον* suam peragit. Casaub.

P. 83. l. 8. *ταῖν Αἰθιοπίαιν*] *τὴν Αἰθιόπων* Mosc. Par. 2. 5. et e corr. Med. 1. Sed in Par. 2. e corr., ut vulg. Vet. Intp. *ambos Aethiopes*. Tum l. 12. pro *ἄλλοις ἄλλας* ordine mutato *ἄλλας ἄλλοις* Mosc. Par. 3. Med. 1. 2. Vet. Intpr. Fr.

P. 83. l. 9. *ἀνάγκη καὶ τὴν πάροδον τοῦ ἡλίου πᾶσαν ἐν τῷ πλάτει τούτῳ νοεῖσθαι*] Solis *πάροδος* vocatur spatium illud, per quod transit Sol, dum cursum suum peragit. Est autem ea duplex: alia *πρὸς ἄρκτον καὶ μεσημβρίαν*, alia *ἀπ' ἀνατολῆς πρὸς δύσιν*. *) Casaub.

*) P. 83. l. 16. *παροικοῦσι*] *παρήκουσι* Mosc. *παρηκοῦσι* Par. 3. Fr.

P. 84. l. 1. *πρὸς τὸν νοῦν, τοῦτο ἢ*] π. τ. ν. τοῦτον, ἢ Mosc. Ven. A. Par. 1. 2. 5. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mss. Cas. Vet. Intp. Vulg. retinuit *Breq.* cum Reg. Voci *τοῦτ'* l. 4. *Villebr.* adscripsit: „Lege *τ' αὐτ' ἐστὶ.* v. infra l. 53." Supra *τοῦ ὠκεανοῦ* l. 5. in Mosc. legitur *τῷ — φ.* Fr.

P. 84. l. 4. *καὶ γὰρ τοῦτ' ἐστὶ καὶ πρὸς θύσιν*] Nam haec quoque Aristarchi lectio idem significat, ac illa Cratetis. Casaub.

P. 84. l. 5. *ὁ δ' Ἀρίσταρχος*] Nunc affert Aristarchi interpretationem, quae perspicua est, nec ulla explanatione indiget. *) Casaub.

P. 84. l. 6. *ταύτην μὲν ἐκβάλλει τὴν ὑπόθεσιν*] Cratetis commentum explodit, quod qui probabunt, concedant necesse est, Homerum alterius *εὐκράτου* habuisse cognitionem: id quod parum est probabile. **) Casaub.

P. 84. l. 11. *πρὸς μεσημβρίαν κειμένην τοῖς Ἕλλησι*] Hoc est, quae nobis est meridionalis: iis vero, qui alteram obtinent *εὔκρατον*, est septentrionalis. Casaub.

P. 84. l. 14. *Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ νεῶν καταλόγου δευτέρῳ*] Apollodorus hic amplissimos in Boeotiam Homeri scripserat Commentarios, quorum mentio frequens apud veteres scriptores. Solet autem Strabo ita hunc laudare: *Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ νεῶν*: quare hic quoque suspicor legendum, *ἐν τῷ περὶ νεῶν δευτέρῳ.* ***) Nam *Κατάλογος νεῶν* nomen est, non librorum Apollodori, sed ejus partis rhapsodiae secundae, qua naves recensentur. †) Casaub.

---

*) De sobrio Aristarchi super hoc loco judicio cf. *Wolf.* prolegg. ad Homer. p. 249. Fr.

**) Ibid. pro *διχθα* Par. 3. Med. 1. 2. *δίχα*, sed hic post. corr. *Breq.* e Reg. dedit *δίχα*. Ven. A. l. 8. *τὴν* habet ante *μεσημβρ.* Fr.

***) *Breq.* quomodo omnia facilia videri possint, ex versione apparet: *libro de recensione navium secundo*, quam a *Xyl.* acceptam retinuit. Ante *νεῶν* Ven. A. inserit *τῶν*. Fr.

†) Cas. in marg. scripsit ad v. *καταλόγῳ*: „Vel tollenda haec vox videtur, vel legendum *περὶ νεῶν τῶν ἐν καταλ.*" *Heyn.* ad Apollod. fragm. p. 418. ed. alt. „haec vox expungenda aut legendum *καταλόγου*" et idem ib. p. 428. ap. Steph. Byz. s. v. *Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν* mutare cupit *ἐν πρώτῳ νεῶν καταλόγῳ* „aut *ἐν τῷ*, aut scrib. *καταλόγων*." Saepius utique laudatur Apollodorus *ἐν τῷ περὶ νεῶν* vel *ἐν τῷ περὶ νεῶν καταλόγου*: verum haud inusitata est grammaticorum in citandis auctorum libris breviloquentia. Sic Stephan. Byz. s. v. *Ἀσπάλιον Νικόλαος ἐν τετάρτῃ ἱστορίᾳ*, ubi male *Berkel.* conjicit *ἱστοριῶν*,

P. 84. l. 16. *πρὸς μὲν οὖν Κράτητα*] Superius indicavit Strabo, non probare se Cratetis emendationem, ut quae non esset necessaria: hic innuit, totam Cratetis sententiam et interpretationem sibi improbari; sed quia non poterat ea quaestio nisi pluribus absolvi, ea omissa, Aristarcho respondere incipit. CASAUB.

P. 85. l. 2. *δεχομένην πολλὰς ἐνστάσεις*] Posset enim dubitare aliquis, primum, sitne alia *οἰκουμένη* in nostro [?] hemisphaerio: deinde, an, si sit, Homerus tamen eam habuerit cognitam. *) CASAUB.

P. 85. l. 9. *ἀνατολὰς*] — *αἷς* Ven. A. Par. 2. Mosc. sed hic supr. *ἃς*. Tum pro *δύσεις* Mosc. Stroz. Ven. A. Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Vet. Intp. *δύσιν*, quod antea habet idem cum Par. 1. Deest l. 14. *οὐ* in Mosc. Par. 2. Eton. et verba *πῶς — δεδαίαται* desunt in Ven. A. Denique Stroz. *Δήλου* et Par. 1. *προσυήνην*. FR.

P. 85. l. 10. *ψευδοῖς προῖσταται δόγματος*] Putat enim, Homerum falso de Aethiopibus dixisse, divisos esse eos bifariam: non quod neget Aristarchus, Aethiopas bifariam esse divisos, sed quia putat, ignotum fuisse Homero sinum Arabicum, quod dividuntur. **) Respondet Strabo:

---

recte reprehensus ab *Orell.* ad Nicol. Damasc. p. 213. Oportebat saltem *ἱστορίας*. Sed idem s. v. *Ἀσπανία· N. τετάρτῃ ἱστορίᾳ*, et Constant. Porphyr. de them. II, 6. *N.* — *ἐν τετάρτῃ ἱστορίᾳ*. Cf. de hac brevitate *Gronov.* ad Steph. Byz. fragm. de Dodon. p. 33. sq. Quod item obtinet in Schol. Apoll. Rhod. I, 741. *Φερεκύδης ἐν τῇ δευτέρᾳ ἱστορίᾳ*, ubi, monente *Sturz.* ad Pherec. fragm. p. 137. ed. alt., Phavorinus habet *ἱστοριῶν*. cf. etiam *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 415. Casaubonum vero, Apollodori librum *καταλόγων νεῶν* vocari negantem, erroris convincunt testimonia ab *Heynio* collecta, quibus addo Dionys. Trac. Schol. in *Bekker.* Anecdd. Grr. T. II. p. 783, 10. *Ἀπολλόδωρος ἐν νεῶν καταλόγῳ*. Praeterea miror, *Heynium* l. l. p. 595. ap. Harpocr. s. v. *πάνδημ. Ἀφρ.* et Schol. Apollon. Rh. III, 539. pro *ἐν τῷ* corrigere tentantem *ἐν τοῖς*, quanquam sic Pariss. Cautius manum abstinuit p. 405. in Schol. Aristoph. Lysistr. 448. Neque exputo, cur idem p. 433. sq. bis masculinum in locum feminini *ἐν δευτέρῳ* substituere maluerit: sed cf. *Schaef.* ad Schol. Apoll. Rhod. T. II. p. 291. FR.

*) Med. 2. l. 1. *ὅτι* pro *διότι*. Med. 1. e corr. *παρὰ* l. 2. pro *περί*. In Med. 2. deest l. 7. *λέγειν*, et l. 8. Mosc. immutato ordine *δύο εἶσιν καθ' ἡμᾶς*. FR.

**) V. *Bredowii* Untersuch. üb. alt. Geogr. u. Gesch. T. II. p. 165. T. I. p. 84. sqq. FR.

Demus, ita esse, ut nullam poëta isthmi istius, nec sinus Arabici habuerit cognitionem: tamen non sequitur inde, nullum discrimen cognovisse poëtam inter utrosque Aethiopas. Nilum enim poëta habuit cognitum: qui, ut Aegyptum atque adeo duas continentes, Asiam et Africam, ex quorundam sententia discernit: ita et Aethiopiam scindere bifariam dici potest. CASAUB.

P. 86. l. 1. *τί δ' ἄλλο ἡ Αἴγυπτός ἐστι*] Vide, num legendum sit, *ἡ κάτω Αἴγυπτος*. *) Nam de inferiori tantum Aegypto hoc dici satis constat. vide libro XVII. CAS.

In seqq. *πλὴν ποταμία νῆσος* post *πλὴν* addunt *ἡ* Mosc. Par. 2. Med. 1. Eton. Esc. Par. 1408. *ἡ* Ven. A. Par. 1394. At Med. 2. omisso *πλὴν* habet *ἐστὶν, ἡ*. Cur *ἡ* a codd. oblatum spernamus, nihil video causae: cf. *Ast.* ad Theophr. Charact. 2. p. 54. FR.

P. 86. l. 4. *ἡ Αἰθιοπία ἐπ' εὐθείας ἐστὶ τῇ Λιγύπτῳ*] Esse *τινὶ ἐπ' εὐθείας*, significat, esse in eadem linea recta cum aliquo: ut sunt, quorum idem est circulus meridianus. CASAUB.

P. 86. l. 5. *καὶ παραπλησίως ἔχει πρός τε τὸν Νεῖλον* **)] Haec *ἀπόφασις* non est omnino vera. Strabo ipse libro XVII. [T. VI. p. 476. sq.] docet, quaedam esse Aethiopiae et Aegypto, quod ad Nilum attinet, *κοινά*: deinde, in quo differant, sic explicat: *Ἀλλὰ τὴν μὲν Αἰθιοπίαν οὔτε πᾶσαν διέξεισιν ὁ Νεῖλος, οὔτε μόνος, οὔτ' ἐπ' εὐθείας, οὔτ' οἰκουμένης καλῶς. τὴν δὲ Αἴγυπτον, καὶ μόνος, καὶ πᾶσαν, καὶ ἐπὶ εὐθείας.* CASAUB.

P. 86. l. 6. *καὶ αὕτη στενή τέ ἐστι*] Par. 3. *καὶ* ignorat cum Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Vet. Intp. Ald. Hopp. Tum, quod *Sieb.* recepit, agnoscunt Par. 1. 2. 3. Vet. Intp. Med. 1. *τε* vero habet, non item *ἐστι*, Mosc. In vulg. acquiescit *Breq.* Ante *Λιβύης* l. 11. *τῆς* inserunt Mosc. Ven. A. Med. 1. 2. Esc. Ald. Hopp. FR.

P. 86. l. 12. *ἀξιόλογον τοῦθ' ὅριον ἐφάνη ὁ Νεῖλος*] Dionysius de Nilo (v. 230.):

---

*) Minime opus videtur. Namque in hac re simpliciter Aegyptus commemorari solet. cf. *Creuz.* ad Histor. Gr. Fragm. p. 29. sq. et *Marx.* ad Ephor. fragm. p. 213. sq. FR.

**) In seqq. pro *τὴν ἄλλην*, quod desideratur in Vet. Intp., Par. 2. habet eadem manu supr. *ὕλην*. FR.

Ὃς ῥά τε καὶ Λιβύην ἀποτέμνεται Ἀσίδος αἴης,
Ἐς Λίβα μὲν Λιβύην, ἐς δ' αὐγὰς Ἀσίδα γαίαν.

plura de his libro secundo. CASAUB.

P. 86. l. 13. μῆκος μὲν ἀνατείνων ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν, πλειόνων ἢ μυρίων σταδίων] Imo, si Nili flexuum et ἐπιστροφῶν habeas rationem, plus quam XII. M. Diodorus libro primo [c. 32. ubi cf. *Wessel.* T. I. p. 37.] de Nilo, φέρεται ἀπὸ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρῶν μέχρι τῆς εἰς θάλασσαν ἐκβολῆς, στάδια μάλιστά πως μύρια καὶ διοχίλια, σὺν αἷς ποιεῖται καμπαῖς. De latitudine ibidem ait, tantam eam esse, ut cum alias insulas contineat maximas, tum etiam Meroen, cujus latitudo sit stadiorum XXII. et amplius. Vide Plinium (lib. V. c. 9.) et infra libro ultimo. [T. VI. p. 471.] *) CASAUB.

[P] P. 87. l. 1. Καὶ μὴν οἵ γε ἐπιστημῶντες] Τὴν οἰκουμένην varie partiti sunt veteres: duas antiquissimi partes esse volebant, Asiam et Europam **): alii tres: sed de termino, quo dividatur Asia ab Africa, inter hos non convenit: alii sinum Arabicum esse volunt, alii Nilum: qui igitur hos reprehendunt, alias afferunt causas, hanc non afferunt, Nilum satis ἄξιον ὅριον non esse, quo continentes dividi censeantur. Si igitur nemo reprehendit hoc nomine eos, qui Asiam et Africam Nilo partiuntur quanto longius ab omni reprehensione abesse censend sunt, qui eodem Nilo Aethiopiam dividunt, ut altera sit orientalis, altera occidentalis? CASAUB.

P. 87. l. 3. ὅτι τὴν Αἴγυπτον καὶ τὴν Αἰθιοπίαν διασπῶσι] Ptolemaeus quoque hoc improbat, qui, dividens Africam ab Europa sinu Arabico et isthmo, duplicem affert hanc causam [Geogr. L. II. procem.]: ἵνα, inquit, μήτε διασπῶμεν τὴν Αἴγυπτον, τῷ Νείλῳ ποιούμενοι τὸν μερισμὸν, καὶ ὅτι βέλτιον πελάγεσιν, ὅταν ἐνῇ, καὶ μὴ ποταμοῖς χωρίζειν τὰς ἠπείρους. ***) CASAUB.

---

*) Pro ὥστε l. 14. Par. 3. ὅσως, vel ap. *Bresq.* ὅσῳ. Tum l. 15. ἐστὶ deest Par. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc., quod probat *Villebr.* Par. 1. ἱκανῶς l. 16. pro ἱκανός, sed ὁ supr. FR.

**) De hac divisione contra incredulos quosdam multa disputavit *Schaefer.* Melet. Crit. Sp. I. p. 36. sqq. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 531. et ad Apoll. Rhod. Schol. T. II. p. 188. Ex eo hausit *Ukert.* in Geogr. d. Gr. u. R. T. I. P. II. p. 280. sqq. coll. *Tzschuck.* ad Mel. I, 1, 6. p. 49. sqq. p. 62. p. 242. sq. et *Manx.* ad Ephor. fragm. p. 48. FR.

***) In antecedd. l. 3. προσφέρονται Mosc. Par. 3. Esc. Vat. Intp.

P. 87. l. 6. *οὐ τῷ π.*] *ἐν τ. π.* Med. 1. Tum l. 11. pro *μέχρι τοσοῦ* Med. 2. e corr. *μ. πόλου*, sed corr. *μ. τοσοῦ*. Ibid. pro *προελθόντες* Mosc. Ven. A. Vat. B. Stroz. Med. 1. 2. *προελθ.*, sed Vet. Intp. *progressi*. Supra p. 12. *ἐπὶ τὰ ἔσχατα τῆς γῆς προελθεῖν*. cf. not. T. VII. p. 197. sq. Nec bene *ὑπὸ* deest l. 12. in Mosc. Ven. A. Vat. B. Stroz. Post *πίστιν* Med. 2. e corr. addit *ψευδῆ*. Tum l. 15. *τὸ μεταξὺ* Mosc. Ven. A. et e corr. Med. 2. in *τῷ μετ.* deturpant, et l. 17. Esc. *οὕτω* pro *οὕτως*. Fr.

P. 87. l. 8. *χωρὶς δὲ τούτων*] Vidit Geographus, multa posse sibi objici dividenti Aethiopas Nilo: obviam it igitur, et alia quoque ratione posse distingui Aethiopas exponit. Nam etsi pro certo credendum est, (qua de re supra dictum satis) oceanum esse *σύῤῥουν*, nec ullo isthmo esse distinctum, tamen, quia illis temporibus nondum contigerat, ut, qui ab oriente et occidente Atlanticum mare navigabant, sibi obviam fierent, creditum est a multis, in eo intervallo, quo nondum est aditum, isthmum esse, qui Oceani *σύῤῥοιαν* impediat. Nihil igitur impedit, quo minus dicamus, poëtam hos secutum dixisse, illo isthmo divisos esse Aethiopes. Cas.

P. 87. l. 15. *ἅπαντες δὲ οὗτοι*] Et qui ab oriente versus occidentem, et qui ab occidente orientem versus: sic manifesto duae fiunt Aethiopiae, altera, in quam deveniunt illi, altera, in quam isti. *) Casaub.

P. 88. l. 3. *οὐ γινωσκ.*] *μὴ γιγν.* Par. 3. *οὐ γιγν.* Mosc. Tum l. 5. *παλαιὰν εἴρηκεν* invertunt Mosc. Par. 1. 2. Med. 1. *εἴρ. παλ.* Fr.

P. 88. l. 4. *Ἀλλὰ μὴν καὶ ἄλλην*] Tertiam affert interpretationem verborum poëtae de divisione Aethiopiae, omnium meo judicio maxime probabilem. Casaub.

P. 88. l. 5. *Ἔφορος*] Vid. Ephor. fragm. ed. *Marx.*

---

objectant pro *προφέρουσιν*, quae confunduntur et alibi: v. *Schaef.* et *Bast.* ad Greg. Cor. p. 160. sq. *Schweigh.* in Lex. Polyb. p. 543. Praestat h. l. vulg. Sic L. II. T. II. p. 359. Strabo dixit *τῷ ποιητῇ προφέρουσιν* i. e. *exprobrant*: v. *H. Steph.* Thes. Gr. L. T. IV. p. 115. et *Schweigh.* l. l. Fr.

*) Eustath. ad Od. 1, 23. p. 13. Bas. (1586.) sic refert: *οἱ ἀπὸ τ. στηλῶν καὶ τῆς Ἐρυθρᾶς παραπλεύσαντες τῷ ὠκεανῷ τὴν Λιβύην, τὰ τελευταῖα χωρία, ἐφ᾽ ἃ πλέοντες ἦλθον, Αἰθιοπικὰ προσηγόρευσαν. Ἀπὸ τῆς τοιαύτης οὖν, φησὶν, ἀκολουθίας ἐχθεὶς καὶ ὁ ποιητὴς, ὡς εἰκὸς, δίχα διαιρεῖ τοὺς Αἰθίοπας — δύσιν.* Tzsch.

p. 141. et *Ukert.* l. l. T. I. P. I. p. 218. Tum l. 6. pro λέγεσθαι Med. 2. λέγεται et l. 9. ante πολλὴν inserit τὴν Med. 1. ibidemque Par. 3. τούτου pro τοῦ. Fr.

P. 88. l. 6. ὑπὸ τῶν *Ταρτησσίων*] Quae prius Tartessus erat, postea Gadir est appellata. Sallustius (Histor. L. II.): *Ut alii tradiderunt, Tartessum Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent.* *) Vide Plinium libro IV. extremo, et Strab. libro III. [T. I. p. 396.] Casaub.

[ ] P. 88. l. 15. φημὶ γὰρ κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων] Quarta interpretatio verborum poëtae: atque haec Straboni maxime probatur: ideo ait φημὶ, quod est ἀξιωματικόν. Prius docet, Aethiopas a veteribus fuisse appellatos omnes Oceani accolas ad meridiem, ab ortu ad occasum, deinde, quomodo hi divisi essent, explicat. Casaub.

P. 88. l. 17. *Νομάδας*] Apud Homerum non memini me legere hoc vocabuli. Sed puto intelligi, quod populos post Thraciam habitantes ἀβίους vocat, quod ἀμαξοβίους et νομάδας plerique intelligunt. initio Iliad. ν. quales et Horatius describit 3. Od. 24. **) Versus Aeschyli non solicite distinxi in tanta varietate. P. 90. l. 5. pro ἐπὶ τῷ legi ἐν τῷ ***). Citat hanc tragoedíam etiam Athenaeus. Xyland.

Strabo paullo ante docuit, poëtam etiam septentrionales homines cognovisse, nec tamen ὀνόμασι indicasse, sed eam vitae degendae rationem iis tribuisse, ut satis constet, *Νομάδας* eum describere: deinde locum profert, qui est initio Ἰλιάδ. ν. de quo fusius tractabitur libro VII. [T. II. p. 369. sqq.] Casaub.

P. 89. l. 1. Deest καὶ in Mosc. Med. 1. Par. 1. 2. Deinde pro ἢ συμμίκτως Mosc. ἢ μικτῶς, Par. 1. 2. Med. 1. 2. Esc. ἢ μίκτως, sed Med. 2. post. corr. et Par. 2.

---

*) cf. Tzschuck. ad Mel. II, 7, 1. p. 557. sqq. Fr.

**) Vid. not. T. VII. p. 190. ad p. 9. l. 8. Verba ἢ *Νομάδας* in vers. teut. injuste delevit *Penzel.* Cf. *Marx.* ad Ephor. p. 189. Fr.

Frustra in Homero quaerunt. Bayer. in opusc. p. 171. ed. Klotz. putat legisse Nomadas in grammaticis vett., uti nunc in Schol. Min., et deceptum fuisse Strabonem. Sic Niceph. Gregor. hist. Byzant. 2, 4. et Stephan. Nomadas ad Scythas refert. Tzsch.

***) Ita corrigit et Scaliger. Tzsch.

σημ... al. m. supr. Par. 3. οἱ μίκτως, sed *Breq.* e Reg. enotavit ἢ οἱ μίκτως. Vet. Intp. *vel mixto nomine*. Tum l. 6. mediam formam pro μαρτυρεῖ praebet Esc. Fr.

P. 89. l. 5. τὰ μεσημβρινὰ πάντα, Αἰθιοπίαν καλεῖσθαι] Veteres Ptolemaeus sequitur [Geograph. L. VIII. fin.] εἰσὶ δὲ, inquit, ὁμοίως οἱ ὑπὸ τὸν ζωδιακὸν οἰκοῦντες, ἀπὸ δύσεως μέχρις ἀνατολῶν, ἅπαντες μέλανες τὰς χρόας, Αἰθίοπες. Idem alibi Aethiopiam facit, τὴν μὲν ἑῴαν, τὴν δὲ ἑσπερίαν. Casaub.

P. 89. l. 8. Φοινικόπεδόν τ' ἐρυθρᾶς] Ex libro primo (c. 41.) Dionysii Halicarnassensis suspicari possumus, verba haec fuisse Promethei, qui Herculem in illa fabula praemonebat de iis omnibus, quae ipsi erant exequenda. Verum haec, ut puto, a choro pronuntiata sunt, qui diceret, se tantum terrarum esse emensum, ut viseret Prometheum. Similisque omnino locus de Titanum adventu ad Caucasum, ubi erat Prometheus, ab Arriano in Periplo Ponti Euxini [p. 19. ed. Huds.] ex eadem tragoedia refertur. Ecquam autem paludem Χαλκοκέραυνον Aethiopum poëta intelligat, non sane ipse intelligo. *) In libris veteribus παντόστροφῶν scribitur, non παντοτροφῶν. Quod ad Aethiopas attinet, etiam in Prometheo δεσμ. (v. 781. al. 806.) eos πρὸς ἡλίου πηγαῖς collocat Aeschylus. Verba poëtae sunt haec:

— — τηλουρὸν δὲ γῆν
Ἥξεις κελαινὸν φῦλον, οἳ πρὸς ἡλίου
Ναίουσι πηγαῖς, ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ.

Casaub.

Ecquam *paludem* χαλκοκέραυνον **) *Aethiopum* poeta

*) Ad catadupas Nili refer, ubi flumen *praecipitans se fragore auditum incolis aufert*, ut ait Plin. H. N. VI. 29. et haec est χαλκοκεραύνου, seu aerisoni, explicatio. Mela [I, 9, 2. ubi cf. *Tzschuck.* p. 309. sqq.] λίμναν describit. Hic lacus proprie ad Aethiopas refertur, nam Aethiopia ultra catadupas est. Plin. H. N. V. 9. Est etiam παρ' Ὠκεανῷ, nam ex praecedentibus patet, veteres Oceanum tanquam Aethiopiae vicinum describere. Bryantius Mythol. t. 3. p. 434. hunc Aeschyli locum diverso modo explicat, ac Straboni de situ Aethiopiae repugnat. Falcon.

**) *Schneider.* in Lex. Gr. T. II. p. 634. a. suspicatur χαλκοκέραστον vel simile quiddam. Codd. nihil variant. Vet. Intp. *Eurumque flumen*, fort. pro *aeneum*. Ita ed. 1494. Aliae edd. *Aureumque fulmen*. In ed. Par. 1520. omnia desunt usque ad

intelligat, cum Casaubono ignorare me fateor. Pro *παντοτροφων* scribendum esse suspicor *ΠΟΝΤΟΤΡΕΦΩΝ* [Ita permutantur *παντογόνος* et *ποντογόνος*. v. *Bast.* Epist. Crit. p. 70. Fr.], ut de Ichthyophagis locutus fuerit Aeschylus. *) Caetera sic in metra redigere proclive est.

Ἵν' ὁ παντοπτας **) *Ἥλιος αἰεὶ*
Χρωτ' ἀθανατον, καματον θ' ἱππων,
Θερμαις ὑδατος
Μαλακου προχοαις ἀναπαυει.

Ex his probaturus est Strabo, Aethiopas, secundum Aeschylum, per totam plagam meridionalem juxta Oceanum porrigi. Tyrwh.

Si coniectare fas sit, forte legendum est *γαλκοκελαινων .... λίμναν παντότροφον Αἰθιόπων: paludem aereo colore nigricantes Aethiopas alentem.* Brkq.

P. 89. l. 16. *Παρ' ὅλον γὰρ τὸ*] Lege totum hunc locum hoc modo: *παρ' ὅλον γὰρ τὸ μεσημβρινὸν κλίμα, τοῦ Ὠκεανοῦ ταυτὴν πρὸς τὸν ἥλιον ἴσχοντος τὴν χρείαν, καὶ τὴν σχέσιν, παρ' ὅλον καὶ τοὺς Αἰθίοπας αὐτῷ εἶναι φαίνεται.* aut sine voce *αὐτῷ*. Sensus est: Credidisse Aeschylum

---

voc. *λίμναν*. Equidem nihildum conjectando exputare potui, quod satisfaceret. Fr.

*) Ven. A. *παντοστρόφον*. Eton. Mosc. Med. 1. et e corr. Med. 2. *παντοτρόφον*. Vet. Intp. *quod omnino Aethiopas alit. Schneid.* l. l. T. II. p. 200. b. metrum pessumdans conjicit *ποντοστεφῶν*. *Erfurdt.* in Obss. ad Athen. P. 1. p. 8. melius *πάντων τρόφον*, in quod antea jam *Lobeckius* inciderat, mecumque, quae est ejus humanitas, communicaverat. Sed caesurae in versibus anapaesticis neglectae excusationem bene susceperunt *Gaisford.* ad Hephaest. p. 280. et *Hermann.* Element. Doctr. Metr. p. 374. Quamobrem retineam vocabulum *παντοτρόφον*, ut citat *Herm.*, a codd. oblatum, sed non alibi mihi lectum nisi in Orac. Sibyll. I, 151. *παντοτρόφος ἀρίστης. Heder.* affert e Gloss. Vet. Apud *H. Steph.* auctoritate destituitur. *Παντοτρόφον* conjectura assecutus erat jam *J. H. Voss.* Mythol. Briefe. T. II. p. 140., quanquam versus male disposuit, nec melius *Pauwio*, quem ex more suo difficiliore allatrat, rhythmi anapaestici leges perspectas habet. Optime eum edocebit *Hermann.* l. l. p. 376. Fr.

**) Sic dedit et *Stanl.* in fragm. Aeschyl. p. 643. cf. Prometh. Vinct. v. 91. Eumen. v. 1046. Suppl. 137. Eurip. Iphig. Aul. 169. Tum *ἥλιος* dixerat Mosc. Med. 1. Postea hic e corr. *μαλθακοῦ* pro *μαλακοῦ* et Mosc. Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. inserunt *τ'* ante *ἀναπαύει*, quod ignorat Vet. Intp. Fr.

et reliquos veteres, per totam plagam meridionalem porrigi juxta oceanum Aethiopas, cum situs totius illius tractus eodem plane modo se habeat ad Solem. *) Ipse se infra [p. 92.] explicat: ᾧ γὰρ ἂν τόπῳ, ait, τοῦδε τοῦ [illegible] πρόσβαλοις τὴν διάνοιαν, καὶ ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ ἔσῃ καὶ ἐπὶ τῇ Αἰθιοπίᾳ. Casaub.

P. 90. l. 1. πρὸς τὸν ἥλιον] εἰς τ. ἥ. e corr. Med. 2. Vat. B. Supra χρείαν in Par. 1. est .. οι .. Tum pro αὐτῷ Mosc. Par. 1. 2. Reg. αὐτῶν. Edd. Cas. Alm. Breq. αὐτὸν. Vet. Intp. *Ad totum enim meridianum clima hunc ad solum usum et ad Aethiopas eorumque situm oceanus habere videtur. Paetzius* in Not. MSS. unice probat [illegible] Cas. idque recipiendum fuisse dicit. Haud aliter [illegible] in vers. Gall. In verbis αὐτῷ φαίνεται idem vertens *place* et *Breq.* sequuntur *Cas.*, quanquam hic in textum non ausus est recipere. Fr.

P. 90. l. 3. τὴν Κλυμένην φησὶ — δοθῆναι] τ. Κλυμ. [illegible] φ. Med. 1. Mosc. *Traditam esse Clymenem Me-[illegible] et terrae ejus imperium habere dicit* Vet. Intp. Fr.

Porson. ad Eurip. Orest. v. 975. „Cum χρυσέαν βῶλον solem vocasse testetur Euripidem Scholiastes Apoll. Rhod. I. 498., idque ex Phaethonte diserte citet Diog. Laert. II. 10. maxima cum verisimilitudine VV. DD. legunt ap. Strab.

Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει.

Vid. Valcken. Diatrib. p. 30. sq." Tzsch. **)

De vv. γείτονες μελάμβροτοι cf. *Lobeck.* in Obss. ad Phrynich. P. II. p. 6. Tum pro φαεννὰν Med. 2. φαενὰν et e corr. φαεναῖαν. Vat. A. φαεννὰς. Vet. Intp. *lucentem. Dutheil* in vers. Gall. vel φαεννᾶς vel φαεννὰν — ἱππόστασιν conjicit. *Voss.* l. l. T. II. p. 158. de hoc fragm. disputans corrigit Εους φαεννης. Sed, ut fit, dum in alios inhumanissime invehimur, ipsi turpissime labimur. Legendum est Ἕω φαεννὰς ἡλίου θ' ἱπποστάσεις, ut mecum sentit *Spohnius.* Eurip. Alcest. v. 603. sq. ἀμφὶ μὲν ἀε-

*) Malim παρ' ΟΛΟΝ και τους Αἰθιοπας ΑΠΟΦΑΙΝΕΤΑΙ. Tyrwh.
Posterius etiam Scaligero in mentem venerat. Tzsch.

**) Monuerat idem censor ed. Tzschuck. R—f. in Ephemer. litter. Heidelberg. 1809. P. XV. p. 293. Fr.

λον κνεφαίαν ἱππόστασιν. Sic Sil. Ital. L. III. v. 399. *Tartessos stabulanti conscia Phoebo.* Fr.

P. 90. l. 9. *Νῦν μὲν — ἱπποστάσεις* ignorant Vat. A. et Ven. A. Hic pro *βηνύει* dat *μηνύειν* l. 15. et pro *ὅς φησιν* Mosc. *ὡς φησὶν* cum Vet. Intp. Ald. et Hopp. Fr.

P. 91. l. 4. *πρὸς δὲ Βορῥᾶν*] Sic Med. 1. 2. Par. 3. Esc. Mosc., sed hic *βορῥᾶν* et Med. 2. *βορᾶν*. Prius *δὲ* confirmat etiam Cosmas Indicopl. in Topogr. Christ. T. II. p. 148. ed. Montf., qui eundem Ephori locum affert. Fr.

[†] P. 91. l. 5. *μείζων ἡ Αἰθιοπία, ἢ *) ἡ Σκυθία*] Et tamen, ut mox ait, Scythia *ἀντίκειται* Aethiopiae. Sed ratio manifesta: *ἀντίκειται* enim Scythia Aethiopiae, ut in Sphaera Arcticus circulus Aequatori. Casaub.

P. 91. l. 10. *πρὸς ζόφον (ὅπερ ἐστὶ πρὸς ἄρκτον)*] Ita Strabo hanc vocem censet hoc loco accipiendam**): qua de re lege libro x. [T. IV. p. 77.] ubi de Ithaca. [Hom. Od. IX, 26.] Nam in illum locum mox ipse hanc disputationem reiicit. ***) Casaub.

P. 92. l. 5. *Ζεὺς γὰρ ἐς*] Hom. Il. *A*, 423., ubi sic *Wolf.* et *Heyn.* (T. IV. p. 112.) pro vulg. Hom. *ἐπ'*. Vat. A. *Ζ. δὲ*. Mosc. *εἰς*. Tum l. 7. pro *καθ' ὅλον* Ven. A. Stroz. Par. 1. 3. *καθ' ὅλου*. Med. 1. Par. 2. *καθόλου*, sed hic al. m. supr. *κάθ' ὅλων*. Fr.

---

*) „Pro ἢ quivis καὶ mecum leget, qui Ephori verba, a Cosma „relata, accuratius pensitaverit." *Marx.* ad Ephor. p. 141. Sunt autem: *Ἔστιν οὖν οὐκ ἴσον ἕκαστον τῶν μερῶν· ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν Σκυθῶν καὶ τῶν Αἰθιόπων μεῖζον, τὸ δὲ τῶν Ἰνδῶν καὶ τῶν Κελτῶν ἔλαττον· καὶ παραπλήσιον ἑκατέρων ἀλλήλοις ἔχει τοῦ τόπου τὸ μέγεθος.* Tum l. 7. inepte pro *δυομῶν Falcon.* „Leg. *δυσίων* (sic)." Deinde l. 8. *ὁμόλογος*, quod dedit *Falc.* et *Sieb.*, tuentur Ald. Hopp. Mosc. Ven. A.; at *ὁμολόγως* Cas. Alm. Breq. *concordare* Vet. Intp. Fr.

**) Praeivit eam interpretationem Aristarchus, notante Schol. ad Odyss. 2, 1. V. Bochart. Chan. I, 40. Tzsch.

Adde, quos laudat *Ukert.* in Geogr. d. Gr. u. R. T. I. P. II. p. 206. idemque in *Bemerkk.* üb. Hom. Geogr. p. 58. sq. simul cum iis, quae ejus censor monet in Jen. Ephem. Litt. 1815. Aug. N. 147. p. 220. sqq. Fr.

***) Ven. A. Stroz. l. 13. *ὅταν φησὶ*: cf. T. VII. p. 195. Post *ἡλίου τε* in Ald. Hopp. est *καὶ*, quod edd. rel. et codd. ignorant. In vers. Hom. Od. *K*, 190. sqq. Mosc. *οὐ γάρ τε*, Par. 3. *τοι*. et *ἀνεῖται* simpl. *ν* Hopp. Mosc. Par. 1. 2. 3.; duplicant vero Epit. et edd. rel. Fr.

P. 92. l. 8. τεταγμένον] Eustath. ad Il. l. l. p. 96. Bas. [p. 128, 17. Rom.], ubi h. l. refert, habet τεταμένον, quod probat Politus. At τεταγμένον habet idem ad Odyss. 5, 283. p. 225. in. [p. 1536, 34. Rom.] *) Tzsch.

P. 92. l. 9. προςβάλλοις] Ald. Hopp. — βάλοις. Mosc. Par. 1. 2. Med. 1. 2, — βάλῃς, quod recepit e Reg. *Breq.* Tum. *Τὸν δ' ἐξ Αἰθ.* sunt Hom. Od. *Ε*, 282. sq. Mosc. l. 14. ἴσον, haud recte. Fr.

P. 92. l. 14. ἴσον τῷ, ἀπὸ μεσημβρ.] H. l. repetit Eustath. ad Od. 5, 83. p. 225. med. Bas. (1536, 29.) paulo mutatum. De Solymis in Pisidia non collocandis idem, sed in universum, Strabonem exscripsit ad Il. 6, 184. p. 493. in. Bas. (655, 38. R.) **) Tzsch.

P. 93. l. 2. ὡς] ὃν Par. 2. 3. sed hic supr. al. m. ὡς. Med. 1. e corr. ὧν. In Ven. A. l. 4. deest τὸν. Verba Hom. sunt Il. *Γ*, 4. sqq., ubi cf. quae disputat *Heyn.* T. IV. p. 449. sqq. Mosc. πέτονται. Par. 1. et e corr. Par. 2. ποτῶνται. Med. 1. πετῶνται. Med. 2. πέτονται et e corr. ποτῶνται. Tum l. 15. μόνους deest in Esc. et κατήγαγεν in Med. 2. e corr. pro μετήγ. Fr.

De gruum migrationibus v. Aelian. Hist. Anim. 3, 23. et Eustath. ad Hom. l. l. [p. 371. Rom.] Tzsch.

[†] P. 93. l. 16. Καὶ τὸν περὶ τῶν Πυγμαίων λόγον] Non enim Pygmaeos collocant recentiores ad plagam meridionalem: sed vel in India, hoc est in Oriente, vel

---

*) Frequens confusio. Vid. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 266. et quos laudant *Schaefer.* ad Aristoph. Plut. ed. Hemsterh. nov. p. 509. *Ast.* ad Platon. Legg. T. II. p. 301. et *Boissonad.* ad Marin. Vit. Procl. p. 71. sq. H. l. praeferam τεταμένον. Sic antea ex Ephoro τὸ τῶν Αἰθιόπων ἔθνος παρατείνειν δοκεῖ — Paulo post τοὺς παρ' ὅλην τὴν ὠκεανῖτιν διατείνοντας — et τοῦ ὠκεανοῦ παρατείνοντος. †) De Libyae finibus cf. *Bredow.* in Unters. üb. alt. Gesch. u. Geogr. T. II. p. 351., qui *Gossellini* dissertationes vernacule reddidit. Fr.

†) Ita vereor, ne in Schol. Ven. ad Hom. Il. *P*, 263. pro διατακτικῶς ἐμφανίζων legendum sit διατατικῶς h. e. *latiore sensu*, et addendum Lexicis. De discrimine utriusque vocis dixerunt *H. Steph.* Thes. L. Gr. T. III. p. 1263. H. et *Schweigh.* ad Polyb. fragm. gramm. 38. T. V. p. 85., monente etiam *Schneid.* in Lex. Gr. s. h. v. Fr.

**) Stroz. Med. 2. Mosc. πλάσαι l. 15. pro πλάσας, sed hic corr. ας. V. quae de harum syllabarum confusione dixi in diss. de med. pent. syll. post *Spitzner.* lib. de Vers. Gr. Her. p. 367. Fr.

in Thracia: hoc est versus septentrionem. *) Strabo autem libro XVII. [T. VI. p. 621.] suspicatur, *τὴν μικροφυΐαν τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ φυομένων* huic fabulae de Pygmaeis occasionem dedisse. CASAUB.

P. 94. l. 8. *ὡς ἂν μεσημβρινοῦ κύκλου τμήματι ἀξιολόγῳ*] Docet obiter, sinum Arabicum esse *ὅριον ἄξιον*, quo dividi Aethiopia censeatur in duas: nam, si parum promineret versus septentrionem hic sinus, non recte eo videri posset Strabo Aethiopiam dividere: contrarium igitur probat. Idem supra de Nilo factum ab eo. Vocat autem Strabo stadiorum XV. millia *τμῆμα ἀξιόλογον* circuli meridiani. Meridianum circulum dividunt Astrologi, ut et Zodiacum, in gradus CCCLX. Horum graduum unicuique censuit Eratosthenes respondere in terris stadia DCC. Ptolemaeus vero ait D. Nos sequamur Ptolemaeum. **) Ex Ptolemaei igitur sententia stadia supra posita gradus efficient XXX. Jam si consideres, quotam meridiani circuli partem nostra *οἰκουμένη* obtineat, hoc est, quae sit ejus latitudo, videbis, merito gradus XXX. dici a Strabone ejus circuli *τμῆμα ἀξιόλογον*. Porro, quae ratio est trium ad XXXVI, ea etiam est horum XXX ad CCCLX. Sequimur autem lectionem vulgatam, quae etiam Aldi est, et quam plerique libri veteres habent. Auctor tamen Epitomae ***) pro *μυρίοις* legit *δισμυρίοις*. Sic erunt stad. XXV. M. pro XV. M. Sed haec profecto summa nimia est: quum etiam ea, quam sequimur, longe exsuperet dimensiones Ptolemaicas: quas si sequamur, non videtur hic sinus plus quam XX gradus obtinere, hoc est stadi. X. M. †) CASAUB.

[P] P. 94. l. 13. *τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν, ἣν ἐπέχει ὁ ἰσθμός*] Vox *ὁδὸς* etsi saepissime in hoc loquendi genere desideratur: tamen hic duriuscula videtur ejus

*) Quorum opiniones recenset *Tzschuck.* ad Mel. III, 8, 8. p. 361. sqq. FR.

**) De his rebus uberrime nuper exposuit *Ukert* in lib. Ueb. d. Art d. Gr. u. R. die Entfernungen zu bestimm. u. üb. d. Stadium. Vimar. 1813. 8. FR.

***) Ibi legitur *στάδια δισμύρια καὶ πενταισχίλια*. Natum videtur δις ex antecedente syllaba δια. Sic commutantur δις et δή: v. *Schaefer.* ad Apoll. Rhod. Schol. T. II. p. 68. idemque cum δέ: v. *Bast.* Epist. Crit. p. 75. et in Append. p. 51. FR.

†) P. 94. l. 4. *περὶ*]. *παρὰ* e corr. Med. 1. Tum l. 5. *τὴν ὠκεαν. διατείν.* invertit Mosc. *διατ. τὴν ὠκεαν.* FR.

ellipsis. *) Vocat autem iter trium aut quatuor dierum intervallum mille stadiorum: tot namque stadiorum fuit isthmus Arabicus: auctores Strabo et Plinius [V. 12.]: quamquam Posidonius **) CIↃIↃ ajebat. Vult igitur hic noster, iter terrestre unius diei esse vel stadiorum 333⅓ vel 250. Sic libro quinto [L. VI. T. II. p. 295.] intervallum, quod est a Tarante Brundusium, iter vocat unius diei: quum id intervallum stadiorum sit CCCX. Herodotus tantum CC. ἡ δὲ ὁδὸς, ait, ἡ ἡμερησίη ἀνὰ διηκόσια στάδια συμβέβληταί μοι. Locus est in Melpom. (c. 101.) Et ita Livius libro XXI. [c. 15.] *iter unius diei* dixit, pro eo, quod dixerat Polybius libro III. [c. 8.] διακόσια στάδια. Romani vero jurisconsulti longe humaniores, qui vicena millia passuum tantum, hoc est stadia 160. aut ad summum 166⅔ in singulos dies dinumerari jubent. Herodotus quoque Terpsichore [c. 55.] videtur significare, iter unius diei esse stadiorum centum et quinquaginta. Atque haec de itinere terrestri. Quid de marino? Marinus, ut refert Ptolemaeus [Geogr. I, 17.], CIↃ stadia navigationem unius diei esse statuebat. Aristides in Aegyptio [p. 360.] facile confici scribit, secundis spirantibus ventis, stadia mille et ducenta. Herodotus Melpom. hac de re sic scribit: νηῦς ἐπίπαν μάλιστα καὶ κατανύει ἐν μακρῇ ἡμέρῃ ὀργυιέας ἑπτακισμυρίας, νυκτὸς δὲ ἑξακισμυρίας. Ex hujus igitur sententia navis ἐντὸς νυχθημέρου conficit ὀργυιὰς quidem 130000, stadia autem 13000. Singula enim stadia orgyas continent 100, eodem Herodoto (II. c. 100.) teste. Polybius paullo ante [T. I. p. 68.] negabat, confici solere stadia CIↃ CIↃ uno die. Strabo libro X. [T. IV. p. 229.] testatur, ἀπὸ τῆς Κυρηναίας ἐπὶ τὸ Κριοῦ μέτωπον, Cretae promontorium, duorum dierum ac noctium esse πλοῦν: esse autem id intervallum ex sententia Eratosthenis stadiorum bis mille. Plinius autem

*) Malim referre ἦν ἐπέχει ὁ ἰσθμὸς ad verba praegressa τῆς κατὰ Πηλούσιον θαλάσσης. Sic Strab. L. XI. τὸν ἀπὸ Πηλουσίου ἰσθμόν. L. VII. T. II. p. 396. τὸ πορθμοῦ πᾶν, ὃ ἐπέχει τὸ στόμα τῆς Μαιώτιδος. Fr.

**) L. XI. T. IV. p. 362. Pos. fragm. ed. *Bak.* p. 118. ubi omissus est alius locus Strabonis L. XVII. T. VI. p. 545. Ὁ δὲ μεταξὺ ἰσθμὸς τοῦ Πηλουσίου καὶ τοῦ ῥυχοῦ τοῦ κατ' Ἡρώων πόλιν ἑνακοσίων μέν ἐστι σταδίων, ὡς δὲ Ποσειδώνιός φησιν, ἐλάττων ἢ χιλίων καὶ πεντακοσίων. V. *Tzschuck.* ad Mel. III, 8, 3. p. 292. Fr.

de eodem intervallo sic scribit (IV. c. 12.): *Ipsa* (Creta) *abest promontorio suo, quod vocatur Criu metopon, ut prodit Agrippa, a Cyrenarum promontorio Phycunte* CCXXV. M. *pass.* Haec semel annotare volui: quia in his libris toties harum rerum mentio reperitur. *) CASAUB.

P. 95. l. 1. *πᾶσαν τὴν Ἀσ.*] *τ. Ἀσ. π.* Mosc. Idem cum Stroz. Par. 3. Esc. et e corr. Med. 1. 2. l. 10. ante *τῶν πεντακ.* inserunt *ἀπό*, Ibid. Mss. Cas. Stroz. Par. 1. Eton. *Ἀραβικοῦ* pro *Ἀραβίου*, improbante *Breq.* qui utitur testimonio Steph. Byz. s. v. *Ἀραβία*. Rectius promiscuum utriusque formae usum agnoscit *Tzschuck.* ad Strab. T. VI. p. 327. **) FR.

P. 95. l. 8. *εἰ τὰς μὲν Αἰγυπτίους Θήβας ἤδει σαφῶς*] Aristoteles Meteorolog. libro primo c. 14. causam, cur Homerus Thebarum potius, quam Memphis, aut alius inferioris Aegypti urbis faciat mentionem, hanc affert, quod nimirum tunc recens adhuc illa Aegypti pars aggesta fuisset. Itaque, ait, vel omnino non erat Memphis, aut, si jam erat, non talis et tanta. CASAUB.

P. 95. l. 9. *σταδίους μικρὸν ἀπολείποντας τῶν πεντακισχιλίων*] Haec fere est totius Aegypti longitudo: qua de re tractatur libro ultimo [T. VI. p. 484.]. ***) Porro non conveniunt ista omnino Ptolemaei observationibus: ut nec alia quam plurima. Herodotus autem Euterpe (i. e. II. c. 9.) auctor est, ab Heliopoli, quae est ad caput *τοῦ* Delta, *ἀνάπλουν* ad Thebas stadiorum esse CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ IↃ CCCLX. †) CASAUB.

P. 95. l. 13. *ὁμωνύμως τῇ τοσαύτῃ χώρᾳ λεγόμενον*]

---

*) Cf. de seq. *οἱ χαριέστεροι Bredow.* l. l. T. II. p. 166. Tum l. 16. Med. 2. e corr. *τῶν πόλπων* pro *τὸν πόλπον*. FR.

**) Usitatius vero dicitur Straboni *Ἀράβιος*. V. L. II. T. I. p. 226. 262. 267. 322. 323. 346. 347. 353. L. XVI. T. VI. p. 440. L. XVII. p. 545. 550. 836. Vid. etiam *H. Steph.* Thes. Gr. L. Append. T. I. p. 524. Neque aliter saepius Diod. Sic. III, 38. Inconstans usus apud Ptolemaeum; frequentius tamen legitur *Ἀραβικός*. Sed hic scriptor omnium maxime critica manu in verbis et rebus eget. Paucula monuit *Tzschuck.* ad Mel. III, 8, 3. p. 289. FR.

***) Hinc *Gossell.* h. l. 4000 stad. legendum esse censet. FR.

†) Herodoti errorem, quod ignorabat *Schweigh.* T. V. P. I. p. 222., jam notaverat *Gossell.* ad h. l. Strab., scribendum esse jubens 6360 stad. FR.

Nam et regionem ipsam, et Nilum promiscue appellat poëta Aegyptum. Casaub.

P. 95. l. 15. *Ἡροδότου*] Lib. II. c. 5. *) Alm.

P. 96. l. 2. *προςαχθέντες*] Mosc. et al. m. supr. Par. 2. *προςταχθ.* Tum Med. 1. e corr. l. 5. et l. 6. *παρὰ* pro *περί.* Mosc. Med. 1. Par. 3. l. 7. *γίνεται πᾶσα* pro *π. γίν.* Iidem et Ven. A. Vat. A. B. Med. 1. Par. 2. l. 10. *τὸ φιλεῖδημον τοῦ ποιητοῦ καὶ τὸ φιλέκθημον* pro *τ. φ. κ. τ. φ. τ. π.* Deinde l. 17. post *εἰ* Med. 2. *δὲ* addit. Fr.

[†] P. 96. l. 9. *Προστίθητι οὖν*] Lego *Προστίθητε, Adde.* Ratio patet. **) Casaub.

καὶ τὸ φιλεῖδημον] Testantur summum sciendi quam plurima studium, quod in poëta fuit, cum alia, tum, quae de ejus morte *θρυλλεῖται*: cui fabellae similem postea confinxerunt alii de morte Aristotelis, qui fuit unus omnium maxime *φιλειδήμων*, *φιλομαθής*, ac *πολυμαθής*. Casaub.

P. 96. l. 10. *καὶ τὸ φιλέκθημον*] Apparet ex iis, quae de ejus vita narrat Herodotus. ***) Casaub.

P. 96. l. 14. *λέγων ῥητῶς τὰ ῥητὰ, καὶ σιγῶν*] Totus locus ita debet legi: *καὶ λέγων ῥητῶς τὰ ῥητὰ, καὶ σιγῶν τὰ λίαν ἐκφανῆ, ἢ ἐπιθέτως λέγων.* †) Hic unus est, inquit, qui, rerum quam plurimarum cognitione instructus, et disertim ea expressit, quae narratu videbantur digna: et ea, quae minus digna judicabat, aut omnino tacuit, aut *ἐπιθέτως*, id est per epitheta, indicavit: ut cum, verbi gratia, Nilum *διϊπετέα* appellavit, quod exemplum mox explicat Strabo: aut, quod magis est perspicuum, cum Thisben *πολυτρήρωνα* appellavit: et alia de genere hoc sexcenta. Casaub.

P. 96. l. 17. *πρὸς οὓς νῦν ἡμῖν ὁ λόγος*] *contra quos nunc jam dicemus*, vertit eruditus interpres. Deceptus est enim, dum non animadvertit, Aegyptios et Syros, quos hic ait Strabo, esse Cratetem et Aristarchum: quos, ait mirum esse, non intellexisse, quae scripsit poëta,

---

*) Eton. Par. 1. pro *προσπίπτοι* habent— *τοι*. Stroz. Reg. Med. 1. 2. *προσπίπτοι*, sed hic corr. post. Fr.

**) Vet. Intp. *adjicitur*. Vulg. tuitus est *Breq.* Haud bene, ut videtur. *Dutheil.* in vers. gall. secutus est *Cas.* Fr.

***) Wood. ex Il. 17, 263. in Aegypto Homerum fuisse putat. Negat de Marées t. 1. p. 188. Tzsch.

†) Sic Mosc. Par. 1. 2. 3. Vet. Intp. quod tacite reddidit *Dutheil.* Nihil mutavit *Breq.* Fr.

de ipsorum regionibus: Aegyptius est Aristarchus, qui Alexandrensis fuit. Syrum appellat Cratetem, qui erat Cilix. Nam Mallotes fuit: Mallos autem Ciliciae oppidum: Cilices vero *Σύρων ἐχόμενοι*, ait Appianus [praef. c. 2.] ac Strabo libro XVI. Notum est autem, quam late pateat Syrorum appellatio. Solet autem Strabo, ut et philosophus, eadem fere repetere in conclusionibus verba, quae initio disputationis posita sunt. Quare conferri ista debent cum illis [p. 81. sq.]: *φημὶ τοὺς γραμματικοὺς μηδὲ λέγοντος ἐκείνου αἰσθάνεσθαι, ἀπὸ Ἀριστάρχου καὶ Κράτητος.* Casaub.

P. 97. l. 1. *συνιῶσιν*] — *ἴασιν* Mosc. Med. 4. 2. et e Reg. recepit *Breq.* quod vel sine codd. fieri debebat. Tum l. 3. pro *οὐ τοῦ* Par. 3. *οὐ τὸ*. Med. 2. e corr. *αὐτοῦ*. Pro *ἠγνόησεν* Mosc. Ven. A. Vat. A. B. Stroz. Med. 1. 2. *ἠγνόει γε*, ut e Reg. edidit *Breq.* Haud immerito. Deinde l. 7. pro *οὐ δοκεῖ δὲ* Mosc. Ven. A. *οὐδὲ δοκεῖ*. ac l. 9. pro *μόνον* Mosc. Esc. Eton. *μόνους*. Med. 1. e corr. *μόνος*. Denique l. 13. supr. v. *ἀέννaον* ab al. m. in Par. 2. scriptum est *ἐπὶ τοῦ νείλου*. Fr.

P. 97. l. 3. *τὸ μὴ λέγειν, οὐ τοῦ μὴ εἰδέναι σημεῖόν ἐστι.*] Hoc saepe inculcat Strabo. Et tamen ipse quoque videtur disputare interdum: ut, cum paullo post negat, Indiam Homero cognitam fuisse, alioquin facturo aliquam ejus mentionem. Sed alia est ratio. Casaub.

P. 97. l. 7. *τοῖς ἐθελοκωφοῦσιν*] Hoc est, *ἐθελόντως κωφοῦσιν*. Hesychius [ubi cf. *Albert.* T. I. p. 1095.] (v. *ἐθελοκωφῶν*.) Elegans vox, qua etiam Clemens Alexandrinus usus est in sexto [p. 773. ed. Pott.] *Στρωματέων: καὶ οἱ φιλοσοφοῦντες τὰ Ἑλλήνων ἐθελοκωφῶσι τὴν ἀλήθειαν, ἐξευτελίζοντες τὴν φωνὴν τὴν βαρβάρων.* Casaub.

P. 97. l. 8. *Ὁ ποιητὴς τοίνυν διϊπετέας καλεῖ τοὺς ποταμούς*] Nunc ad Eratosthenem redit, et interruptam cum eo disputationem de Nilo repetit. Quaerebatur, an poëta *τὰ περὶ Νείλου* cognita habuisset: rationes, quibus adducebatur Eratosthenes, ut id negaret, supra evertit hic noster: nunc probat ita esse, ut ipse ait. Est autem subtilis haec Strabonis disputatio: cum enim Homero omnes fluvii sint *διϊπετεῖς*, profecto difficilis quaestio est, cur, si Nili naturam voluit indicare, hac voce fuerit contentus. Porro aliter hanc vocem interpretantur Grammatici. Hesychius [T. I. p. 995. ed. Alb. ubi cf. intpp.]: *διϊπετέος, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ποταμῶν ἀπὸ τοῦ*

Διὸς πληρουμένων χειμαρρόων, ἐπὶ δὲ τοῦ Νείλου, διαυγοῦς, διαφανοῦς, ἢ διαπεπετασμένου. Sed adi poëtae interpretes. *) CASAUB.

[β] P. 97. l. 12. *ἄλλως γὰρ ἂν τὸν χειμάρρουν*] Trifariam igitur haec vox usurpatur: unus modus est, cum de torrentibus dicitur, alius, cum de quibusvis fluviis, tertius, cum de Nilo. CASAUB.

P. 97. l. 15. *φελλοῦ σκιᾶς*] Legebatur *σκιὰν*. [Vat. A. B. Mosc. Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. sed Par. 2. *ᾶς* supr.] quasi vero umbra pondere cum subere comparetur. Suber est res levissima, qua ipsa cum aliquid adhuc levius dicerent, umbra suberis, rei levissimae, levius dixisse arbitror. Quo modo, cum fumus res sit vilissima, tamen humanae conditionis ut extremam vilitatem exprimeret, quidam *καπνοῦ σκιὰν* nos esse dixit, fumi umbram. Plutarchus de dicto Pindari, *ἄνθρωπος σκιᾶς ὄναρ:* Significanter (inquit) ac scite usus hyperbola, vitae humanae conditionem expressit, *παραμυθητικῷ πρὸς Ἀπολλώνιον*. [T. VI. p. 395. Reisk.] Compendia autem scribendi facile potuerunt efficere apud librarium incurium, ut *σκιᾶς* in *σκιὰν* mutaret. **) Certe *χρηστομάθειαι* e Strabone (quod compendium hujus geographiae usurpatur) *σκιᾶς* habent. et *λαγῶ* scripsi pro *λαγώς* ***), ut sit, quod requiritur, patrii casus. Scytala seu epistola Laconica quam fuerit exigua, aliunde disces. XYLAND.

Non est dubium, quin, qui hoc protulit, Pinda-

---

*) Schol. Harl. ad Odyss. *Δ*, 477., unde firmatur conjectura *Heynii* ad Il. *P*, 263. T. VII. p. 333. *Zenodorum* mutantis in *Zenodotum*. Hic plura dedit de vocabuli significatione varia, et h. l. et ad *Π*. 174. p. 171. Tum l. 9. Mosc. Esc. Eton. *μόνους* pro *μόνον*. Med. 1. e corr. *μόνος*. Ibid. pro *ἁπλῶς* Par. 1. 2. 3. Eton. Esc. Mosc. Med. 1. et e corr. Med. 2. Vet. Intp. *κοινῶς*, quod in textum migrare jussit *Breq*. Tuetur *ἁπλῶς* Schol. Ven. ad *P*. Deinde l. 10. pro *ὀμβρίμων* bene *Breq*. e Med. 1. (cui accedit Esc. Vet. Intp.) edidit *ὀμβρίων ὑδάτων*, provocans ad Aristoph. *νεφ*. v. 287. et *ὄρν*. 1592. Idem auctoritate sua stabiliunt Schol. Ven. et Min. ad *Π*. *διὰ τὸ ἀπὸ* (Min. *ὑπὸ*) *τῶν ὀμβρίων ὑδάτων πληρουσθαι τοὺς χειμαρρόους, ἢ διὰ φονους* (leg. e Min. aliisque *διαφανοῦς*). Nihil offensionis est in *ἀπό*, etsi L. XVII. T. VI. p. 486. legitur *ὑπὸ ὄμβρων θερινῶν πληρούμενον τὸν Νεῖλον ἤσθοντο*. FR.

**) V. *Bast*. Comment. Palaeogr. p. 755. sq. FR.

***) Ita Mosc. Med. 1. 2. sed hic post. corr. Bemb. *λογῳ*. Epit. *λαγῶ*. Scrib. *λαγώ*. FR.

ricum *) illud sit imitatus, *σκιᾶς ὄναρ ἄνθρωπος:* a quo parum differt Sophoclis illud in Antigone (v. 1184.) [al. 1154.] **)

— *ταῦτ' ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς*
οὐκ ἂν πριαίμην. — —

simillima enim hic quoque *ὑπερβολὴ ὑπερβολῆς.* Idem poëta Philoctete (v. 960.) [al. 946.]

Κοὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρὸν, ἢ καπνοῦ σκιάν.

Sed et Aeschylus prior dixerat *τὸ γὰρ βρότειον σπέρμ' ἐφημέρια φρονεῖ, ὃ πιστὸν οὐδὲν μᾶλλον, ἢ καπνοῦ σκιά.* Idem Aeschylus quoque in Agamemnone (v. 847.) *εἴδωλον σκιᾶς* dixit,

— *εὖ γὰρ ἐξεπίσταμαι*
Ὁμιλίας κάτοπτρον, εἴδωλον σκιᾶς
Δοκοῦντας εἶναι κἄρτα πρευμενεῖς ἐμοί.

CASAUB.

P. 97. l. 16. *ἐλάττω δ' ἔχειν γῆν τὸν ἀγρὸν*] Longinus *περὶ ὕψους* (Sect. XXXVII. §. 10. ed. Tollii) hoc ex aliquo comico sumptum esse indicat. *ὅθεν,* inquit, *καὶ τὰ κωμικὰ, καίτοι γ' εἰς ἀπιστίαν ἐκπίπτοντα, πιθανὰ διὰ τὸ γελοῖον, ... ἀγρὸς ἔσχ' ἐλάττω γῆν ἐπιστολῆς Λακωνικῆς.* ***) CASAUB.

P. 98. l. 7. *ὡς παραμεμυθεύμεθα*] Vett. codices *παραμεμυθεύμεθα.* †) Est autem *παραμυθεῖσθαι* verbum rhetorum et grammaticorum: illis significat, mollire id, quod durius dictum videri poterat: his, excusare, quod male dictum poterat videri. Eustathius [ad Odyss. *Δ.* p.

---

*) Pyth. VIII, 136. ubi cf. *Boeckh.* T. I. P. II. p. 94. Pind. respicit Suid. T. I. p. 236. T. II. p. 20. T. III. p. 759. FR.

**) Apud Eustath. h. l. legi monet *Erfurdt.* Athenaeum addere poterat, quod monuit jam *H. Steph.* Thes. L. Gr. T. III. p. 865. *Tzschuck.* citat Erasm. Adag. p. 462. FR.

***) Vid. *Toup.* ad Long. l. l. p. 440. ed. Weisk. et *Valcken.* ad Theocr. Adoniaz. p. 256. quorum uterque aliam versus efformandi rationem iniit. Vocabula *τὸν ἀγρὸν* parenthesi includunt. *Villebr.* „Expunge hanc gloss." Minime gentium. Epit. *ὁ ἀγρὸς γῆν ἔχει Λακων. ἐπιστ. ἐλάττονα.* FR.

†) Sic Mosc. Par. 1. 2. 3. Med. 1. Esc. sed Par. 2. al. m. supr. *παραμεμυθήμεθα.* Med. 2. *πεπαραμυθεύμεθα* et e corr. *παραμεμυθήμεθα. Cas.* secutus est *Breq. Tzschuck.* laudat *Hemsterh.* ad Lucian. T. I. p. 208. Bip. [T. I. p. 27. Reitz. Addo *H. Steph.* Thes. L. Gr. T. II. p. 985.] et *Locell.* ad Xenoph. Ephes. p. 153. Strabo L. XIII. T. V. p. 406. *Παραμυθοῦνται δὲ τὴν ἀπὸ μικρῶν ἐπίληψιν.* FR.

1484, 45. Rom.] de Strabone: *ὁ δ' αὐτὸς γεωγράφος παραμυθούμενος καὶ τὰς ἐν τοῖς τοιούτοις ἀμφιβολίας.* [Idem de Homero ad Il. γ. in. p. 371, 3. *Ἀκύρως εἰπὼν — παρεμυθήσατο τὴν τόλμαν.*] Hinc apud Gellium (XIX. 8.) *τὸ ἀπαραμύθητον.* Idem (XII. 2.) *deprecari* hoc sensu dicit, ut de Seneca loquens, *rugator* (ait) *Ciceronis errores deprecatur.* CASAUB.

ἐπὶ τῷ διϊπετῆς] Verba haec non agnoscunt libri veteres, et videtur glossema. *) CASAUB.

P. 98. l. 12. *καίτοι φήσας ἀφῖχθαι*] Alcaeus odio tyrannidis, aut potius a tyrannis pulsus, Lesbo insula cessit: videtur autem tunc venisse in Aegyptum: atque hanc navigationem suam ipse carminibus descripserat, ut docent nos Grammatici. **) CASAUB.

P. 98. l. 15. *Ὁ γὰρ ἱστορῶν οὕτω*] Par. 2. supr. γρ. *αὐτὸ*. Par. 1393. *αὐτῷ* habet. Vet. Intp. *Is enim de Pharo sua tempora posteritati commendans, magis quam fama comm. dixit. Dutheil.* in vers. gall. patrocinatus est novae lectioni *αὐτῷ* eamque expressit. Quod sane non prorsus abhorret a superioribus p. 79. *τίς ἂν ἢ τοὺς ἀγγέλλοντας αὐτῷ ποταμὸν Λίγύπτιον — καὶ Φάρον ὑπολάβοι μὴ γνωρίζειν ταῦτα, ἢ γνωρίζοντας μὴ λέγειν, πλὴν εἰ μὴ διὰ τὸ γνώριμον;* Post *μᾶλλον* ignorat *δὲ* Par. 3. FR. ***)

---

*) Ignorant Mosc. Par. 1. 2. 3. Eton. Esc. Vet. Intp. sed Par. 2. habet *τῷ διϊπετῆς* supr. ut gloss. Desunt *τῷ διϊπετῆς* in Med. 1. 2. sed hic add. post. *Breq.* habet, sed glossema putat. FR. Respicit h. l. Eustath. ad Odyss. 4. 477. p. 181. (1505, 50.) TZSCH.

**) Cf. Porphyr. et Acron. ad Horat. Od. II, 13. et *Burette* in Mémoir. de l'Académie — de Paris T. XIII. p. 210. sqq. FR.

***) Breq. quid proficiat *ἡ* in *ἦ* mutando, aut in quam sententiam hoc accipi possit, non intelligo. Est autem *ἀνανταπόδοτον* in hunc modum e seqq. supplendum: *ὁ γὰρ ἱστορῶν οὕτω — οὐκ ἂν ἐπὶ τοσοῦτον διεψευσμένος εἴη.* Loca similia *ἀνακόλουθα* alibi etiam in Strab. occurrunt. Sic infra p. 125. post *εἰ δ'*. T. IV. p. 444. *ἀλλ' ἡ δόξα τοῦ ὄρους.* T. V. p. 114. sq. *Τὸν Τάναϊν — Τανάϊδος ἔδει.* Verba h. l. *διότι μὲν — ἡμερήσιον* non pendent ab *ἡ κοινὴ φήμη*, sed ab *οὐκ εἴη διατεθρυλλημένη.* Hac ratione sententia loci hujus cum isto p. 80. convenit. PAETZ.

Falc. ad h. l. *διότι* in *ὅτι* mutandum esse censet. Optima profecto medicina! — FR.

De Phari distantia cf. Palmer. Exercitt. in auct. Gr. p. 478. et Belley sur la distance du Phare au continent — in hist. de l'acad. — de Paris. T. 18. p. 187. sqq. TZSCH.

P. 99. l. 1. *διότι μὲν τότε*] Apparet deesse aliquid. CASAUB.

P. 99. l. 3. *ἐψευσμένως*] Deest in Par. 4. Tum l. 5. pro *ἐξ ὧν συνθεὶς* malit *Dutheil. συνεὶς*, nullo successu. Sic Polyb. XXVIII, 15, 14. *τότε τε τελέως οἱ περὶ τὸν Δείνωνα συνέθεσαν ἐν κακοῖς μεγάλοις εἶναι τοὺς Ῥωμαίους*, ubi cf. *Reisk.* et *Schweigh.* T. VII. p. 645. et Lex. p. 603. Strabo L. II. T. I. p. 311. *ἡ διάνοια ἐκ τῶν αἰσθητῶν συντίθησι τὰ νοητά*, ubi cf. *Casaub.* p. 178. ed. Alm. Apud Demosth. de fals. legat. p. 385. Reisk. variatur inter *ἀσυνθετώτατον* et *ἀσυνετώτατον*, ubi prius praeferas auctore Harpocrat. s. h. v. p. 31. ed. Gron., quem exscripsit Suid. T. I. p. 362. Deinde l. 6. Med. 2. *πλέονι τότε* pro *πλέον ἢ τ.*. FR.

[P] P. 99. l. 9. *οὐκ ἀγνοίας χάριν*] *χάριν* causam finalem notare solet: hîc magis efficientem. CASAUB.

P. 99. l. 10. *περὶ τοῦ Πρωτέως*] Veterum narrationes de Proteo recenset Sprengel. in Beyträg. z. Gesch. d. Medic. T. I. P. I. p. 48. sqq. TZSCH. *)

P. 100. l. 6. *Ἐπεὶ δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς πλάνης*] Hîc iterum interrumpit Strabo disputationem adversus Eratosthenem: inserit enim quaestiones aliquot eiusdem argumenti, non tamen ab Eratosthene tantum, sed aliis quoque multis tractatas. Prima est, De Menelai erroribus. **) CASAUB.

P. 100. l. 9. *ταῦτά τε διαστεῖλαι*] Libri veteres ***)

---

*) Par. 3. *παρὰ* pro *περὶ* idemque l. 12. *καὶ* inserit ante *τῶν τοπ.* Mosc. Med. 1. 2. Par. 3. l. 14. invertunt *φησὶν ὕδωρ* pro *ὕ. φ.* Verba *Ἐν δὲ λιμὴν* sunt Hom. Od. Δ, 358. sq., ubi *τ'* deest in Med. 1. 2. Par. 3. Mosc. Ald. Hopp. et edd. Hom. *ἀπὸ* pro *ἐπί*. Tum Par. 1. Med. 2. Ald. Hopp. *ἀφυσάμ.* simpl. *σ*. Denique l. 17. Ald. Hopp. *ὑδρεῖον* pro — *ἰον*, Vet. Intp. *scaturiginem;* et pro *ὑδρείαν* Mosc. — *εἶαν*; Ald. Hopp. — *ἶαν*, ut Reg. ap. *Breq.*, qui citat de discrimine Schol. ad Aristoph. Vesp. v. 921. et Suid. Vet. Intp. *aquationem.* Vid. supr. ad p. 63. l. 9. FR.

**) Mosc. Par. 3. Med. 1. *τῆς πλάνης τῆς Μεν.* pro *τοῦ*. FR.

***) Mosc. Par. 2. 3. Esc. et e corr. Med. 1. sed Par. 2. *διαστεῖλαι* al. m. supr. Vet. Intp. *praecidamus. Breq.* e Reg. scripsit *διαστῆσαι*. Utriusque confusio vocis reperitur Strab. T. II. p. 96. 123. et ap. *Coray.* ad Theophr. p. 304. De signif. v. *διαστεῖλαι* cf. *Steph.* Thes. L. Gr. T. III. p. 1001. Intpp. ad Hesych. T. I. p. 968. Tum l. 11. *φησὶ δὴ* pro *φ. δὲ* Par. 2. 3. Med. 1. 2. sed Par. 2. al. m. supr. *δέ*. In vss. Hom. *ἦ γὰρ πολλὰ* Odyss. Δ, 81*4* sqq. Mosc. *πάθον*, sed supr. — *θὼν*

habebant διαστῆσαι. Sed διαστεῖλαι legendum, quae vox significat distinguere et enodare, quae erant implicita. Sumptum a rationibus. Inde *Diastolei* in lege 4. Codd. de tabulariis, scribis, logographis et censualibus. διαστίζειν tamen pro διαστέλλειν usurpant saepius Graeci Jurisconsulti. CASAUB.

P. 101. l. 1. *Ζητοῦσι δὲ*] Tria proponit, de quibus solet quaeri hoc loco. Primum est, Quinam isti sint Aethiopes, ad quos venit Menelaus, et quomodo ad eos venerit. Alterum, Quinam sint isti Sidonii. Tertium, Qui isti sint Erembi. Has quaestiones eodem, quo hic proponit, ordine tractabit. CASAUB.

P. 101. l. 3. *οὔτε τοῦ Νείλου τοὺς κατ.*] Manuss. [Par. 1. Eton. Vet. Intp. et al. m. supr. Par. 2. Mosc. Probat *Breq.* FR.] *τοῦ Νείλου.* CASAUB.

τοὺς καταῤῥάκτας ἦν διελθεῖν ναυσὶ] Neque enim fuere naves Menelai plicatiles, ut humeris gestari possent, quod in illis locis fieri solebat. Plinius (v. c. 9.) *Ibi Aethiopiae conveniunt naves: namque eas plicatiles humeris transferunt, quoties ad catarractas ventum est:* vel pactonibus, de quibus Strabo lib. XVII. [T. VI. p. 609.] CASAUB.

[P] P. 101. l. 5. *οὐ γὰρ ἂν τὸ γένος προθεὶς*] Lege cum MSS. [Med. 1. Esc. Mosc. Vet. Intp., ut dederat *Breq.* e Reg. In Med. 2. προσθεὶς. FR.] προθεὶς. *) *Γένος* autem et εἶδος minus proprie pro ὅλον et μέρος. **) CASAUB.

P. 101. l. 11. *οἱ μὲν δὴ πλεῦσαι φήσαντες*] *ἀντὶ τοῦ, Τῶν μὲν δὴ φησάντων.* CASAUB.

Refert h. l. Eustath. ad Hom. Od. 4, 84. p. 151. Bas. (1484.) TZSCH.

P. 101. l. 12. *οἱ μὲν περίπλουν*] Haec fuit Cratetis sententia, qui, ut supra vidimus, verba poëtae cona-

---

Dein l. 15. verba ἐπαληθεὶς — Ἐρέμβους desunt in Par. 3. FR.

*) Probat προθεὶς etiam Wessel. ad Diod. Sic. I, 2. p. 5. TZSCH.

**) Prorsus eadem, qua Strabo, locutione usus est Schol. Villois. ad Hom. Il. Ψ, 743. *το δε εἰδος εἰπων, το γενος επηγαγεν. N, 47. προταξας γαρ το γενικον, το εἰδικον επηνεγκεν.* In Strab. pro ἐπήνεγκε Par. 1. Eton. exhibent ἐπήγαγε. Vet. Intp. *addidisset.* Quod l. 10. *πεφαλαίων* pro *κεφαλαίων* legitur, error est solius ed. Sieb. Tum l. 15. *ἴτεα* Par. 2. al. m. supr. *ἴτια*, idemque l. 16. *Ἀράβιον* al. m. supr. — *ικόν.* FR.

batur iis accommodare, quae mathematici de terrae forma disputant. Quare hìc quoque, cum vulgo quaereretur, qua ratione Menelaus in mari Aegyptiaco errans ad Aethiopas pervenisset, respondebat Crates, Menelaum, egressum e mari nostro in Atlanticum, facile ad Aethiopas potuisse pervenire: atque hoc, secutus mathematicos, dicebat. Iis enim placet, mari Atlantico cingi terram, ita ut a Gadibus, non ad Aethiopas tantum, sed ad extremos etiam versus Orientem Indos navigari queat. CASAUB.

P. 102. l. 1. *οὐχ ὡς ἀδύνατος*] *οὕτως ἀδ.* Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc. Eton. Stroz. B. Vat. A. B. Vet. Intp. Tum l. 2. *οὐδ'* deest in Mosc. Par. 1. 2. Eton. Med. 1. 2. Vet. Intp. Pro *εἰσάγοιτο* l. 14. Med. 2. e corr. *εἰςάγοι* et ignorat *λέγω*. Denique l. 18. *πλωΐμος* per *ō* Mosc. Ald. Hopp. FR.

P. 102. l. 3. *οὔτε πρὸς τὰς ὑποθέσεις τὰς μαθηματικὰς*] Strabo lib. III. [T. I. p. 421.] de iisdem Ulyssis erroribus loquens, *Ὥςτε οὐκ ἀπίθανον ἐποίησε τὸ πλάσμα, οὔτ' εἴ τινες αὐταῖς τε ταύταις ταῖς ἱστορίαις πιστεύσαντες, καὶ τῇ πολυμαθίᾳ τοῦ ποιητοῦ, καὶ πρὸς ἐπιστημονικὰς ὑποθέσεις ἔτρεψαν τὴν Ὁμήρου ποίησιν, καθάπερ Κράτης τε ὁ Μαλλώτης ἐποίησε, καὶ ἄλλοι τινές*, qui locus istum explicat. CASAUB.

P. 102. l. 6. *φήσαντα, ὅτι ἀπὸ*] Aut librarii est error, aut lapsus memoria Strabo. Non enim Menelaus de se, sed hoc de ipso narrat Nestor Telemacho. Odyss. γ. 299. XYLAND.

Malim *φήσαντος*, scilicet *τοῦ ποιητοῦ*. [Vet. Intp. *cum dicat.*] Non enim profecto lapsus est hìc memoria Strabo, quum mox recte dicat, *φησὶ γὰρ ὁ Νέστωρ*, cujus etiam sunt ista, ut recte animadvertit Xylander. CAS.

P. 102. l. 16. *τὸν δὲ ἐπιχειρήσαντα ποιῆσαι Σέσωστριν*] Dissentit ab Herodoto. Is enim alias quidem fossas et dioryges omnes a Sesostride fuisse effossas auctor est, sed de ea, quae ad mare Rubrum ducebat, ne *γρὺ* quidem: et e contrario ejus effossionem tribuit libro secundo (c. 158.) alii regi, qui multis post Sesostrin annis vixit. Verba ejus sunt: *Ψαμμητίχου δὲ Νεκὼς παῖς ἐγένετο, καὶ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου, ὃς τῇ διώρυχι ἐπεχείρησε πρῶτος τῇ εἰς Ἐρυθρὰν θάλασσαν φερούσῃ, τὴν Δαρεῖος ὁ Πέρσης δεύτερα διώρυξε.* [cf. *Wessel.* ad h. l.] Idem apud Diodorum [L. I. c. 33. ubi v. *Wessel.* T. I. p. 39.] quo-

que leges. Sed sequitur Strabo cum hîc, tum lib. ultimo, eosdem auctores, quos Aristoteles, apud quem (Meteor. I. cap. 14. in fine) eadem pene verba reperies. Sed plura de his lib. XVII. [T. VI. p. 551.] *) CASAUB.

[P] P. 102. l. 17. *μετεωροτέραν ὑπολαβόντα*] Vide Aristotelem Meteorolog. libro primo capite ultimo. CAS.

P. 103. l. 1. *ἀλλ' εἰκάζει* **) *ὁ Ἐρατοσθένης*] An hoc commentus est Eratosthenes, ut Homero patrocinaretur? minime gentium. Sed Eratosthenis ita sentientis auctoritate utebantur, qui poëtae verba ita interpretabantur. [Eratosth. fragm. ed. *Seidel.* p. 33. sqq.] Verum de hac Eratosthenis opinione plura infra hoc libro. CAS.

P. 103. l. 9. *Ἴσως δ' ὁ ποιητὴς*] *Εἰρωνευόμενος* haec dicit Strabo. Legendum autem *εἴη πεποιηκὼς* vel *πεποίηκεν* ***) et mox *ναυστολεῖ*, ut habent vett. quidam libri: alioquin hiulca manet sententia. Locus mihi valde suspectus, et initium sententiae depravatum esse suspicor. CASAUB.

Si autem vertitur: *Pariter poeta* etc., omnia sunt plana et expedita. Vult Geographus demonstrare, ex

---

*) *Gossell.* ad h. l. fieri potuisse ait, ut bis idem conatus fuerit repetitus. Uberius sententiam suam exposuit in *Recherches sur la Géogr. des Anc.* T. I. p. 201. sq. FR.

Planudes in Excerptis: *Ὅτι Σέσωστρις ἐπεχείρησε διατεμεῖν τὸν μεταξὺ Αἰγύπτου καὶ Ἀραβικοῦ* [f. add. *κόλπου*] *ἰσθμόν. ἀπέστη δὲ τοῦ μὴ κατακλυσθῆναι τὴν Αἴγυπτον* [f. leg. e Diod. *αἴτιος μὴ ἰσόμενος τοῦ π.*], *φαμένων τινῶν, μετεωροτέραν εἶναι τὴν τῆς Ἀραβικῆς θαλάττης ἐπιφάνειαν, ἢ τὴν τῆς καθ' ἡμᾶς. Ὕστερον μέντοι ὁ Πτολεμαῖος ὁ...* [suppl. *δεύτερος* e Diod.] *ἀπὸ τοῦ Νείλου πρὸς τὸν κόλπον διώρυγὴν τριήρεσι πλωτὴν πεποίηκεν.* SIEBENK.

**) H. l. *γὰρ* addit Med. 2. Tum l. 3. voci *συνάπτειν* in Par. 2. ab antiq. m. superscr. *κατὰ τὸν νῦν ἰσθμὸν* et supr. *ἐκρήγματος* l. 5. *τοῦ κατὰ τὰς στήλας.* FR.

***) Sic Eton. Esc. Vet. Intp. et supr. *καὶς* habent Mosc. Par. 2. Med. 2. — *πλεῖν.* Tum *ναυστολεῖ* Mosc. Esc. Eton. Par. 3., quod *Breq.* recepit e Reg. Vet. Intp. *classe transisse.* Sed *ὡς* l. 10. deest Mosc. Ven. A. Par. 3. Esc. Vet. Intp. postea add. in Med. 2. Deinde l. 17. *παρατεθεὶς* pro — *τεθεὶς* Par. 3. Med. 2. Recepit e Reg. *Breq.* Mire factum. Post *δηλοῖ* addunt *καὶ πείρατα γαίης* Mosc. Esc. Eton. Med. 1. 2. Par. 3. Ven. A. Vet. Intp. qui versum, nescio quem, hic esse suspicatus vertit: *Adductus Zephyrus declarat et ultima terrae.* Admiserat haec verba in textum *Breq.* e Reg. *Dutheil. ce qu'il ajoute du Zéphyr.* FR.

Homero nec affirmari posse, quod belli Trojani tempore fretum Herculeum jam extitisset, nec quod Africa cum Europa freto divisa fuisset. SIEBENK.

P. 103. l. 13. *ἀλλὰ καὶ — αἰνίγματος πλήρη* *)] Penzel [Vers. Germ. T. I. p. 395.] totum locum glossema ratus, omisit, non absque veri suspicione. Sed Geographus alio exemplo probare conatur, Homerum regiones extra *στήλας* sitas nosse: propterea vaticinium [Hom. Od. *Δ*, 536. cf. supr. T. VII. p. 177.] Protej profert, quo Menelaum in *Ἠλ. πεδ.* migrare debere ait, quod occidentem versus esse debeat. SIEBENK.

P. 103. l. 16. *Ποῖα οὖν, καὶ ὅτι ἐσπερίων τινα λέγει*] *ποῖα*, videlicet ista *πείρατα* sint: sed legere malim, *Ποῖα οὖν; Καὶ.* Nam apud Grammaticos *τὸ καὶ* saepe sic usurpatur. CASAUB.

P. 104. l. 4. *εἰ δ' οὖν καὶ σύῤῥουν ποτὲ ὑπ.*] Apparet ex istis, cum iisdem disputare nunc Geographum, quibuscum ante de Aethiopiae divisione Homerica actum est. Docet, eos *ἀκατάλληλα* loqui, dum isthmi istius *σύῤῥοιαν* invehunt: et tamen quaerunt, quo modo Aethiopes orientales ac occidentales *διχθὰ* esse divisos dixerit. CASAUB.

P. 104. l. 7. *τίς δὲ καὶ χρηματισμὸς*] Nam Menelaum *χρηματισμοῦ χάριν* errasse magnam partem octo annorum, significant ista poëtae, ut paullo ante dictum est: *ὡς ὃ μὲν ἔνθα πολὺν βίοτον καὶ χρυσὸν ἀγείρων.* Male haec accipiunt interpretes. **) CASAUB.

P. 104. l. 12. *οὐδενὸς — εὐπορία*] V. Huet. hist. du

---

*) In Vet. Intp. deest h. l. *γὰρ*, cujus loco *δ'* habent Bemb. Par. 1. 2. sed hic supr. corr. Verba *αἰνίγματος πλήρη* Vet. Intp. reddit: *ambigui plena sermonis et aenigmatis. Breq.: allegoriis plena. Dutheil.* graecum vocabulum retinens praefigit in parenthesi haec: *mais suivons - nous Eratosthène?* quanquam, quid Strabo sibi voluerit, vix erui posse confitetur. FR.

**) Ibid. l. 9. pro *καίτοι γὰρ* Mosc. Ven. A. Esc. Par. 2. 3. et e corr. Med. 1. *ἅμα μὲν γὰρ*, sed Par. 2. al. m. supr. *καίτοι θ.*, ut Par. 1. *Breq.* e Reg. dedit *ἀλλὰ μὲν γάρ.* De confusis vocabulis *ἅμα* et *ἀλλὰ* cf. *Bast.* in Commentat. Palaeogr. p. 724. et quos laudat *Schaef.* in nota. Verba *χρυσοῦ τ' ἠλέκτρ.* sunt Hom. Odyss. *Δ*, 73. Tum l. 9. *βασιλέων* Par. 2. et e corr. Med. 1. pro — *εἰων.* Post *νὴ Δία* demum l. 14. interpungunt Par. 1. 2. Vet. Intp., et Med. l. 2. *πρὸς ἣν* pro *προσήν.* FR.

commerce c. 14. p. 61. sq. et ad Mel. 3, 9, 17. [p. 384. et 401.] Bochart. praef. ad Phaleg. et 3, 7. Tzsch.

P.] P. 105. l. 2. *εἰδὼς δὲ ἐμέμνητο ἄν*] Si notam habuisset Indiam, ejus meminisset. Hoc genus argumenti quam sit infirmum, et dixit jam bis, et iterum ac saepius repetet Strabo. Casaub.

τὴν δ' Ἀραβίαν] Dictum est, ut (Virg. Aen. I. v. 5--.) *Urbem quam statuo, vestra est.* Nam planius erat *Ἡ δὲ Ἀραβία.* *) Casaub.

P. 105. l. 4. *καὶ ἡ πόλις αὐτῆς*] Carnam sive Caranam [L. XVI. T. VI. p. 591.] urbem Arabum maximam videtur significare. Sed de Arabia felice et Scenitis libro XVI. [T. VI. p. 292. sqq.] **) Casaub.

Sed Scenitae Arabes nequaquam in urbibus habitabant. ***) Vid. Abulfaragium de moribus Arabum, et ibi Pocockii notas. *Πόλις* h. l. est civitas, ut Tullius *concilia coetusque hominum jure sociatos.* IV. Academ. 137. Breq.

P. 105. l. 11. *ἐμπόρῳ μὲν καὶ καμηλίτῃ*] Camelis *δρομάσι*, quos vocant Latini dromedarios, utebantur illarum regionum mercatores ad merces comportandas: unde *καμηλίτης* et *καμηλέμπορος* saepe Straboni idem sonant. Casaub.

P. 105. l. 16. *οὔθ' οὕτω τελέως ἄβιος*] Non ita ab omni cultu alieni, ceu Nomades aliqui, quos poëta *ἀβίους* vocat. †) Nam poëtae locum respicit. Vide in VII. [T. II. p. 360.] Casaub.

---

*) V. *Dorvill.* ad Charit. p. 593. ed. Lips. Fr.

**) Par. 1. Eton. l. 6. *εὔρατο* pro *εὕρετο*. De utraque forma satis monuerunt, quos laudat Matth. in Gr. Gr. p. 231. Add. *Lobeck.* ad Sophocl. Aj. 262. *Sturz.* ad Maitt. de dial. p. 65. et de dial. Alex. p. 62. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. XIII. p. 88. *Tzschuck.* ad Strab. T. V. p. 133. — Tum l. 8. *οὖν* deest Par. 3. post. add. in Med. 1. Denique l. 15. supr. *Αἰθιοπες* in Par. 2. vet. m. scripsit *Αἰθιόπων.* Fr.

***) *Penzel.* l. l. p. 396. ablegat ad *Bochart.* Phaleg. L. II. c. 22. et Scenitarum urbem pulchre describi ait a Philipp. a S. S. trinitat. L. II. c. 5. Add. *Mannert.* Geogr. T. VI. P. I. p. 195. sqq. *Dutheil.* vero legendum censet vel *αἱ πόλεις αὐτῆς* vel *ἡ πολλὴ αὐτῆς.* Fr.

†) Vereor, ne malo in Homero intellexerit auctor hanc vocem. *Ἄβιος* Harpocrationis Antiphonti est *ὁ πολὺν βίον κεκτημένος.* Villebr.

Dutheil. nimis urgere putat h. v. *Casaubonum* et vertit *tellement dépourvus de tout.* Fr.

P. 106. l. 6. *Καὶ δὴ καὶ τὸν πλείω χρόνον*] Expensis et explosis aliorum sententiis, nunc suam ipse profert interpretationem. *) CASAUB.

P. 106. l. 13. *τοιαύτην ὑπηγόρευον ἐλπίδα*] *ὑπαγορεύειν* et *ὑπογράφειν* verba sunt Straboni admodum familiaria, idemque significant: innuere videlicet aliquid et ostentare, etiam si verbis id non fiat. Polybius (Exc. leg. 1.) [VII, 2, 3. T. II. p. 585. Schwgh.]: *Ἀννίβας δὲ τοὺς περὶ Πολύκλειτον καὶ Φιλόδημον ἀποδεξάμενος φιλανθρώπως καὶ πολλὰς ἐλπίδας ὑπογράψας τῷ μειρακίῳ.* Diodorus Siculus libro XIX. [c. 46. ubi vid. *Wessel.* TZSCH.] *Καὶ μεγάλας ὑπογραφόντων ἐλπίδας ἐξαπατηθεὶς κεναῖς προσδοκίαις ἦλθε πρὸς Ἀντίγονον.* Sic fere *καταγράφειν* usurparunt, ut in loco veteris scriptoris apud Suidam in *κατέγραφον* [T. II. p. 272. Küst.]. CASAUB.

[Γ] P. 106. l. 15. *οὐχ ὅτι μέχρι τῶν ὅρων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ*] Lege quae sequuntur: facile intelliges, mentem Strabonis hanc esse, dici Menelaum venisse in Aethiopiam, non quod eam esset ingressus, aut in eam penitus venisset: sed quia ad Aethiopiae fines accesserat, quod ei non fuit difficile, qui Thebas jam venisset: fines enim Aethiopum non procul absunt Thebis. Haec omnino mens est Strabonis. Quare non dubito, locum hunc esse depravatum et aliquot verbis mutilum. Lego: *οὐχ ὅτι εἰς τὴν Αἰθιοπίαν τῷ ὄντι ἀφῖκτο, ἀλλ' ὅτι μέχρι τῶν ὅρων τῶν πρὸς Αἰγύπτῳ.* Potuere Strabonis verba alia esse; sententia, opinor, non fuit alia. **) CASAUB.

P. 107. l. 4. *ὁ οὖν εἰς Θήβας ἀφιγμένος*] Cum constet, Menelaum Thebas venisse, nam id expressis verbis Homerus ait, cum inquam hoc constet, quid mirum, si

---

*) Verba l. 4. *Τόν ποτε κτλ.* sunt Hom. Il. *Δ*, 20. sqq. ubi cf. *Heyn.* T. VI. p. 118. sq. qui Strabonis oblitus est. Ven. A. habet *πεύθεται* pro — το et Mosc. distincte *Κύπρον δὲ*. Tum l. 11. pro *πορίζεσθαι* Mosc. Par. 3. Med. 1. 2. Eton. Vet. Intp. Ald. Hopp. *πορίσασθαι*, quod *Breq.* laudabiliter e Reg. recepit. Med. 2. l. 13. *πόρρωθεν* pro *πόρρω*. FR.

**) Legam *οὐχ ὅτι μὴ μέχρι τ. ὅ.* i. e. nonnisi ad fines usque. Sic infra etiam p. 133. ante *μιᾶς* et p. 437. ante *μελαίνας* olim *μὴ* omissum erat. PAETZ.

Dutheil. vertit: *Si donc M. est dit avoir été en Aethiopie, c'est qu'il aura été jusqu'aux frontières.* „Nil mutandum est." *Villebr.* ait. FR.

De Aethiopibus h. l. e Strabone affert Eustath. ad Odyss. 4, 84. p. 51. sq. [p. 1484, 42. Rom.] TZSCH.

quis dicat, Menelaum, favore et auxilio cum reliquorum Aegyptiorum, tum regis ipsius, ad fines Aethiopiae, aut etiam in ulteriora ejus regionis, postea venisse? Nam de studio illorum hominum erga Menelaum non sinit nos dubitare poëta, quibus et quantis donis ab iis fuerit affectus, commemorans. Potuit ergo curare rex, qui Menelaum excepit, ut ipse ad Aethiopiae fines deduceretur. Porro qui vel extremos fines alicujus regionis adierunt, ii postea se regionem ipsam adiisse gloriari solent: falluntur autem, qui *βασιλικὴν ξενίαν* de Aethiopibus accipiunt. *) CASAUB.

P. 107. l. 10. *ἐπ' ἰσχατιᾶς γὰρ ἱδρύσθαί που λέγει*] Homeri verba [Od. *I.* 182.]

Ἔνθα δ' ἐπ' ἰσχατιῇ σπέος εἰδομεν. **)

CASAUB.

P. 107. l. 14. *ὁ κατὰ τὴν Ἀρδανίαν λιμὴν*] Ptolemaeo libro IV. [c. 5. p. 252. ed. Erasm.] *Ἀρδανὶς ἄκρον*. Apud Strabonem libro XVII. [T. VI. p. 698.] perperam *Ἀρδανάξης*. Ibidem lege de portu Menelao. CASAUB.

P. 107. l. 15. *τὴν ὑπὲρ Παραιτονίου*] Occasum versus. CASAUB.

P. 107. l. 16. *εἰ δὲ Φοίνικας εἰπών*] Accedit ad *τὸ δεύτερον ζήτημα*. CASAUB.

P. 107. l. 17. *σχήματι συνήθει χρῆται*] Nempe qua, genere vel toto posito, species sive pars subjicitur. nominatim *πρόληψις* ea figura dicitur. Eustath. Ilia. *θ*. *πλατὺν τρόπον ποιητικὸν* vocat. Nam commemoratis Trojanis, Hector nominatur, ipse quoque Trojanus et Trojanorum dux. filii Oenei, et eorum praecipuus Meleager. Gargarus Idae pars. Euboeae urbes Chalcis et Eretria. Paphus Cypri urbs. Ita in sacris etiam literis. Marc. XVI. c. 7. dicite discipulis ejus et Petro. qua de re suo diximus loco. XYLAND.

P. 107. l. 18. *Τρῶάς τε*] Hom. Il. *N*, 1. ubi v. *Heyn.* T. VI. p. 365. Mosc. Reg. simpl. *σ πίλασε*. FR.

---

*) Med. 1. e corr. *ἢ καὶ μ.* pro *εἰ καὶ μ.* Tum l. 9. *τῆς* ante *θαλάττης* inserunt Vat. A. B. Stroz. et al. m. Par. 2. Deinde l. 10. *Λαιστρ.* per *ε* male scribunt Par. 3. Med. 1. et vox *τόπους* deest Med. 1. 2. Mosc. Vet. Iutp. *aliorsum*. Post *κατὰ* addunt *καὶ* Med. 1. Ven. A. FR.

**) Mosc. l. 23. *οὗτος* pro *οὗτος*. Med. 1. e corr. *Παλαιστ.* pro *Παραιστ.* et Mosc. *Σιδονίους* e constanti more per *ω*. FR.

Exempla hujus σχήματος tam multa sunt, et apud poëtam, et apud alios, ut ea annotare nihil attineat: praeterea non semel hoc ipsum admonet Strabo. *) Cas.

P. 108. l. 3. *Μελέαγρος*] et ipse Oenei filius. **) Cas.

P. 108. l. 4. *καὶ*] Deest h. v. Mosc. Esc. et serius add. Med. 1. Tum l. 5. Mosc. Par. 3. Med. 1. 2. Eton. Ald. *ἵκανον* pro *ἱκανὴν*. Ac l. 7. *ἔχον* habet Hopp. Mosc. *Breq.* e Med. *ἔχων* Ald. *ἔσχον* Alm. Cas. Deinde l. 8. Ald. Hopp. Mosc. *Ἐρέτριάν τε*. Par. 1. *ἐρέτρειαν*. Par. 2. 3. Med. 1. 2. *ἐρετρίαν*. Quaenam forma probanda sit, disputat *Spitzner.* in lib. de vers. Graec. her. p. 30. Prius τ' deest Mosc. Par. 1. 2. Vet. Intp. *Euboeamque tenent cum Chalcide Eretriamque.* Deinde l. 11. pro *ἄλλο τι ἦν τὸ ποιῆσαν* Par. 3. ex emend. *ἄλλοι τινες τόποι ἦσαν*. Med. 1. *τόποι ἦσαν*. Vet. Intp. *loci alii supererant.* Fr.

P. 108. l. 5. *καὶ Γάργαρον*] quae est montis Idae pars. ***) Casaub.

P. 108. l. 8. *Χαλκίδα τ' Ἐϊρέτριάν τε*] Urbes Euboeae insulae. [Il. *B*, 536.] Dele autem *τὸ καὶ*, quod ante haec verba est positum. Casaub.

P. 108. l. 9. *καὶ Σαπφὼ*] Venerem alloquebatur his verbis Sappho. Casaub.

[P] P. 108. l. 10. *ἡ Πάφος, ἡ Πάνορμος*] Paphum oppidum esse insulae Cypri, quod hîc significat Strabo, notum est. Panormus quoque alius ejusdem insulae locus fuisse videtur. Sed ego ejus adhuc alibi mentionem fieri non reperi: non memini certe. Fortasse scripsit Sappho *ἡ πάνορμος*. Sic Homero [Odyss. *N*, 195.] *λιμένες πάνορμοι*. Sane Strabo libro XIV. [T. V. p. 740.] Paphi portum commendat. Sed de hoc docti judicent. Sic Alcman [ap. Strab. L. VIII. T. III. p. 52.]: *Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα, καὶ Πάφον περιῤῥύταν*. †) Casaub.

---

*) V. *Dorvill.* ad Charit. p. 569. ed. Lips. Fr.

**) Hom. Il. *B*, 641. ubi vid. *Heyn.* T. IV. p. 349. sq. Fr.

***) Hom. Il. *Θ*, 47. ubi v. *Heyn.* T. V. p. 422. Fr.

†) In dubio reliquit rem etiam novissimus Sapph. fragm. editor *Volger.* p. 136. sq. ne commemorata quidem *Cas.* conjectura, quam cupide amplectitur *Dutheil.* et in vers. adeo *cette ville au bon-port* recipit, reprehendens *Brequignyum*, quod etiamnunc de Panormo, Siciliae oppido, cogitet, 50 annos post poetriae tempora condito. Praeter Horatii locum, a *Welcker.* ad Alcman. fragm. p. 50. adductum, pertinet huc Eurip. Bacch. v. 400. sqq. *ἱκοίμαν ποτὶ τὰν Κύπρον, νᾶσον*

P. 108. l. 15. *φησὶν, ὅπερ ζητοῦσιν ἔνιοι*] Haec verba supervacanea inducenda esse persuasum habeo. *φησὶν* prorsus est hoc loco ineptum, quum non aliorum solutiones Strabo proferat, sed proprias, nisi post *φησὶν* desit nomen alicujus auctoris, unde haec describantur: reliqua manifesto superfluunt. Ac videntur ista ex margine in verba Strabonis irrepsisse, quae esse tollenda habeo prorsus persuasum. *) CASAUB.

P. 109. l. 1. *Ἵνα δ' ἐμφήνῃ καὶ τὴν παρὰ τοῖς Σιδονίοις*] Si quis locus in toto hoc doctissimo scriptore male a sciolis, aut aliud agentibus librariis acceptus est, hic profecto est: nam et omissa quaedam, et quaedam suo loco mutata, omnia denique mire sunt perturbata. Lego totum locum ad hunc modum. *Πρὸς μὲν γὰρ τὸ τὰ ἐφεξῆς ἔθνη καταλέξαι, ἱκανῶς εἶχεν οὕτως εἰπεῖν·*

Κύπρον, Φοινίκην τε, καὶ Αἰγυπτίους ἐπαληθεὶς,
Αἰθιοπάς θ' ἱκόμην.

Ἵνα δ' ἐμφήνῃ καὶ τὴν παρὰ τοῖς Σιδονίοις ἀποδημίαν τὴν ἐπὶ πλέον γενομένην, καλῶς εἶχεν εἶτ' ἀναλαβεῖν, εἴτε καὶ παραλιπεῖν . . . . . ἐμφαίνει διὰ τῶν ἐπαίνων τῆς παρ' αὐτοῖς εὐτυχίας καὶ εὐπερψίας, ... καὶ τὸ τὴν Ἑλένην προξενῶσθαι etc. **) Nunc rationem reddamus omnium. CASAUB.

ἐμφαίνει διὰ τῶν ἐπαίνων] Si vulgati codices hic sequendi sunt, necessario haec erunt intelligenda de poëtae eo loco, quo de nunc agitur; id vero nequit. Nam in eo loco Sidonii tantum nominantur, laude nulla afficiuntur. Quare persuasum habemus, huc transferenda

---

τᾶς Ἀφροδίτας — Πάφον θ'. Claudian. nupt. Honor. v. 254. *Te propter Paphias sedes Cyprumque reliqui.* FR.

*) „Jam diu inveteravit vitium hoc, quo laborant manu pariter et typis expressi codd.; atque ipse Vet. Intp. hanc eandem lectionem secutus est." *Breq.* Idem sentit *Villebr.* et *Dutheil.* saltem *φησὶν* omisit. FR.

**) Locus Homeri est Il. *Z*, 289. ubi τὰς legitur pro ἃς. Iisdem versibus utitur Herodot. II, 117., apud quem *Schweigh.* respicere debebat *Heynium* ad l. l. T. V. p. 254. sq. Qui si recte Cypriorum versuum vestigia detexit, ita malim ea effingere, si periclitari fas est:

Σπάρτηθεν δὲ τριταῖος Ἀλέξανδρος [θεοειδὴς]
Ἴλιον εἰσαφίκανεν, ἄγων Ἑλένην [Ἀργείην],
Εὐαεῖ τ' ἀνέμων πνοιῇ, λείῃ τε θαλάσσῃ.

De voce εὐαὴς cf. quae monui in diss. de med. pentam. gr. syll. post *Spitzn.* lib. de vers. Gr. her. p. 364. FR.

esse, quae perperam alio fuerant translata. Bene autem hic convenit καλῶς εἶχεν, ut modo dixit ἱκανῶς εἶχεν. Est autem hujus lectionis haec sententia: Quemadmodum si gentes, apud quas erraverat, voluisset tantum ordine recensere, satis erat Menelao, ita dicere Κύπρ. etc. Sic, ut diuturniorem suam apud Sidonios moram exprimeret, commodius fuit, ac quasi necessarium, nomen Sidoniorum, εἴτε ἀναλαβεῖν, hoc est repetere, quia in voce Phoenices Sidon ipsa quoque posita jam censeri poterat, vel παραλαβεῖν, hoc est adjungere et addere, quasi non satis expressum id esset voce generali. Deinde suspicamur, talia quaedam deesse, ταύτην δὲ τὴν ἀποδημίαν ἐμφαίνει. Et mox, ἐμφαίνει δὲ καὶ τὸ τὴν. Speramus viros doctos hanc nostram emendationem suo suffragio comprobaturos. Eorum esto judicium. Cas.

Mosc. et Med. 1. e corr. ἐμφαίνειν pro ἐμφαίνει. Tum καὶ ἧς desunt Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Vet. Intpr. qui vertit: *sive repeteret, sive assumeret ex artis bonitate se bene habere. Dutheil.* secutus *Gronovium* vertit καλῶς εἶχεν *le poëte a cru à propos*; eidem favet *Falc.* *) Fr.

P. 110. l. 7. Δεῖ δὲ δέξασθαι] δὲ deest Mosc. Med. 1. 2. Ven. A. et omisit cum Reg. *Breq.* Fr.

[P] P. 110. l. 8. ὡς λέγεται Ἀθηνᾶς ἔργα, τὰ καλὰ] Callimachus hymno in Dianam (v. 244.)

> Οὐ γάρ πω νέβρεια δι' ὀστία τετρήνοντο,
> Ἔργον Ἀθηναίης.

Ἀθηνᾶ γὰρ, inquit Scholiastes, ἔφορος πάσης τέχνης. Casaub.

P. 110. l. 9. οἱ Σιδόνιοι] Recepit hoc *Sieb.* et *Dutheil.*; sed legitur tantummodo supr. οἱ ἄνδρες in Par. 2. Vat. A. B. Reliqui cum Vet. Intp. perstant in vulg. Tum

*) Ἔνθ' ἦσαν l. 8. Med. 1. 2. ἦσαν, in Mosc., qui Σιδον. constanter effert per ω̃, et Par. 1. 2. deest οἱ, et verba ἐπιπλως εὐρέα πόντον desunt Mosc. Par. 2. 3. Med. 1. 2. Ven. A. Tum p. 110. l. 2. in loco Hom. Od. O, 115. sqq. Mosc. κρατῆρα pro κρητ. et in fine δ'. Post ἔργον deest δ' Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. Ald. Hopp. Dein Par. 3. πόρε δὲ οἱ. Par. 2. Mosc. Stroz. Med. 1. πόρεν δὲ οἱ. Hopp. πόρε δὲ φ. Ald. Med. 2. πόρε δέ μοι, ubi in marg. haec leguntur: ὅτι ἐν τῷ κατὰ τὴν Ὀδύσσειαν χωρίῳ τὸ ἔνθ' ἦσαν πέπλοι, τὸ περὶ κρατῆρος λεγόμενον, ἔστιν ἔργον ἣν Ἡφαίστου δεῖ δέξασθαι. Fr.

rc. in Par. 2. al. m. supr. δηλοῖ scripsit Ὅμηρος et τοῦ Εὔνεω habet, quod Mosc. inserit post κρατῆρα. Breq. e Reg. et Hom. Il. H, 468. sqq. scripsit Εὔνηος pro Εὔνεως, quemadmodum Heyn. in Apollod. I, 9, 17. Εὔνηος correxit, qui caeterum Εὔνεως et Εὐνεὺς dici largitur. In Nicol. Damasc. L. I. p. 54. legitur Εὔναιον, quod Mosc. cod. in Strab. p. 121. prae se fert, sed Vales. corrigit Εὔνεον. Equidem sequar Hesych. T. I. p. 1515. (ubi cf. Intpp.) Etym. M. p. 165. l. 47. Sylb. p. 150. Schaef., (ubi p. 395, 35. pro ἀπὸ Εὐνέως legendum videtur Εὔνεω ex Eustath. ad Odyss. Δ. p. 1681., quem attulit Vales. ad Harpocrat. p. 82. ed. Gron.) et scribam Εὔνεως. *) Fr.

P. 110. l. 15. περὶ δὲ τῶν Ἐρεμβῶν] Tertium ζήτημα. Casaub.

πολλὰ μὲν εἴρηται] Itaque Hesychius [T. I. p. 1422. ubi vid. Intpp.] varias affert interpretationes, Ἐρεμβοί, Νομάδες, Αἰθίοπες, Ἄραβες, Ἰνδοί, Ἀράβιοι. Casaub.

P. 111. l. 1. Ζήνων δ' ὁ ἡμέτερος] Scripserat Zeno Προβλημάτων Ὁμηρικῶν libros quinque, ut discimus ex Laërtio. Iis. in libris poëtae locos aliquot exposuerat, aliquot etiam emendaverat. Sed videtur Zeno melior fuisse philosophus, quam criticus. Docti enim viri ejus emendationibus non applaudunt. Quare autem dicat Strabo, Zeno *noster*, ratio ea est, quam supra dixi. Sic Cajum Jurisconsultum Justinianus, aut ii potius Jurisconsulti, qui Institutiones Juris composuerunt, *nostrum* vocant, propter professionis nimirum similitudinem. Sic iterum libro XVI. [T. VI. p. 465.] Ὁ μὲν οὖν Ζήνων ὁ ἡμέτερος μεταγράφει οὕτως. Sic Seneca (de Tranq. c. 14.) et ipse Stoïcus: *Nunciato naufragio, Zeno noster, cum omnia sua audiret submersa.* [Vid. quae supra notata sunt ad p. 41. l. 7.] **) Casaub.

P. 111. l. 6. ἀμέλει δὲ καὶ ποιοῦσι τινὲς παραγραμμα-

*) In vss. Hom. Il. Ψ, 742. sqq. coll. *Heyn.* ad h. l. T. VIII. p. 503. sq. inverso ordine Ald. Hopp. Par. 1. 3. Med. 1. 2. Mosc. Ven. A. ἐνίκα τῷ κάλλει. Quae *Siebenk.* h. l. e codd. affert, ea in schedis monet legi in marg. Vat. A. B., sed in textum Bemb. irrepsisse. Versus post γὰρ statim incipit etiam Vet. Intp. Fr.

**) Zenonis lectionem refert Eustath. ad Od. 4, 84. p. 152, 23. [p. 1484, 63. Rom.] sed ipsi Strabone tribuit. Tzsch. [Add. Schol. Min. et Harlej. ad h. l. Fr.]

τίζοντες] Atque hoc, inquit, faciunt nonnulli, ut nimirum obscuritatem vocis ἐρεμβούς tribuant mutationi nominum, atque ex literarum affinitate rimentur, quinam isti sint, et quomodo hodie appellentur. παραγραμματίζειν non id tantum significat, quod notant Grammatici [Suid. T. III. p. 27. *H. Steph.* Thes. T. I. p. 874. *Jacobs.* ad Anth. Gr. T. X. p. 139. Fr.], quando ex literarum mutatione elegans venustas orationi quaeritur: sed etiam quando, quid res sit, ex ipsa nominis notatione declaratur. Solet id philosophus παρὰ γράμμα dicere Magnorum Moralium libro primo: ἡ δ' ἠθικὴ ἀρετὴ ἐντεῦθεν τὰς ἐπωνυμίας ἔχει, εἰ δεῖ παρὰ γράμμα λέγοντα τὴν ἀλήθειαν, ὡς ἔχει, σκοπεῖν. Scholiastes Aristoph. Vespis exponens hunc versum [868. sq.] οὐ γὰρ ὁ λάβως ἀρτίως Ὁ κύων παραΐξας etc. Ἀξιοῦσιν, inquit, τινὲς ὡς παρὰ γράμμα κωμῳδεῖσθαι τάχιστα τὸν στρατηγήσαντα περὶ Σικελίαν ἐπὶ Θήρᾳ. Hunc παραγραμματισμὸν Cicero vocat in 11. (c. 63.) De oratore *similitudinem verbi ad literam immutati.* Longe alio sensu dixit Timon in Sillis: [v. ad Diog. Laert. 2, 118. Tzsch.]

Τὴν δ' ἀρετὴν παρὰ γράμμα διώκοντες κατέτριβον.

Quod Lucianus dixit, κατατρίβειν τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα. De arte parasit. [c. 43. T. II. p. 867. ed. Reitz.] Casaub.

P. 111. l. 7. Ἄριστα δ' ἂν δόξειεν εἰπεῖν ὁ Ποσειδώνιος] Sententiam Posidonii [Fragm. ed. *Bak.* p. 112. sq.] iterum refert Strabo in fine libri XVI. [T. VI. p. 463.] ubi de hac re tota plura: sane qui harum linguarum cognitionem vel tenuissimam sunt assecuti, facile intelligunt, has omnes valde esse inter se affines, ac plerasque ab Hebraea *) originem habere. **) Casaub. ***)

*) Quum hodie incogitantius, in rebus etiam geographicis, apud nonnullos originationum ab Oriente petendarum studium reviviscere videatur, operae pretium est repetere, quae summus *Bentlejus* monet in epist. ad *Richterum*, cujus memoriam renovatam debemus *F. A. Wolfio* in Analectt. Litter. T. I. p. 94. „Certe, si in ulla eruditionis parte, in hac praecipue τῶν ἐτυμολογιῶν opus est solido et subacto judicio: quo qui destituuntur, turpissime se dare solent et deridendos propinare. Ea enim est indoles linguarum Orientalium, ut si (pro more hominum, qui in ea re hodie lauream quaerunt) vocalium nulla ratio habeatur, consonantium autem permutatio tam patienter admittatur, quidvis ex quovis possit deduci, et tota verborum graecorum supellex ex Oriente deportari: exceptis, quae manifeste et toto colore suam pro-

[*] P. 112. l. 2. *Καὶ οἱ Ἀρμένιοι παραπλησίως πως*] libri manuss. [quos secutus *Dutheil.* reddit *Araméens.*] *Ἀραμμαῖοι.* †) Casaub.

P. 112. l. 3. *εἰκάζει*] Lege, ut in manuss. [Mosc. Par. 1. 3. Med. 1. Eton. Esc. *Breq.* e Reg. *εἰκάζει γε δεῖ* Med. 2. corr. — *ειν.* Vet. Intp. *esse retur.*] *Εἰκάζει γε δὴ.* Cas.

P. 112. l. 5. *τοὺς γὰρ ὑφ' ἡμῶν Σύρους καλουμένους*] Hoc multis gentibus commune, ut alio nomine ab exteris appellentur, quam quod ipsi agnoscunt. Sic Latini Graecos vocant, qui se *Ἕλληνας* appellabant. Sic hodie Turcas nos Christiani appellamus, qui se Musulmannos vocant, quique ab appellatione Turcarum prorsus abhorrent. Sic etiam Agarenos Graeci nuncupant, qui se Saracenos haud paullo nobiliori nomine vocant. Porro qui versati sunt vel minimum in lectione sacrarum lite-

---

dunt originem. Superiore saeculo Goropius Becanus, vir alioqui doctus et ingenio non vulgari, omnia linguae Ebraeae vocabula ex Brabanticis deducere adgressus est: vix magis insanus, quam qui hodie omnia nostra ex Ebraeis petere conantur, febriculosis conjecturis et inanibus suspicionibus freti. Hanc tu ut ingeniorum pestem fugias, auctor tibi ero. Nullus enim solidae doctrinae fructus, nulla apud cordatos homines gloria provenire hinc poterit." Fr.

**) *Bak.* l. c. pro *Σύρων* l. 10. legendum esse censet *Ἐρεμβῶν*, tum ex seqq., tum e L. XVI. *ὁμογένειαν ἐμφαίνειν πρὸς ἄλληλα καὶ διὰ τὸ παρακειμένοις ὀνόμασι κεκλῆσθαι, τοὺς μὲν Ἀρμενίους, τοὺς δὲ Ἄραβας, τοὺς δὲ Ἐρεμβούς.* De *ὁμοφυλίᾳ* *Tzsch.* citat Intpp. ad Orac. Sibyll. p. m. 159. a. Tum l. 16. pro *προσβορέοις* Mosc. Par. 2. 3. Med. 1. Eton. Esc. *προσβόρροις* Par. 1. Med. 2. Ald. Hopp. *προσβόροις.* Illud e Reg. dedit *Breq.* V. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 34. T. IV. p. 358. T. V. p. 194. Fr.

***) P. 112. l. 1. *Ἀσσύριοι*] Probo lectionem cod. Ven., qui *Σύριοι* habet, pro quo mox *Σύροι* bis. Paetz.

De utriusque vocis apud ipsos auctores confusione cf. *Tzsch.* ad Mel. I, 2, 6. p. 90. sq., et de discrimine inter *Σύρους* et *Συρίους* quaedam notat *Wyttenbach.* ad Posidon. *Bak.* p. 278. Fr.

†) Ita Med. 1. e corr. et Eton. Par. 1. in textu et in marg., sed refertur in collat. ad *Ἀριανοὶ*, pro quo Mosc. Par. 2. 3. Med. 1. Esc. Vet. Intp. (sed Par. 2. vulg. al. m. et Par. 3. ead. m. supr.) *Ἀριμάνιοι.* Verba *καὶ οἱ Ἀρμένιοι* desunt Med. 1. et in Par. 2. Med. 2. post. add. Fr.

Pro *οἱ Ἀριανοὶ* legam *οἱ Ἄραβες*, aut fortasse *οἱ Ἀράβιοι*, si ea forma noster uteretur. Nam de his tantum populis loquitur, ut cognatis, non de Assyriis et Arianis. Paetz.

rarum, ex quibus, quicquid de appellationibus harum gentium vere dici potest, peti debet, non ignorant, quam late pateat, quod nomine Sur et Aram in iis intelligitur. Vide lib. XVI. CASAUB.

P. 112. l. 6. *Ἀρμενίους καὶ*] Recte suspecta habet Sieb. et e seqq. *τοὺς Ἀρμενίους καὶ τοὺς Ἄραβας* perperam huc inserta videntur. PAETZ. Omisit etiam *Dutheil.* et sine nota *Bak.* Tum Med. 2. e corr. *Ἀραμαίους* scribit simpl. $\bar{\mu}$. Rectius. cf. *Tzschuck.* ad T. V. p. 473. Fortasse pro *Ἀρμενίους* ex ll. ll. scribendum *Ἀρίμους* vel *Ἀριμαίους*. Posidonius enim, *Ἀριμαῖοι γάρ*, inquit, *οἱ ἐν αὐτῇ* i. e. Syria. Deinde l. 9. pro *ἐτύμου* Ald. *ἑτοίμου*, deterius Mosc. *ἑτοίμου*, de qua confusione dictum est alibi. FR.

P. 112. l. 9. *καὶ τοῦ ἐτύμου συνεργοῦντος*] Vett. codices ita habebant: *ἅμα καὶ τοῦ ἐτύμου ἐπὶ θατέρῳ μέρει συνεργοῦντος*. Sed ea verba ex sequentibus videntur huc temere fuisse inserta. *) CASAUB.

P. 112. l. 10. *εἰς τὴν ἕραν ἐμβαίνειν*] Perspicuum est, scribendum esse hìc *Ἐρέμβους*. **) CASAUB.

P. 112. l. 11. *οὓς μεταλαβόντες οἱ ὕστερον ἐπὶ τὸ σαφέστερον*] Scio, *μεταλαμβάνειν* verbum esse usitatum Grammaticis, sed hìc videtur legendum *μεταβαλόντες ἐπὶ τὸ σαφέστερον*. ***) Apud Eustathium [ad Od. l. l. p. 102, 26. [p. 1485, 3. Rom.] v. Holsten. ad Steph. Byz. p. 117. a. TZSCH.] tamen sic legitur: *οἱ δέ γε πρὸς τὸ σαφέστερον μεταλαμβάνοντες τοὺς Ἐρ.* CASAUB.

P. 113. l. 1. *καὶ πρὸς τούτους* [*εἰκὸς*] *ἀφῖχθαι λέγειν*] Veteres codices [Mosc. Eton. Esc. Par. 1. 2. Vet. Intp. Med. 1. 2. In Par. 2. et Med. 2. post. add. *Breq.* errans post *τούτων δὲ* ejecit. FR.] vocem *εἰκὸς* non agnoscunt, quae etiam elegantius aberit. †) CASAUB.

---

*) Mosc. l. 14. *τῷ πρ. Λίγ.* quasi in antecedd. legatur *ἐπὶ θατέρῳ μέρει*. FR.

**) Probat hoc Bodaeus a Stapel ad Theophrast. Hist. Plant. L. VI. c. 2. p. 556. ALMEL. in *Addend.* Eundem secutus est *Breq.* et *Dutheil.* FR.

Epitom. *Ὅτι τοὺς παρ' Ὁμήρῳ Ἐρεμβοὺς, τοὺς Τρωγλοδύτας δεῖ Ἄραβας ἐκπονεῖν, παρὰ τὸ ἐν τῇ ἕρᾳ (τῇ γῇ) ἐμβαίνειν.* Add. *Tzschuck.* ad Mel. I, 8, 6. p. 226. sqq. FR.

***) *Μεταλαβεῖν* h. l. est *interpretari.* VILLEBR. Vet. Intp. *suscipientes.* FR.

†) V. Spanhem. de us. et praest. numism. T. I. p. 477. TZSCH.

P. 113. l. 2. *καθ' ὃν τρόπον εἴρηται καὶ πρὸς τοὺς* *) *Αἰθ.*] Locus corruptus: legendum videtur, *καθ' ὃν τρόπον εἴρηται καὶ πρὸς τοὺς Αἰθίοπας.* Verisimile est, inquit, venisse dici Menelaum ad Erembos seu Troglodytas, eo modo, quo ad Aethiopes accessisse dicitur: qua de re paullo ante disputatum est. CASAUB.

τῇ γὰρ Θηβαΐδι] Haec ad Troglodytas sunt referenda. Nam de Aethiopibus supra actum satis. Troglodytae autem sunt, qui habitant inter mare Rubrum et Nilum, quod intervallum quam sit parvum, docet Geographus lib. XVII. De Troglodytis vide lib. XVI. CASAUB.

P. 113. l. 4. *ὁμοίως οὐκ ἐργασίας, οὐδὲ χρηματισμοῦ*] [Mosc. *σχηματισμοῦ.*] Jam docuit Strabo, quum ait Menelaus apud poëtam, se ad multas venisse gentes, divitias undique conquirentem, non posse id de Aethiopibus intelligi, apud quos nullus *χρηματισμὸς*, ut dixit: nunc ait, de Troglodytis et Erembis idem esse sentiendum: venisse ad eos Menelaum, eo modo, quem exposuit: non tamen inde ullas opes abstulisse: quod igitur eos nominat hic Menelaus, id *τοῦ ἐνδόξου χάριν* tantum facit, non, ut se inde rem fecisse significet. CAS.

P. 113. l. 5. *τοῦ μήκους* [*καὶ*] *τῆς ἀποδημίας*] *ἀντὶ τοῦ, τῆς μακρᾶς ἀποδημίας*, sive *εἰς μακράν.* Dictum ut (Virg. II. Georg. 192.) *patera libanus et auro.* Sed habent manuss. [Mosc. Par. 1. 2. 3. Med. 1. Esc. Vet. Intp. Dedit e Reg. *Breq.* probante *Villebr.* FR.] *τοῦ μήκους τῆς ἀποδημίας.* CASAUB.

[?] P. 113. l. 12. *Ἡσίοδος δ' ἐν Καταλόγῳ*] Videri poterat illud Hesiodi opus intelligi, quod *Ἠοίην* sive *Ἠοίας μεγάλας* Graeci scriptores solent nuncupare; sed ex Scholiaste Apollonii discimus, diversa haec esse opera. **) Sic enim ille scribit in librum secundum (v. 181.): *Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν ταῖς Μεγάλαις Ἠοίαις, ὅτι Φρίξῳ τὴν ὁδὸν*

*) Sic Mosc. Par. 1. 3. Med. 1. 2. Vet. Intp. Solum *εἰκὸς* deest Par. 2. E Reg. secutus est *Breq.* Casaubonum. FR.

**) Varias de hoc opere sententias proposuerunt Meurs. Lectt. Att. 2, 20. p. 96. sq. Gedoyn. in Hist. de l'acad. de Paris. T. 7. p. 109. Goth. Ephem. litter. 1799. No. 50. p. 254. Ruhnken. ad Hermesian. v. 24. in Epist. crit. Ilgen. Opusc. Philol. T. I. p. 285. Heinrich. in praef. ad edit. Scut. Hercul. Hesiod. Lips. Ephem. Litt. 1802. No. 17. Bentl. ad Horat. Serm. 1, 3, 7. Fabric. Bibl. Gr. T. I. p. 578. sqq. ed. Harl. TZSCH.

ἐμήνυσεν· ἐν δὲ τῷ γ Καταλόγῳ, etc. Certum est tamen, Eoeas quoque Hesiodi aliud fuisse nihil, quam mulierum praestantissimarum catalogum. Nam hoc recte a doctissimo viro, Johanne Aurato, est animadversum. Nos autem postea observavimus, non Hesiodum tantum, sed et Sosicratem opus eodem fere indice edidisse. Athenaeus libro XIII. (c. 7. p. 590.) ἐπείπερ ἡμῖν ἐμποδὼν ἐγένου κατάλογον γυναικῶν ποιουμένοις, οὐ κατὰ τοὺς Σωσικράτους τοῦ Φαναγορίτου Οἴους, ἢ τὸν τῶν γυναικῶν κατάλογον Νικαινέτου τοῦ Σαμίου, ubi legendum censemus Οἴους, et de quodam Sosicratis opere accipiendum, cui ad Hesiodi imitationem titulum fecerat Οἶοι, quod et ipse sua exempla omnia per vocem οἷος inciperet, ut Hesiodus per ἢ οἵη. Nam illud quidem dubitari non potest, fuisse illud Sosicratis opus certorum hominum catalogum. Omnia autem exempla ita incepisse, conjectura est meo judicio admodum probabilis: quam etiam confirmat, quod Timon quoque in Sillis idem fecerat, ut ex his ejus operis versibus, qui soli fere supersunt, intelligimus. Sic ille de Thalete: [Ap. Diog. Laert. I, 1, 9.]

Οἷον ἔπειτα Θάλητα σοφῶν σοφὸν ἀστρονόμημα. *)

de Xenophonte:

Οἷος Ξενοφόων, ἦτ' Αἰσχίνου οὐκ ἐπιπειθὴς
Γράψαι.

de Aristippo:

Οἷα δ' Ἀριστίππου τρυφερὴ φύσις, ἀμφαφόωντος
Ψεύδη.

de Democrito:

Οἷον Δημόκριτόν τε περίφρονα ποιμένα μύθων.

de Pyrrhone:

Ἀλλ' οἷον τὸν ἄτυφον ἐγὼ ἴδον ἢ ἀδάμαστον.

Male enim apud Eusebium, ἀλλ' οἷον. Recte autem notatum est a Scholiaste Sophoclis, τὸ Οἷος vocem esse τῇ ἀπαριθμήσει valde accommodatam. Casaub.

*) Leg. fortasse ἀστρονομῆα. Frustra enim nonnunquam scribae μ̄ inferciunt. v. *Dorvill.* ad Charit. p. 601. sq. Lips. De formis in σ̄ς parum usitatis quaedam attuli in diss. de Med. pentam. syll. p. 348. Fr.

Hesiodi Eoearum et Heroinarum praestantissimarum Catalogi σύνοψις venustissima, aucta Romanarum Luparumque corollario, attexitur elogio Laodomiae a veteri, sed incerto, poëta Epico Graeco, cujus ἀποσπασμάτιον minime spernendum Ἔπους περὶ Ἑλένης, ex fide membranarum, quas Isaacus Casaubonus μακαρίτης benigne mihi concesserat, non ita pridem cum metrica metaphrasi nostra latina edidimus: ejusmodi autem est. *)

Τὴν ἐγὼ αἰνέω, ἠδέ τε ἔξοχον ἀμφαγαπάζω,
Ὡς Εὐάδνην, Ἄλκηστιν τε καὶ Ἀντιόπειαν,
Τὴν Θεανώ τε καὶ Οἰώνην καὶ Λουκρητίην γε,
Ἠδὲ καὶ Ἀβραδάτου καλὴν ἄλοχον Πανθείην.
Πρὸς δέ γε Πορκίην ἐσθλὴν παράκοιτιν Βρούτου,
Αἵ πόσιας τίμησαν, καὶ ἔλαβον κλέος ἐσθλὸν,
Οὐδὲ λέχη ἤσχυναν ἀτάσθαλα ἔργα φρονοῦσαι,
Οἷαι νῦν τελέθουσιν ἀναιδέες, ἀγριόθυμοι,
Φυλονόμαι, Φαίδραι, Σθενέβοιαί τ' ἀλγεόδωροι.

ubi animadverte exempla per voces ὡς καὶ οἷαι inchoata. metaphrasin etiam nostram qualemcunque, ne quis desideret, subjicio, obiter recognitam:

Hanc ego collaudans adamo vel prae omnibus unam,
Euadnen velut, Alcestem ac Antiopean,
Queis Theano addenda, Oenone, et Lucretia casta:
Abradatique uxor Panthea decora pudensque;
Et conjux prudens constantis Porcia Bruti;
Quaeque viros quod honorarint super aethera notae;
Nec foedare thoros voluere per impia facta;
Quales sunt quaedam sine fronte et mente fideque
Phyllonomae, Phaedrae, Sthenoboeae tristia dantes.

Morellus in spicilegiis animadvers. in Strabon. Geograph. Almel.

P. 115. l. 15. Καὶ κούρην Ἀράβοιο **)] Ἀραβαίῳ scri-

*) Versus hic poeta est *Tzetzes* in Antehom. v. 237—245. ed. *Jacobs.*, qui haud magis, quam recentissimus editor, *Imm. Bekkerus*, *Morelli* editionem cognitam habuisse videtur. Utrumque V. D. ex ea proficere potuisse patet vel ex his versibus, quos pluribus persequi non est hujus loci. Vid. quae *Harles.* in Supplem. ad Introd. in Hist. L. Gr. T. II. p. 355. ex epistola *Villoisoni* refert. Fr.

**) Ἀράβοιο habent Mosc. Eton. Med. 1. 2. *Breq.* e Reg., qui τὴν perperam retinuit. Par. 1. 2. 3. Ἀράβοιῳ. Vet. Intp. *Arabi puellam, quam Hermaon genuit.* V. Hesiod. fragm. in ed. *Loesner.* p. 434. Fr.

ptum erat, sed κούρην Ἀραβίοιο legendum non tam versus docet lex, quam Eustath. in Dionysium [v. 944. Ἀράβοιο.], citans hoc frustulum distichi, κούρην Ἀραβίοιο. Restituo etiam pro Ἑρμάων, Ἑρμείης. Nam ἀκακήτης est epitheton Mercurii. Eustathius in hunc ipsum de Erembis locum Homeri citat in hanc sententiam Hesiodum ἐν τῷ ἑαυτοῦ καταλόγῳ. quod vitiosum esse, in promtu est. Suidas refert, quinque libris hunc poëtam Heroinas recensuisse, ut pro ἑαυτῷ appareat legendum Ἡρωΐνων. XYLAND.

Quaecunque in hunc locum scripta sunt ab interprete, ea profecto erudito viro aliud agenti exciderunt. Nam Hesiodi carmen non ille quidem διορθοῖ, sed παραδιορθοῖ. Par infelicitas in loco Eustathii, qui non erat sollicitandus, cum bene habeat. Hesiodus autem ita scripserat:

Καὶ κούρην Ἀράβοιο, τὸν Ἑρμάων ἀκάκητα
Γείνατο *), καὶ Θρονίη κούρη Βήλοιο ἄνακτος.

Monstrosa lectio, τὴν pro τὸν: quae duos patres eidem filiae, duos maritos eidem uxori affingat. Deinde, cum recte esset animadversum, ἀκακήτης **) esse Mercurii ἐπίθετον, obsecro, quid fuit causae, cur Ἑρμάων mutaretur? an quia poëtis nunquam ita dicitur Mercurius? ***) Bion (Eid. III. v. 8.):

Ὡς χέλυν Ἑρμάων, κιθάριν δ' ὡς ἀοιδὸς Ἀπόλλων.

Postremo, quid incogitantius dici potuit, quam legendum esse ex Eustathio κούρην Ἀραβίοιο? Atqui Eustathius annotat, primam vocis Ἄραβος ab Hesiodo hic esse correptam: neque hic συνίζησιν fingat aliquis. Ex interprete autem Apollonii [II, 178.] scire licet, Cassiopiam fuisse Arabi filiam, Ἀράβου inquam, non Ἀραβίου. CASAUB.

P. 114. l. 1. Στησίχορος] Fragm. ed. *Suchfort.* praetermisit, ut multa alia, quae supplevisse dicitur *Blom-*

*) Ven. A. Bemb. Mosc. γείτονα, sed hic in marg. γρ. γείνατο. FR.

**) V. *Heyn.* ad Hom. Il. Π, 185. T. VII. p. 174. sq. FR.

***) Cf. de hac forma *Hermann.* ad Orph. p. 816. Memoria lapsus scripserat *Moschus* Casaub. pro *Bione*. FR.

Field. in Mus. Crit. Cantabrig. 1816. No. VI. p. 256. sqq. Fr.

P. 114. l. 4. *οἱ δὲ πλάττοντες Ἐρέμβους*] Ut Hellanicus [ap. Etym. M. s. v. fragm. p. 108. ed. Sturz.], qui putavit, Erembos superiorum Nili partium esse accolas. Casaub.

P. 114. l. 5. *καὶ ἄλλο Κηφήνων*] Lycophron de Aethiopia (v. 834.):

Ἐπόψεται δὲ τύρσιας Κηφηνίδας.

Herodotus libro septimo (c. 61.) Persas, qui Oceano meridionali sunt vicini, Cephenas a Graecis appellatos quondam fuisse annotat. De Chaldaeis id narratur a Stephano [s. v. *Χαλδαῖοι.* p. 749. ed. Berk.]: et ex eodem licet intelligere, alios Cepheniam Libyae [s. h. v. p. 513.] partem aliquam nominasse. Casaub.

P. 114. l. 7. *ἐμφαίνοντες*] *καὶ* h. l. add. Mosc. Ven. A. Fr.

[P] P. 114. l. 9. *Καὶ οἱ Σιδονίους*] Hesychius [T. II. p. 1182. ubi vid. Intpp. et *Wessel.* ad Herodot. VII, 89. Fr.] (v. *Σιδόνιοι.*) Sidonios duplices facit, Phoenices, et alios accolas maris Rubri. *) vide lib. XVI. [T. VI. p. 462.] Casaub.

P. 114. l. 11. *καὶ τοὺς Φοίνικας δὲ ὁμόλως*] *ὁμοίως δὲ καὶ τ. Φ.* Mosc. Par. 3. Med. 1. Ven. A. Vat. A. B. Strox. Fr.

P. 114. l. 18. *Καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀνδρομέδαν*] In hoc omnes geographi et historici consentiunt: vide libro XVI. [T. VI. p. 547.] Casaub.

P. 115. l. 1. *ἐν Ἰόππῃ*] Simpl. *π* Mosc. Par. 1. 2. Vet. Intp. Ald. Hopp. itaque edidit *Breq.* e Reg. et Steph. Byz., quod praeferre nemo non potest. cf. *Tzschuck.* ad Strab. T. VI. p. 346. et ad Mel. I, 11, 3. p. 593. sq. et *Kanngiesser* in Alterthumswissensch. p. 181. Fr.

P. 115. l. 4. *ἃ προφέρει ὁ Ἀπολλόδωρος*] Libro secundo commentariorum in Catalogum, ut supra indicavit Strabo et infra libro VII. Sed et alibi in illo opere Homerum erat insectatus Apollodorus, cujus reprehensiones, ut vanissimas, non uno loco refellit Strabo. Locus

*) V. Eustath. ad Dionys. v. 905. et Larcher. ad Herodot. I, 1. T. I. p. 165. Tzsch.
Add. Schweigh. ad h. l. T. V. P. I. p. 7. Fr.

autem lib. VII. [T. II. p. 354. sq.] ubi plenius Apollodori verba referuntur, si cum isto conferatur, erit instar commentarii. *) CASAUB.

P. 115. l. 6. *τὰ περὶ τὸν Πόντον*] Dicebat Apollodorus, vel ex eo posse intelligi, *τὰ περὶ πόντον* poëtae non fuisse cognita, quod nullum e quadraginta fluminibus nominasset, quae Pontum ingrediuntur: vide librum VII. [T. II. p. 355.] CASAUB.

P. 115. l. 9. *Ἡσιόδου δ' οὐκ ἂν τις αἰτιάσαιτο ἄγνοιαν*] Itaque non debuit Apollodorus Hesiodi locum proferre, ut efficeret, minus esse mirandum, si res Geographicas Homerus ignorarit: cum etiam Hesiodus atque alii illo recentiores poëtae talia sint commenti. Non enim profecto Hesiodus aut alii poëtae, quos proferebat, ignorantia lapsi sunt, quum Cynocephalos, Steganopodas, et id genus monstra confinxere: non, inquam, *ἀγνοίᾳ τῶν ὄντων*, sed *πλάσει τῶν ἀδυνάτων τερατείας καὶ τέρψεως χάριν*. Quid ergo haec ad id, quod probare voluit Apollodorus? CASAUB.

P. 115. l. 13. *Στεγανόποδας*] Interpres nescio cur vertit: *qui digitos interjectos alios pedum digitis habent*. Fortasseis eos dicit, qui ita lato pede perhibentur in India esse, ut, supini recumbentes, ejus umbra totum corpus tegant atque ab aestu solis tueantur. Neque id suspicor tantum rei fabulosae mentione ductus, et vocis *στεγανὸν* adjutus significatione; sed analogiam etiam secutus eorum animalium, quae Suidas [T. III. p. 570. Küst.] ac Favorinus *στεγανόποδα* ajunt appellari, quod latos et non in ungues diffissos habeant pedes, ut sunt olores, pelicani, anseres, anates. **) Canicipites quidem inter similia monstra referuntur, et qui oculos habeant in pectore. Eadem referuntur a nostro infra, lib. VII. [T. II. p. 357.] XYLAND.

---

*) V. *Heyn.* ad Apollod. fragm. p. 418. sq. ed. sec. qui mavult in seqq. *Ὁμήρου γὰρ τὰ π. τ. Η.* sine causa idonea. FR.

**) V. *H. Steph.* Thes. Gr. L. T. III. p. 513. F. *Στρουθόφθαλμοι* similiter dicuntur Blemyes: v. *Tzschuck.* ad Mel. I, 8, 10. p. 238. sq. et Tzetz. Chil. VII, 761. adductus ab *Heyn.* l. l. et *Welcker.* ad Alcman. fragm. LVI. p. 64. De voce *μονόμματος* cf. *Dorvill.* ad Charit. p. 580. sq. Lips. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. VII. p. 359. et *Albert.* ad Hesych. s. h. v. T. II. p. 618. FR.

P. 115. l. 15. *ὅπου γε οὐδὲ*] Si scriptores alios tunc lectione et studio nostro dignamur, cum praefati *μυθολογεῖν* audacter fabulas confingunt, quanto aequius est, poëtam, cui *τὸ μυθῶδες* proprium est, non ad normam historicam exigere, sed ut fabulas, quod narrat, accipere? CASAUB.

[P] P. 115. l. 16. *Κἂν μὴ ἐξομολογῶνται τὴν μυθογραφίαν*] Pulchre quidem videntur haec cohaerere: ut sit sensus, neminem eis *προσέχειν*, qui stylo historico fabulas contexunt, nisi fateantur ipsi, se fabulas scribere. Verumtamen, si quis diligenter totum locum, maxime ea, quae sequuntur, attendat, facile, opinor, mihi assentietur legenti *ἐξομόσωνται*: quod ut ita esse intelligatur, rem paulo altius repetam. Docet Strabo, non ignorantia factum, quod poëta confingit de Pygmaeis aliisque id genus: non, inquam, veritatis ignorantia dixisse illa poëtam; sed fabulas ejusmodi ab eo esse confictas *τερατείας καὶ τέρψεως χάριν*. Unde sequitur, inique facere Apollodorum atque alios, qui ex hujusmodi fabulis poëtae ignorantiam veritatis colligebant. Atqui, ait Strabo, nemo Hesiodo aut Alcmani similia commemorantibus veritatis ignorantiam objicit. Imo ne eos quidem, qui stylo historico similia narrant, reprehendere solemus: nisi quando veritatem se scripturos profitentur, et ab omni *μυθογραφίᾳ* abstenturos. Id autem est *τὴν μυθογραφίαν ἐξομόσασθαι*, sicut *ἐξομόσασθαι* *) *τὴν ὑπαρχίαν* est *abdicare se magistratu* apud Dionys. Hal. [Ant. Rom. L. V. c. 72. T. II. p. 1021. ed. Reisk.] Deinde sequitur ratio, cur nemo eis *προσέχῃ*, sive nemo eos reprehendat. Quia, ait, existimamus, eos non labi ignorantia veritatis: sed, quod de Homero modo dicebamus, ea fingere *τερατείας καὶ τέρψεως χάριν*. Porro *προσέχειν* hîc interpretor, legere ut rem seriam, non ut fabulam. Quia mox sequebatur *ἐξομολογεῖται*, audaculi homines putarunt, ita esse hîc quoque legendum. CASAUB.

---

*) Cf. de h. v. *Ast.* ad Theophr. p. 211. sq. et H. Steph. Thes. T. II. p. 1297. sq. *Heynii* conj. *κἂν* tuentur etiam Intpp. Pariss. et *Paetz.* in Not. MSS. recepitque *Coray* in nova textus Strab. recensione graeca, quae nunc demum ad me perfertur, T. I. p. 55. Vulg. non recte tenet *Breq.*; *Casaub.* sequitur *Penzel.* FR.

P. 116. l. 1. *ἑκόντες, οὐκ ἀγνοίᾳ*] Nam ignoratio species est *τοῦ ἀκουσίου*. Vide philosophum. CASAUB.

P. 116. l. 3. *ὅτι μάλιστα καὶ*] Vetus interpres legit *ὅτε*. Locus est obscurus. *) Fortasse legendum *ὅτι μάλιστα πιθανῶς*, **) ut sic haec sententia: Poëtas libenter de iis fabulas confingere, quae sunt incognita: quia probabilius mentiuntur in re incognita. Ideo etiam videri multis *κατ' ἄγνοιαν* illa dicere, quae ipsi *ἑκόντες* fingunt. CASAUB.

P. 116. l. 5. *Θεόπομπος δὲ*] Facetum sane auctorem, qui historiam scribere aggrediens, glorietur, posse se mentiri egregie. ***) Quid igitur causae erat, cur eum nobis commendaret tantopere Athenaeus (III. 8.), cujus haec sunt? *εἴ τις τούτοις ἀπιστεῖ, μαθέτω καὶ παρὰ Θεοπόμπου τοῦ Χίου, ἀνδρὸς φιλαλήθους καὶ πολλὰ χρήματα ἀναλώσαντος εἰς τὴν περὶ τῆς ἱστορίας ἐξέτασιν ἀκριβῆ*. Scripsit hic varia. Vide Suidam. CASAUB.

P. 116. l. 6. *ἐρεῖ κρεῖττον*] Post *ἐρεῖ* cum Heynio interpungendum erat; sequentia enim non Theopompi, sed Strabonis sunt. PAETZ. Negligenter errarunt Intpp. Pariss. et Coray; sed diu antea interpunxerat Vet. Intp. et Penzel. FR.

P. 116. l. 8. *καὶ οἱ τὰ Ἰνδικὰ συγγράψαντες*] Indica scripserunt multi: omnes fere *ψευδολόγοι*, ut ait noster alibi. Sed primas in mentiendo tribuit Strabo Daima-

---

*) Cur verba *δοκοῦσι — ἀγνοουμένων* Siebenkeesio spuria visa sint, causam idoneam video nullam, nec dubito Strabonis esse, qui, cum docuerit, poetas non omnia ex ignorantia locorum finxisse, causam simul exponit, unde ista de illis opinio originem duxerit. PAETZ.

Ita ceperunt etiam Intpp. Pariss. et Penzel. Verte: *videntur enim tantummodo ob ignorantiam* sc. *μύθους παραπλέκειν, quoniam* etc. *Heyn.* l. l. ante *δοκοῦσι* inserere velle videtur *οὐ*. FR.

**) Mutatio aliqua si necessaria foret, transponerem *ὅτι καὶ μάλιστα πιθανῶς*. PAETZ.

H. l. *μάλιστα* est i. q. *ἀκριβῶς*: v. *Hemsterh.* ad Lucian. Jud. Voc. c. 4. T. I. p. 87. ed. Reitz. FR.

***) Arroganter alios sprevit: v. Phot. Bibl. cod. 176. p. 204., qui tamen dubitat, an intellexerit Herodotum, quod affirmat Strabo. cf. Sturz. ad Hellan. fragm. p. 8. Photii excerpta e Theop. vertit et explicat Gedoyn in Mémoires de l'académie de Paris T. XIV. p. 235. sqq. TZSCH.

Add. *Marx.* ad Ephor. fragm. p. 52. et *Fr. Koch* in prolegg. ad Theopomp. Chium. Stettin. 1803. 4. FR.

cho, secundas Megastheni, cui tamen parum cedebant Onesicritus et Nearchus, ac reliqui ejusdem historiae scriptores. Casaub.

P. 116. l. 11. *Περὶ δὲ τῶν τοῦ Ὠκεανοῦ παθῶν*] Hactenus de Menelai erroribus: nunc aliam quaestionem aggreditur: An Homerus *τὰ περὶ Ὠκεανοῦ*, id est, Oceani naturam, habuerit cognitam. Ita quidem Geographo placet: et, quod videri poterat Homeri ignorantiam arguere, summa dexteritate excusat: neque hîc amplius satisfaciunt summo viro supra bis positae illae excusationes, aut. in historia peccasse poëtam, aut errorem esse librarii: longe subtiliora sunt ista, et meo judicio meliora. Duplex autem affertur excusatio. Cas.

P. 116. l. 11. *ἀμπωτέων*] Accentus in *Sieb.* ed. tantummodo male positus. Tum l. 14. *περὶ τὸν Σικελ. π.* desunt in Par. 3., Hopp. habet *ἐπὶ τ. Σ. π.* et Par. 2. al. m. supr. *διεσκευασμένη* praebet — *ἐνους*. Mosc. l. 17. *ἀναῤῥ.* dupl. *ῥῥ.* Med. 2. Par. 3. Ald. *ἀναροιβδοῖ*. Fr.

P. 117. l. 1. Verba *λέγοιτ' ἂν καὶ οὕτως* desunt in Vet. Intp. et l. 3. Med. 2. e corr. *ἐντίθησι* pro *προστ.* Deinde l. 6. pro *εἴρηκεν ἡ Κίρκη* Med. 2. habet *εἴρηκε μὲν ἡ Κ.*; Mosc. Med. 1. Esc. Par. 3. Vet. Intp. *εἴρηκε μὲν οὕτως ἡ Κ.*, ut *Breq.* dedit e Reg. et *Cor.* Fr.

P. 117. l. 7. *Τρὶς μὲν γάρ τ'*] Hom. Odyss. *M*, 104. ubi Eustath. p. 480, 15. Bas. *) (1716. Rom.) h. l. refert, neque tamen verbotenus. Tzsch.

Post *ῥοιβδήσειε* Mosc. Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Ven. A. Ald. Hopp. inserunt *Χάρυβδις*, et Mosc. cum Par. 2. al. m. habet *ἀναῤῥ.* Tum l. 10. Par. 1. *γε* pro *τε*, quod probat *Villebr.* et recepit *Cor.* Fr.

P. 117. l. 12. *Ἡ μὲν ἀνεῤῥ.*] Hom. Od. *M*, 431. sqq. ubi vid. Eustath. p. 498. Bas. Tum l. 17. pro *κἀκεῖνο τὸ* Vat. B. Par. 2., hic al. m. supr., *κ. ὅτι τὸ*. Fr.

P. 118. l. 2. *τρισμακαρίους καὶ τρισαθλίους*] Separatim talia scribenda esse statuit *Porson.* in praef. ad Eurip. Hec. p. XXX. ed. Lips. sec. coll. *Fisch.* ad *Weller.* T. II. p. 127. *Τρισμάκαρες* est Hom. Od. *E*, 306. *Ἀσπαρίη τριλλιστος* Il. *Θ*, 488. ubi, quod Par. 3. Med. 2. *τριλλιστος*, Med. 1. *τρίλιστος* habet, v. *Heyn.* T. V. p. 500. *Dorvill.* ad Charit. p. 278. et *H. Steph.* Thes. T. II. p.

*) Inde addenda Lexicis vox *ἀμπώτισμα* l. 34. Fr.

718. D. *Τριχθὰ* est II. *I'*, 363. Mosc. l. 7. *καὶ* omittit. Fr.

[P] P. 118. l. 9. *καὶ ἀπὸ τῆς ὥρας τεκμήραιτο*] Legendum *ἀπὸ τῆς ὥρας.* *) Perlege Homeri verba. Si loci circumstantia quicquam facit ad id probandum, quod nititur Strabo, tum me vanum conjectorem dicito: at *ὥρας* et temporis, plurimum: atque hoc est, quod explicat Strabo. Nam ut probet, poëtam non rei ignoratione *τρὶς* pro *δὶς* scripsisse, posse id ex eo intelligi ait, quod, cum mane absorpta fuisset Ulyssis navis, sub vesperam tantum redit. Si igitur in tanto temporis spatio semel tantum *παλιῤῥοεῖ* Oceanus, manifesto apparet ex sententia poëtae, non posse Oceanum ter unius *νυχθημέρου* spatio *παλιῤῥοεῖν*, sed bis tantum. Absorptam fuisse navim tempore matutino, constat ex istis [Od. *M*, 429.]:

Παννύχιος φερόμην, ἅμα δ' ἠελίῳ ἀνιόντι
Ἦλθον ἐπὶ Σκύλλης σκόπελον.

non nisi sub vesperam exiisse, probatur a Strabone. Haec mirifice conveniunt diurno Oceani aestui, *ὃν ποιεῖ δὶς τῆς ἡμέρας*, ait Diodorus, *περὶ τρίτην καὶ ἐννάτην μάλιστά πως ὥραν.* Porro *ὥρας* legendum esse, non *χώρους*, certissimum est. Passim enim in bonis auctoribus harum vocum altera pro altera ab ineptis librariis est posita. Ut apud Theophr. queritur quodam loco summus ille judiciorum princeps Scaliger, *χώρας* pro *ὥρας* ter fuisse perperam scriptum. Casaub.

P. 118. l. 10. *μᾶλλον γὰρ ἐφαρμόττοι τῷ δὶς γίνεσθαι*] Omnino in hac periodo mutandum aliquid est necessario. Legebam autem *τῷ τοσοῦτον μεῖναι.* Sed animadverti postea, veterem interpretem legisse *πρὸς τὸ δὶς γενέσθαι*, quod malo, et verum puto. **) Casaub.

P. 118. l. 12. *κατὰ τὸν συνάμφω χρόνον*] Periphrasis *νυχθημέρου*, quam et libro tertio reperies. Casaub.

---

*) Hanc conj., cui etiam Eustath. fidem quodammodo addit, in marg. cod. Par. 1. adscriptam probat *Villebr.* et receperunt *Breq.* Intpp. Pariss. et *Cor.* Tum pro *ὅτι* Med. 2. Ald. Hopp. *ὅτε*, et Par. 1. Med. 2. Eton. *ἐφαρμόττει* pro — *τοι.* Fr.

**) Bene ad sensum. Hinc recepit *Breq.* Sed verissime Par. 1. 2. *τῷ δὶς*, iidemque cum Mosc. *τῷ τρὶς*, quod utrumque dedit post *Sieb.* etiam *Cor.* Tum l. 13. ante *τοσοῦτον* Par. 2. habet *τὸ*, quod idem recepit probante *Villebr.* Fr.

P. 118. l. 14. *ἀναβληθῆναι*] *Breq.* e Reg. perperam dedit *ἀναλληθῆναι*, quod nonnisi propter similitudinem literarum *ν* et *β* depravatum est. *) Strabo respexit Homericum *ἐξεμέσειε*, quod etiam Schol. Min. per *ἀναβάλοι* reddit. Hesych. T. I. p. 1283. *Ἐξεμοῦντες· ἀποβάλλοντες.* Tum post *ποθοῦντι* deest *καὶ* in Mosc. Ven. A. et pro *προϊσχομένῳ* Ald. habet *προσχ.* Vet. Intp. *detineretur.* Recte mutavit *Cor.* in *προσισχομένῳ;* est enim Homericum *προσφύς.* **) Fr.

P. 118. l. 16. *Νεωλεμέως*] Hom. Od. *M*, 437. sqq. In Mosc. *δ'* abest et syllaba *ἐχ* a m. sec. inserta. *Falc.* omnia abesse falso refert. Par. 2.... *ομεν.* Ven. A. **ὄμην.* Par. 1. *ὠρόμεν.* Med. 1. e corr. *ὁρώμεν.* Vet. Intp. *specto.* Tum *ὀπίσσω* recte ed. Alm. et Cor. Pro *αὖθις* Ven. A. Par. 1. et Med. 2. e corr. *αὐτῆς* h. e. *αὖτις*, ut habet Hopp. et Cor. Deinde p. 119. l. 1. pro *ὄψ', ἦμος τ' ἐ. δ.* sola ed. Alm. et Cor. cum edd. Hom. *δ'*. Ald. Hopp. Med. 1. 2. Par. 1. 3. 2. *ὀψὲ ἦμος τε*, sed hic al. m. sup. add. *δ'* inter *ὀψὲ* et *ἦμος;* Mosc. *ὀψὲ δ' ἦμος τ'*. Med. 2. e corr. *νήκεα* pro *νείκεα*, et ult. vs. pro *καὶ τότε δὴ μοι δ.* legitur in edd. Hom. *τῆμος δὴ τά γε δ.* Denique Eton. et Vet. Intp. *δῶρα* pro *δοῦρα.* Fr.

P. 119. l. 1. *ἦμος τ' ἐπὶ δόρπον*] *Δόρπος, τροφὴ ἑσπέριος.* vide Athenaeum primo. ***) Casaub.

[¶] P. 119. l. 11. *Ἀπολλόδωρος δὲ ἐπιτιμᾷ Καλλιμάχῳ*] Reprehendebat Apollodorus Callimachum, quod diceret,

---

*) Eadem in eodem verbo variatio est ap. Schol. Apollon. Rhod. I, 1165. T. II. p. 97. ed. Schaef. Dionys. Hal. de comp. Verb. p. 309. ed. Schaef. Add. *Bast.* Epist. Crit. p. 92. *Schaef.* ad Sophocl. Antig. v. 681. *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 135. 250. Fr.

**) Diserte ita scribitur in marg. Med. 2. Par. 2. Vat. A. B., ubi haec in brevius contracta leguntur ad v. *αἴζηῶν· ἀναβληθῆναι* (*ἀναβηθ.* Med.) *ποθοῦντι κ. ὁ. προσισχομένῳ τοῖς ἐρινεοῦ κλάδοις·* (*ἐρινεοῦσι* Med.) *πάντα γὰρ ταῦτα χρόνου τινός.* Vat. A. addit *ἐμφατικά.* Fr.

***) V. Intpp. ad Hesych. T. I. p. 1023. Fr.

P. 119. l. 5. *καὶ* ante *μὴ* cum Vet. Intp. apte omisit *Cor.*, qui etiam *τῷ ναυαγίῳ* in *τῶν — ἰων* et *ὑπαλλαγὴν* in *ἀπ.* mutavit. Posterius firmat Vet. Intp. itemque omissum *καὶ* ante *αὐτίκα.* Denique pro *παλίῤῥους Cor.* scripsit *παλίῤῥοα*, ad *ναυάγια* referens. Vat. B. et al. m. sup. Par. 2. — *ουν*, respicientes ad *τῷ ναυαγίῳ.* Vulg. lectio minime videtur suspecta. Fr.

insulam Calypsus Homericam esse Caudum, sive Claudum, νησίδιον quoddam εὐτελὲς prope Cretam: Scheriam autem dicebat esse Corcyram: quod reprehendit Apollodorus, et eo homine censet indignum, qui artem Grammaticam profiteatur. Ita esse istum locum interpretandum, docent haec verba e libro septimo [T. II. p. 558.], ubi de Apollodoro loquens, Καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις (ait) συγγνώμην εἶναι, Καλλιμάχῳ δὲ μὴ πάνυ, μεταποιουμένῳ γε γραμματικῆς· ὃς τὴν μὲν Γαῦδον, Καλυψοῦς νῆσον φησί· τὴν δὲ Κέρκυραν, Σχερίαν. Ex quo loco oportuit lucem afferre interpretes huic alioquin satis obscuro, et in quo ipsis haesit aqua. Praeterea notandum fuit, male hic Καῦνον legi, cum Γαῦδον oporteat: [*Heyn.* l. l. dedit Γαῦλον. *Cor.* et *Breq.* Γαῦδον. Fr.] vide ad lib. VII. [imo L. VI. p. 425. Alm. ubi plura notabuntur. Fr.] Casaub.

P. 119. l. 12. περὶ Ἔρατ.] τὸν inserunt Mosc. Vat. A. B. Esc. Med. 1. 2. et Vatt. — ἑνην. Tum l. 14. pro τῶν τόπων Par. 2. Med. 2. e corr. τὸν τόπον, ac pro vulg. περὶ ὃν, quam sequitur etiam Vet. Intp., Mosc. Esc. Par. 2. praebent περὶ οὗ, sed hic al. m. sup. ὃν. Med. 2. περὶ ὧν, sed ὃν e corr. *Cor.* περὶ οὓς, qui etiam p. 120. l. 5. ἐπεδείκνυμεν dedit pro ἐπιδ. Fr.

P. 119. l. 15. καὶ Κόρκυραν] Scribitur in libris manu exaratis [Reg. Mosc. Ven. A. Vat. A. B. Par. 1. 2. sed hic Κόρκ. al. m. sup. Med. 1. 2. Κορκύρανον, sed corr. ille Κέρκυραν, hic Κέρκος.] Κέρκυραν. *) Sed Eustathius **) quoque annotat, utroque modo scribi hanc vocem. Corcyra autem est, quae Homero Σχερίη, sive Φαιακὶς dicitur. Est et altera hoc nomine insula, eaque ab hac non ita procul. Dionysii periegetae interpres, quem habeo manuscriptum, de hac re sic scribit: (ad v. 494.) Κέρκυραι δὲ δύο, ἡ μὲν Φαιακὶς, ἐν ἀρχῇ τοῦ Ἀδρίου· ἡ δὲ περὶ τὰ ἔνδον, ἡ καλουμένη Μέλιγονις· (scripserat [Eustath. ad h. l. habet Μέλαινα, ut rite vocatur; v. *Tzsch.* ad Mel. I, 7, 13. Fr.] fortasse Μελαινὴ) καὶ δύο λιμένας ἔχει ἡ Φαιακὶς, τὸν μὲν Ἀλκινόου, τὸν δὲ Ἴλλου· διὸ φησὶ Καλλίμαχος Ἀμφίδυμος Φαίαξ. Homerum [Odyss. Δ, 847.]

*) *Dutheil.* in vers. Gall. mavult substituere Κόρσουραν s. Κόσσουραν (hod. Pantalaria) inter Africam et Siciliam. Fr.

**) Ad Dionys. l. l. cf. *Tzschuck.* ad Strab. T. II. p. 421. inprimisque ad Mel. I, 7, 10. p. 730. sqq. Fr.

[illegible]achus (Frag. Bentl. cccxxxvi.) qui portus ἀμφιδύμους. Apollonio eandem ob causam insula ἀμφιλαφὴς libro IV. (v. 982.), quem [illegible]ens interpres Callimachi hunc ipsum portus et portus Hylli insulae; hujus mentio apud [illegible]um. Ἁλικὸν vocat ille, Thucydides (III. c. 72. [illegible] Ἁλαϊκόν. CASAUB.

P. 120. l. 8. *οὐδ' ὁ Σκήψιος δὲ Δημήτριος εὖ*] Scripsere hic in eam libri secundi Iliadis partem, qua naves [illegible]anorum recensentur. *Τρωϊκὸν διάκοσμον* librum suum appellaverat: *) fuit autem illud opus admodum prolixum: nam librum ejus XXVI. bis laudat Athenaeus libro tertio et decimo: qua aetate vixerit, ex eo intelligimus, quod Strabo libro XIII. [T. V. p. 511.] narrat, fuisse eum juvenem temporibus belli adversus Antiochum Magnum a Romanis gesti. CASAUB.

P. 120. l. 10. *Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν*] Scripsit hic, praeter alia, etiam *Ἑλληνικά*. **) De Argonautarum adventu Cyzicum vide Apollonium libro primo. CASAUB.

P. 120. l. 12. *Φᾶσιν*] Mosc. male *Φάσιν*, ut infra aliquoties. Tum l. 13. pro *ἐπὶ Κ.* habent *περὶ Κύζ.* Med. 1. 2. Esc. Mosc. Ald. *Breq.* dedit e Reg. quem secutus est *Cor.* FR.

P. 120. l. 14. *ἀρχὴν φησὶ*] Erat scriptum *ἀρχήνην*, quod secutus interpres nescio quid de regionis ejus, quae principe commentus fuit. sed eum missum facio. ***) *ἀρχὴν* adverbialiter significat *omnino, prorsus, statim, ab initio*, etiam in sacris litteris [Joh. VIII, 25.], non infrequenter apud Sophoclem: ut in Antigona [v. 92.]

---

*) V. *Heyn.* l. l. p. 417. ed. sec. Schol. Apoll. Rhod. I, 1165. *ἐν τῷ αὐτῷ Διακόσμῳ*, ubi haud dubie *αὐτῷ*, quod Schol. Paris. omittit, mutandum in *Τρωϊκῷ*. FR.

**) V. Athen. Suid. et Le Beau in Hist. de l'acad. de Paris. T. XXXIII. p. 72. coll. Parthen. c. 35. TZSCH.

***) Ald. Hopp. *ἀρχήνης φησὶ*. Post *ἀρχὴν* interpungit Par. 1. qui cum Par. 2. Med. 1. *φασὶ* habet, quod olim fuit in Mosc., ubi nunc al. m. sup. *φησί*. Par. 2. Vat. B. *μὴ εἰδ.* De usu adverbiali v. *Hemsterh.* ad Luc. Nigr. 26. T. I. p. 66. ed. Reitz. *Wolf.* ad Demosth. Lept. p. 278. *Hermann.* ad Viger. p. 723. *Segaar.* ad Clem. Alexandr. p. 141. *Sturz.* Lex. Xenoph. T. I. p. 432. Intpp. ad *L. Bos.* Ellips. p. 728. ed. Schaef. *Ast.* ad Plat. Legg. T. II. p. 79. *Fac.* ad Pausan. T. I. p. 236. *Schleusner.* Lex. N. F. T. I. p. 357. *Fisch.* ad *Weller.* T. III. P. I. p. 224. sq. FR.

Ἀρχὴν δὲ θηρῶν μὴ πρέπει τἀμήχανα.
Jam primum non decet nefas sectarier.

Sic Theognis [v. 417. Br. 425. Bekk.] Ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον, et Crantor apud Plutar. παραμυθητ. [T. VI. p. 437. sq. ed. Reisk.] ἀρχὴν τὸ γενέσθαι ἀνθρωπον, συμφορὰ ἡ μεγίστη. XYLAND.

P. 120. l. 17. φησὶ γὰρ] Med. 2. φασὶ γ. e corr. In Par. 2. h. l. al. m. suprascripta, in Vat. A. B. marginí imposita, hoc signo ϛ addito, leguntur: Καὶ δείκνυται (Par. δεικνύει)· οὗτος ὁ συγγραφεὺς, λέγων, ὅτι πως ὁ ποιητὴς εἰποὼν (f. εἶπε) τὸν Ἀχιλλέα Λέσβον. Ultima vox deest Vat. A. qui addit τὸ μὲν ποιῆσαι, τὸ δὲ μὴ ποιῆσαι (l. ποφθῆσαι). FR.

[¶] P. 121. l. 3. Εὔνεων] Sic et supra. *) Homerus Εὔνηον vocat Iliad. η. fine, et loco supra citato. paulò post δεικνυμένων πεπιστευμένων, lego πεπιστευμένη. XYL.

Euneus filius Jasonis et Hypsipylae. Apollonius libro primo. De adventu Argonautarum in insulam Lemnum vide Apollonium libro primo, et reliquos, qui id argumentum attigerunt. CASAUB.

P. 121. l. 4. διότι] ὅτι Eton. Tum l. 5. ἄλλως deest Mosc. Esc. Med. 1. Pro οἰκεῖοι l. 6. Vat. B. et al. m. sup. Par. 2. ἐκεῖνοι. Deinde pro τὴν ἀρίστην Bemb. et al. m. sup. Par. 2. τῆς ἀρίστης, Med. 2. e corr. τὴν Ἀλκήστην ἀρίστην. Vox Ἄλκηστιν (quam Ald. παροξυτόνως, Hopp. προπερισπωμένως exhibet) deest Bemb. Par. 1. 2. 3. Med. 1. Mosc. Vet. Intp. Denique Mosc. Esc. Εὔμηλον ante τὸν υἱὸν ponunt, et Vet. Intp. Ald. Cor. versum a τὸν incipiunt, rectius sane, quum in Hom. Il. B, 714. nominandi casus (quem Ed. Alm. etiam prae se fert) Εὔμηλος legatur et Strabo aliorum verba suae orationi accommodare soleat. Pro συμβάντων Med. 2. συμβαινόντων. Coray l. 18. ante ὁμολογ. omisit μέν. FR.

P. 121. l. 13. καὶ τὰς Πελιάδας] Peliae filiae fuere

*) Sieb. habet Εὐνήων, perperam. Med. 1. 2. Esc. Εὐναῖον. Mosc. Ven. A. Par. 1. 2. Εὔναιον. Par. 3. Εὐναῖον. Hopp. Εὐναίων. Breq. e Reg. et Hom. Εὔνηον, et sic Cor. Verum, ut supra monitum est, Εὔνεως est forma prosaica. Quod ut dilucidius appareat, adscribam verba Eustathii ad Hom. Il. ψ. 747. p. 1451, 14. Bas. Ἰστέον δὲ, ὡς οὐ μόνον Εὔνηος τὸ κύριον, ἀλλὰ καὶ Εὔνεως. Praeterea quinque codd. priores habent διὰ τὴν πρὸς Ἰ καὶ τὸν υἱὸν Εὔ. itemque Par. 1. 2. sed addito τὸν ante Ἰ. FR.

hae: Posidice, Pelopaea, Hippothoe et Alcestis. vide Apollodorum. [I, 9.] Casaub.

P. 122. l. 1. *ἀρχὴν*] Med. 2. e corr. *δὲ* add. In marg. hujus cod. et Vat. A. B. haec leguntur: *εἶτα συνιστῶν ὁ ῥήτωρ οὗτος ἐκ τῶν ἔτι νῦν δεικνυμένων καὶ πεπιστευμένων τὰς Ὁμήρου φωνὰς, φησὶν, ὅτι καὶ ἡ Αἶα πόλις δείκνυται περὶ Φᾶσιν.* *) Tum l. 3. *Cor.* edidit *ὅ τε ἐξ ἀρχῆς πλ.* pro *ὅτι ἐξ ἀ. ὁ πλοῦς*, ac pro *ἐπὶ Φ.* Med. 2. e corr. *εἰς Φ.* Verba *Φ.* — *ἐπικρ.* desunt Par. 3. et pro *στείλαντος* Mosc. Par. 1. et e corr. Med. 2. *στόματος* ac l. 6. post *ὅσῃ*, quam vocem *Cor.* asteriscis utrinque appositis **ὅσῃ** suspectam vel corruptam habet, Mosc. Par. 1. Ven. A. *ἡ* inserunt. Vet. Intp. *quas insulas occuparit.* Tum post *καθάπερ καὶ* deest Mosc. idemque cum Ven. A. ignorat *τῷ* ante *Ὀδ.* **) Fr.

P. 122. l. 8. *ἐκ τῶν ἔτι νῦν*] In libris scriptis haec sic legebantur, *ἐκ τῶν ἔτι νῦν δεικνύμενον, καὶ πεπιστευμένον ἐστίν.* Nihil mutandum censeo. Casaub.

P. 122. l. 10. *ἥ τε γὰρ* ***) *Αἶα δείκνυται περὶ Φᾶσιν*] Aeam Colchidis Strabo lib. XI. non commemorat. Non enim erat amplius, ut ex Plinio [H. N. VI, 4.] apparet. Apud Ptolemaeum tamen in Colchidis descriptione com-

*) Petita haec sunt e l. 8., ubi Cor. dedit *ἐκ τῶν ἔτι νῦν δεικνυμένων πεπιστευμένον ἐστὶ.* Sed quovis modo retineam, quod habent Mosc. Ven. A. Vat. A. B. Stroz. Med. 1. 2. Par. 1. 2. 3. Eton., probatum a *Villebr.* et receptum e Reg. a *Breq.* Nam, quod Esc. et iidem novem priores codd. habent, *ὅτι* pro *ἐστὶ*, pura puta est siglarum confusio: v. *Bast.* Commentat. Palaeogr. p. 810. *Casaubonus* e suis codd. aliud enotans errare videtur. Statim etiam sequitur vulgatae lect. argumentum in vv. *δείκνυται* et *πεπίστευται*. Nec spernenda est Vet. Intp. auctoritas. In ed. Ald. deest *καὶ*, sed Hopp. agnoscit. Tum *Cor.* e conj. *Sieb.* edidit *καὶ ἐν τῇς Ὀ. φ.* Recte quidem, et praeeunte Vet. Intp.; sed *Breq.* ex Ald. et Hopp. reposuit *ἔκ τε τῆς Ὀ. φ.* Fr.

**) *Penzel.* T. I. p. 399., magnum hic esse clamitans librariorum vitium, pro *Ulyssis* et *Menelai* nomine restituit *Phrixi* et *Jasonis.* Fr.

***) Vocem *γὰρ* agnoscunt Mosc. Par. 1. 3. Vet. Intp. Sed Ven. A. Par. 2. Esc. *ἥ τε γὰρ Αἰαῖα.* Med. 2. e corr. *ἥ τε γ. καὶ Αἶα.* Fr.

De Aea et Aeete h. l. reddit Eustath. ad Odyss. 9, 32. p. 533, 40. Bas. (1614. Rom.) Apoll. Rhod. 2, 419. [417.] *Αἶα Κολχίς*, ubi Schol. v. Tzsch.

memoratur [V, 10. Ed. Erasm. *Θιάπολις.*] *Διάπολις*, sive *Δία πόλις*. CASAUB.

P. 122. l. 11. *ἐπιχώριον ὄνομα*] V. Eustath. l. l. Stephan. Byz. s. v. p. 47. ed. Berk. et Valer. Flacc. Arg. I, 43. FR.

P. 122. l. 12. *ἥ τε Μήδεια φαρμακὶς ἱστορεῖται*] Interpres Theocriti [Idyll. II. v. 15.]: *ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ Σελήναίῳ ὄρει ὅλμους δεικνύουσι τῆς Μηδείας καὶ Κύρνης* [*Κίρκης*], *ἐν οἷς ἔκοπτον τὰ φάρμακα*. CASAUB.

P. 122. l. 13. *καὶ ὁ πλοῦτος τῆς ἐκεῖ χώρας*] Adi Strabonem libro XI. [T. IV. p. 402.] *) CASAUB.

P. 122. l. 13. *χρυσείων*] Per *ι* Mosc. et al. m. sup. Par. 2. Tum *ἀργυρίων* per *ει* Med. 1. 2. Eton. Cor. et rursus *σιδηρείων* per *ι* Esc. Mosc. et al. m. s. Par. 2. Statim vero *καὶ* omittunt Mosc. Esc. Par. 1. Vet. Intp. et *Cor.* probante *Villebr.*; punctis notatur in Par. 2. Dein l. 17. *Φριξίων* per *ει* Mosc. Par. 2. Cor. FR.

P. 122. l. 14. *δικαίαν τινὰ ὑπαγορεύει πρόφασιν τῆς στρατείας*] *ὑπαγορεύειν* est, quod ait Demosthenes [Olynth. I. init.], *μονονυχὶ λέγειν φωνὴν ἀφιέντα*. Supra [L. I. T. I. p. 106. l. 13. ubi cf. notata et add. *Schaef.* ad *Bos.* Ellips. p. 145. FR.]: *οἱ βάρβαροι οὐδεμίαν τοιαύτην ὑπηγόρευον ἐλπίδα*. Et alibi passim. CASAUB.

P. 122. l. 17. *τό, τε Φριξίον*] Strabo libro undecimo, [T. IV. p. 405.] in Iberia *Φρίξου πόλιν* commemorat: quod est Phrixium. CASAUB.

P. 123. l. 1. *καὶ τὰ Ἰασόνεια* **) *πολλαχοῦ*] In Armeniacis horum saepe meminit Geographus [T. IV. p. 565. sq.] et Justinus [42, 3.]. CASAUB.

P. 123. l. 1. *Μηδείας*] Res ipsa postulat *Μηδίας*, quod habent Par. 1. et al. m. sup. Par. 2. Recepit *Cor.* a *Villebr.* probatum. ***) Tum ante *μέχρι* ponunt *καὶ* Mosc. Vat. A. B. Stroz. Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. FR.

[*] P. 123. l. 7. *Μέχρι τῆς Κρήτης*] Nam Anaphe et Thera, quarum meminit Callimachus in sequentibus

*) De divitiis v. Plin. H. N. 33, 3., quas suo tempore praedicat Agathias Hist. L. 3. p. 72. cf. Reland. de Paradis. in dissertt. miscell. P. I. p. 23. sq. TZSCH.

**) H. l. *Cor.* *ἃ* inserit, nectendae orationis causa. FR.

***) Cf. *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 404. 445. sq. T. VI. p. 208. *Schweigh.* ad Polyb. T. VI. p. 195. 647. FR.

versibus, sunt insulae Cretae vicinae. vid. l. x. [T. IV, p. 304.] CASAUB.

P. 123. l. 8. καὶ τῆς Ἰταλίας, καὶ τοῦ Ἀδρίου] Ut portus Argous in insula Aethalia: et non procul a Roma portus Thelamo; et ad Formias alia: vide Diodorum. CASAUB.

P. 123. l. 9. τό, τε μὲν — τό, τε δὲ] Sic *Sieb.* e Stroz. Ed. Alm. et rell. τότε μὲν — τό, τε. Mosc. Ven. A. et e corr. Med. 2. τὸ δὲ, ubi antea τοτὲ δὲ. Par. 1. 2. Eton. Esc. τό, τε δὲ, sed Par. 2. al. m. sup. ἢ ἐν οἷς. Med. 1. τὸ δὲ παρὰ, sed corr. τοτὲ δὲ περὶ. *Cas.* margini adscripsit: „Lego τότε δὲ." *Cor.* dedit τοτὲ μὲν — τοτὲ δὲ. Recte. Post Κόλχων additur λέγει ὅτι in Vat. B. idemque e corr. in Med. 2. et al. m. s. in Par. 2. FR.

P. 123. l. 10. Αἰγλήτην] Quit sit Αἰγλήτη, nescio, et sane opus hejc erat meliore codice. pro λείπων Aldus habet λέγων. *) de caeteris divinavi. Harmonia fortassis loci nomen ad Adriam fuit, a Cadmi uxore ductum, in anguem mutata. quae fabula ex Ovidio est nota, et sequitur. Pola est Istriae urbs. de qua infra libro v. pro λᾶα suspicatus sum legi debere λανά. XYLAND.

Αἰγλήτης Apollinis est cognomen. **) Nam hoc nomine colebatur in insula Anaphe, quae una est de Sporadibus. Apollonius lib. quarto (v. 1729.):

— ὅτ' Ἀπόλλωνα θυηλαῖς
Αἰγλήτην Ἀνάφης τεμήορον ἱλάσκονται.

Nominis rationem indicat idem his verbis (v. 1716.):

— Αἰγλήτην μὲν ἐϋσκόπου εἵνεκεν αἴγλης
Φοῖβον κεκλόμενοι.

Strabo ipse lib. decimo [T. IV. p. 304.], ubi de insula Anaphe loquitur, ibi coli Aegletan Apollinem annotat: deinde hoc ipsum Callimachi carmen profert. Sed lapsi sunt interpretes, cum putarent, hoc esse loci nomen, quem locum nusquam reperiebant. Adeo in auctore, quem vertebant, peregrinabantur. Dicit autem

*) Hopp. Vet. Intp. λείπων, quod cum *Penz.* recepit *Cor.* et Intpp. Pariss. FR.

**) Hesych. T. I. p. 141. Αἰγλητὴν· (sic) ἐπίθετον Ἀπόλλωνος. ubi cf. Intpp. FR.

Callimachus *Αἰγλήτην, Ἀνάφην τε λείπων*, locum significans, unde proficiscebatur is, de quo erat sermo: est hoc genus loquendi Graecis poëtis admodum familiare. Apollonius [I, 179.]:

*Ταίναρον αὖτ' ἐπὶ τοῖσι λιπὼν Πολύφημος *) ἵκανε.*

Euripides [Hecub. v. 1.]: *Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας Λιπών*, et alibi poëtae passim. Sed quis hujus lectionis quamvis probabilis auctor et fundus erit? Nam Aldus habet *λέγων*, quod praestat sequi, quam sine codicis auctoritate mutare. CASAUB.

Λακωνίδι γείτονα Θήρῃ] Thera quoque una e Sporadibus, Anaphae propinqua, ut ait Stephanus. Vocat hanc Callimachus *Λακωνίδα*, quia a Sesamo fuit condita, qui erat unus e posteris Euphemi Lacedaemonii: vide Apollonium lib. quarto [v. 1763.], Pindarum [Pyth. IV, 35.], Herodotum (IV. 147. 148.), Callimachum [Hymn. Apoll. 73.], et alios, qui de Cyrenes conditoribus meminerunt. CASAUB.

P. 123. l. 11. *λέγων ἀρχόμενος*] Recte Xylander inserit *καὶ*. *ἀρχόμενος* autem vox Strabonis est, non Callimachi, et ad sequentia pertinet, non praecedentia, ut docti viri nonnulli putant. **) Significat Strabo, versus sequentes esse positos initio carminis Callimachi. Quis vero non id facile agnoscit? fortasse etiam Elegiam illam ab hac voce *Ἀρχόμενος* ***) orsus erat, ut Apollonius librum primum, et Dionysius Periegetes. †) CASAUB.

P. 123. l. 12. *ἀπ' Αἰήταο Κυταίου*] Cytaea, ut praeter alios auctor est Stephanus, urbs est Colchidis. Inde

---

*) *Εὔφημος* legendum esse ostendit *Brunck.* ad h. l. FR.

**) *Cor. Λείπων* initium esse voluit pentametri, reliquis omissis, et, quum cod. Par. 1393. *ἔρχμενος* praebeat, collocavit id initio hexametri ita expleti. FR.

***) Bentlej. ad Callim. fragm. CXIII. p. 484. ita constituit versum:

Ἀρχόμεν', ὡς Ἥρωες ἀπ' Αἰήταο Κυταίου.

SIEBENK.

Prorsus ita loquitur Callimachus Hymn. in Dian. v. 4. *Ἄρτεμιν ὑμνέομεν — Ἀρχόμεν', ὡς ὅτε πατρὸς ἐφεζομένη γονάτεσσι* etc. ubi cod. Ern. a Loesnero enotatus habet p. 113. *ἀρχόμενος*. Nempe apostrophus facile cum syllabis *ες*, *οις*, *ως* confunditur: v. *Bast.* Commentat. Palaeogr. p. 860. FR.

†) Adde auct. Batrachomyomach. et quos commemorat *Brunck* ad Apoll. Rhod. l. l. FR.

igitur Callimacho Aeeta *Κυταῖος*. At Apollonius aliter formavit lib. secundo: (v. 405.) *Πύργους εἰσόψεσθε Κυταιέος Αἰήταο.* *) Casaub.

P. 123. l. 13. *αὖθις ἐς ἀρχαίαν ἔπλεον Αἱμονίην*] Lego, *Αἱμονίην.* **) Nam hoc sibi voluit Callimachus, dicturum se, quomodo ab Aeeta in patriam rediissent Argonautae: patria autem Thessalia, quae et *Αἱμονίη* dicta: vide finem libri noni [T. III. p. 675.]. Nec obstat, quod mox sequitur de Harmonia. Neque enim hoc tantum voluit dicere Callimachus, quomodo in Illyricum devenissent Argonautae, ubi Harmoniae monumentum; sed hoc potius, quomodo in patriam post multos errores, quorum unus ille fuit, rediissent. Praeterea, an bis eo venerunt Argonautae, ut diceret *αὖθις*? Ego vero ne semel quidem venisse Argonautas ad Harmoniae monumentum puto. De Colchis enim id leges apud poëtas, non de Argonautis. ***) Casaub.

P. 123. l. 15. *Οἱ μὲν ἐπ' Ἰλλυριοῖο πόρου*] Apollonius lib. IV. de Colchis: (v. 517.)

Οἱ δ' ἄρ' ἐπ' Ἰλλυριοῖο μελαμβαθέος ποταμοῖο,
Τύμβος ἵν' Ἁρμονίης Κάδμοιό τε, πύργον ἔδειμαν,
Ἀνδράσιν Ἐγχελέεσσιν ἐφέστιοι.

Enchelees, quorum meminit Apollonius, quosque alii Enchelanes vocant, ut Artemidorus, gens fuit Illyrica, ad quam venisse Cadmum et Harmoniam etiam Apollodorus lib. III. [5, 4. ubi *Heyn.* p. 234. ed. sec.] et Pausanias (IX. c. 5.) [T. III. p. 16. ed. Fac.] sunt auctores:

---

*) Habet etiam II, 1095. *ἐξ Αἴης ἐνέοντο παρ' Αἰήταο Κυταίου.* Valer. Flacc. VI, 693. *terris — Cytaeis.* cf. Schol. ad Apoll. Rhod. II, 399. Fr.

**) *Cor.* dedit *Αἱμον.* et, quod Par. 3. Mosc. praecunt, *ἀρχαίην.* Sed *αὖθις*, pro quo Med. 1. 2. *αὖθι*, cum Mosc. Hopp. mutandum erat in *αὖτις*: v. *Brunck.* ad Apoll. Rhod. IV, 1038. *Schaef.* ad Schol. T. II. p. 257. *Koen.* ad Greg. Cor. p. 475. Sch. Fr.

***) *Cas.* conj. *Αἱμονίην* probarunt Bentl. ad Callimach. p. 485. et Alberti in Miscell. crit. p. 275. Tzsch.

E Reg. ita dederunt Breq. et Intpp. Pariss.; e reliquis codd. nihil enotatur. Verumtamen ρ et ι saepe permutantur a librariis et lectoribus: v. *Piers.* ad Moer. Att. praef. p. XXI. et p. 128. 274. *Schaef.* ad Long. Past. p. 596. *Gaisford.* ad Hephaest. p. et quos laudant Intpp. ad Greg. Cor. p. 215. Schaef. Vet. Intpr. *Hermionem.* Fr.

vide Stephanum. *) Diodorus autem lib. XIX. [c. 53. T. II. p. 558. ed. Wess.] in hujus, seu fabulae, seu historiae narratione, aut alios secutus est auctores, aut memoria lapsus est. Enchelees enim Cadmea expulisse Cadmum et Harmoniam scribit: unde, ait, *συνέβη τοὺς περὶ Κάδμον εἰς Ἰλλυριοὺς ἐκπεσεῖν*. An quia sciebat Diodorus *ἐγχέλεις*, hoc est anguillas, esse optimas et maximas in Boeotiae lacu Copaide, putavit his cognominem in Boeotia esse aliquem populum? CASAUB.

σχάσαντες ἑρετμά] In manuss. [Par. 1., sed *σ* supr. *κατάντες* Eton. *σηχάσ.* Ven. A. *amissis rem.* Vet. Intp. FR.] est *χάσαντες*, quod non placet: *σχάσαι* est *dimittere, relinquere, ἀφῆσαι*, **) ut interpretatur Hesychius [T. II. p. 1328.]. Utitur saepe Lycophron. [v. 21. 28.] Sic Pindarus [Pyth. X, 79.] *κώπαν σχάσον*. Aristophanes *Νεφ.* [v. 108.] *τούτων γενοῦ μοι, σχασάμενος τὴν ἱππικήν*. ad quem locum vide doctiss. graecum scholiastem [et notam *Hermanni* in ej. edit. p. 282. sq.]. CAS.

[P] P. 123. l. 16. *Λᾶα* ***) *παρὰ ξανθῆς Ἁρμονίης ὄφιος* †)] Nihil hîc, praesertim sine veterum librorum auctoritate mutandum. *Λᾶα Ἁρμονίης*, lapidem sive monumentum Harmoniae, vocat, quem Apollonius *τύμβον Ἁρμονίης*. ††) Dionysius de situ orbis: (v. 390.) †††)

Κεῖνον δ' ἂν περὶ κόλπον ἴδοις ἐρικυδέα τύμβον,
Τύμβον, ὃν Ἁρμονίης Κάδμοιό τε φῆμις ἐνίσπει.

Ille autem locus, ubi fuit hic tumulus, Cylices appellabatur. Athenaeus libro XI. (c. 2. p. 462.) *πολλοῖς δὲ καὶ*

---

*) Cf. *Tzschuck.* ad Mel. II, 3, 11. et *Schweigh.* ad Polyb. T. VI. p. 296. FR.

**) V. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. VIII. p. 367. et in primis *Schneid.* Lex. Gr. T. II. p. 491. sq. FR.

***) Deest h. v. Vet. Intp. Vat. B. Esc. Mosc., hic cum spatio vacuo unius vocis. *τὰ* Par. 1. Vat. A. *λα* Stroz. *τω* Stroz. B... *ᾶα* Par. 2., ubi margo libri abscissus est. Tum *ἐκτίσσ.* simpl. *σ* Par. 1. et e corr. Med. 2. *Cor. τό κεν* pro *τὸ μὲν*; quamvis facilis mutatio, nolim tamen ob sequens *διάφ.* Tum pro *ὀνόμηνε* Par. 1. *ὠνόμ.* Eton. *ὀνόμησε.* Idem Callim. versus est ap. Strab. l. V. T. II. p. 113. FR.

†) Vulg. lectionem *ὄφιος* defendit Wesseling. ad Antonin. Itiner. p. 271. et 274. SIEBENK.

††) *Brunck.* ad Apoll. Rhod. IV, 518. sic citat h. l. *λᾶα — τάφιον*, e Callim. fragm. CIV. ex emendat. *Bentleji.* FR.

†††) Add. Nicand. Theriac. v. 607. FR.

ὁ ἐν Ἰλλυριοῖς τόπος διαβόητός ἐστιν ὁ καλούμενος Κύλικες, παρ' ᾧ ἐστι τὸ Κάδμου καὶ Ἁρμονίης μνημεῖον. Ἁρμονίην appellat ὄφιν, quia in serpentem et ipsa et Cadmus fuere mutati: vide Apollodorum et Ovidium. [Metam. IV, 575. sqq.] CASAUB.

P. 124. l. 1. Ἄστυρον ἐκτίσσαντο] Oppidum, inquit Callimachus, condiderunt, quod vocant Polam, quae vox sonat, si verbum verbo Colchicum Graeco interpreteris, φυγάδων, hoc est *exulum*. Nam, ut ait Strabo libro v., Colchi, qui hanc urbem condiderunt, aeterno se exilio damnarunt. Polas igitur vox Colchica voce Graeca φυγάδων exponitur. Quare procul a mente Callimachi erravit interpres [Vulcanius], qui putavit oppidum istud fuisse appellatum Astyron, quod Colchicae voci Πόλας esset ἰσοδυναμοῦν. Ego vero ἄστυρον dici scio apud poëtas omne oppidum. Nicander Alexipharmacis: [v. 14.]

— Τόθι χάσμα δυσεκδρομον Εὐβουλῆος,
Ἄστυρά τε Πριόλαο.

Callimach. etiam alibi usus erat, ut apparet ex Etymologico [p. 160, 30. Sylb. p. 145. Schaef. Add. Intpp. ad Hesych. T. I. p. 590.]. At is, qui Callimachi poëmatia novissime [idem Vulcan.] vertit, tam infeliciter haec reddidit, ut ejus me valde misereat. CASAUB.

P. 124. l. 2. Γραικὸς] Discimus ex Thucydide (I. c. 2. 5.) et Aristotele, Ἑλλάδα proprie et antiquitus sic appellatam eam esse Thessaliae partem, ubi est Dodone, et Acheloi fontes: ibi igitur primum Ἕλληνες sunt appellati: estque haec vera Ἑλλάδος Ἑλλάς. Notat autem idem Aristoteles, eosdem prius fuisse appellatos Γραικούς. Est vero animadversione dignum, utramque vocem Graecis postea omnibus fuisse communicatam. Sed ipsi Graeci Ἑλλήνων retinuerunt appellationem. Itali et Romani Graecorum voce potius sunt delectati. Origo tamen utriusque appellationis eadem, ut ex Aristotele diximus. Verba philosophi haec sunt: loquitur de diluvio quod Deucalionis temporibus contigit. (Meteorol. I. c. 14.) καὶ οὗτος (ὁ κατακλυσμὸς) περὶ τὸν Ἑλληνικὸν ἐγένετο μάλιστα τόπον, καὶ τούτου περὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν ἀρχαίαν· αὕτη δ' ἐστὶν, ἡ περὶ Δωδώνην καὶ τὸν Ἀχελῶον, οὗτος γὰρ πολλαχοῦ τὸ ῥεῦμα μεταβέβληκεν· ᾤκουν γὰρ οἱ Σελλοὶ ἐνταῦθα, καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοὶ, νῦν δὲ Ἕλληνες. Vide quos ibi notat Olymp. p. 27. Apollodorus quoque lib.

primo [7, 3. ubi v. *Heyn.*] testatur, Hellenem de suo nomine appellasse Hellenas, eos qui prius Graeci dicebantur: quae mirifice philosophi sententiam confirmant. Hoc non ignorabat, cum de Thessalis Argonautis sic canebat Catullus: (Epith. Thetid. v. 35.)

— — linquunt Phthiotica Tempe,
Grajugenasque domos ac moenia Larissaea.

Porro *Γραικῶν* appellationem, etsi vulgus Graecorum respuit, poëtae tamen non sunt aspernati. Lycophron: (v. 532.)

Γραικῶν ἄριστος ᾧ πάλαι τεύχει τάφους.

vide Stephanum. Quis vero non miretur Hesychio [cf. Intpp. ad T. I. p. 854. et T. II. p. 1098. Alb.] parum ista fuisse cognita? Is putat a Romanis Graecos esse appellatos, qui *Ῥωμαῖοι* appellarentur, sine *Γ.* *) Casaub.

P. 124. l. 4. *Τοὺς περὶ τὸν Ἰάσονα*] Sic etiam in Aldino codice perspicue extat, sed notas non intelligens librarius [Hopp.] *τὴν ἐπὶ* absurdum substituit, quod annotavi, quia in hac praepositione fere singulis paginis is error fuit commissus. Xyland.

οἱ δὲ καὶ μέχρι τοῦ Ἀδρίου] ut Apollonius, cujus Geographia, dum (lib. IV. v. 244.) reditum Argonautarum in patriam canit, prorsus est mirabilis. Nam in mare a Phaside flumine delati, ac secundis ventis usi,

Ἠοῖ ἐν τριτάτῃ πρυμνήσια νηὸς ἔδησαν
Παφλαγόνων ἀκταῖσι· πάροιθ' Ἅλυος ποταμοῖο.

Inde Istrum ingressi in sinum Adriaticum deferuntur: magis etiam absurda, quae sequuntur. Padum enim ingressos ait in Rhodanum devenisse, qui eos detulit ad mare Ligusticum ac Stoechadas insulas. Piget reliqua persequi. Casaub.

P. 124. l. 5. *οἱ δὲ καὶ ποταμὸν Ἴστρον*] De hac veterum opinione plura infra hoc libro. [T. I. p. 153.] Cas.

P. 124. l. 12. *ὅταν Αἰήτην ὀνομάζῃ*] *Cor.* edidit *τὸν Αἰ.* propter seqq. haud dubie. Med. 1. — *ζει.* Tum male pro *λέγῃ* Par. 3. Vat. *λέγει.* Fr.

P. 124. l. 13. *παρὰ τὸν Αἰήτην*] Locus mutilus. Rursum *Εὔνεων* scripsi, nam id Attice cum *Εὔνηον* videtur

*) Cf. quos laudat *Sturz.* de dial. Alex. p. 8. sq. Fr.

convenire, *Εὐναῖον* alienum est. [*Sieb. Εὐνήων.* Med. 2. Ald. Hopp. *Εὔναιον.* Par. 1. 2. *Εὔνεον.* Par. 3. *Εὔνειον.* Mosc. Med. 1. *Breq. Cor. Εὔνηον.* V. supra. Fr.] In Mimnermi versibus nullo negotio licuit deprehendere, *ὑρρο-στῇ* legendum esse, quod librarius [Hopp.] in *ὕβρις τῇ* depravarat. Xyland.

Assentior Xylandro, locum esse corruptum. Legendum censeo: *καὶ παρὰ τοῦ Αἰήτου πλέουσαν πλάττῃ.* Nam id quidem diserte ait poëta, cujus verba Straboni nunc ante oculos: [Odyss. *M*, 70.]

Ἀργὼ πασιμέλουσα παρ' Αἰήταο πλέουσα. *)

Casaub.

Lege *παρὰ τὴν Αἰητὶν* sc. *γῆν.* Sic et refingendum Theophylact. Simoc. epist. 30. de Medea: *παιδοκτόνον ἐκείνην ἐδίδασκεν ἀγνώμων ὁμόζυγος τὴν αἰνέτην* leg. *αἰητίν.* Misit, nescio unde petitum, Weigel. **) Tzsch.

Probo *Sieb.* emendationem *τὸν παρὰ τὴν Αἶαν πλοῦν.* Sic etiam p. 55. *τὸν Ἰάσονος πλοῦν τὸν εἰς Αἶαν*, sed addo *αὐτῆς.* Ex *πλοῦν αὐτῆς* factum *πλάττῃ.* Paetz.

***) Mosc. F. οὕτω. Mosc. Tz. Par. 1. 2. Ven. A. Hopp. Ald. εὖ τῷ. Tum μᾶλλον [uncinis inclusum in ed. Almel.] deest Mosc. Par. 1. 2. 3. Med. 1. Eton. Ven. A. Vet. Intp. Est. probante *Villebr.* Cum *Sieb.* facit *Cor.*, qui in antecedentibus τὰ αὐτὰ ἑ. dedit pro αὐτὰ τὰ ἑ. Supra ὑγηλὰ in Par. 2. al. m. legitur: ὡς ατρά... λέγω. FR.

†) P. 138. l. 7. διὰ τοῦτο δὲ ῥεῖν καὶ εἰς τὰ ἐντός.] δὲ καὶ ῥ. εἰς Mosc. Vat. A. B. δὲ καὶ ῥ. καὶ εἰς Par. 1. 3. δὲ deest Med. 1. et post. add. Med. 2. δὲ καὶ ῥ. εἰς exhibuit *Cor.* FR.

P. 138. l. 8. *Τὸν δ' αὐτὸν λόγον*] Hic intelligimus, Stratonem initio hujus disputationis de Ponto tantum egisse. Deinde autem quasi *πόρισμα* quoddam et corollarium addiderat: idem nostro mari ad Gades contigisse, quod Ponto ad Byzantium: addit autem *σύμπασαν*, quia et Pontus pars est nostri maris. CASAUB.

Supra *ἡμετέραν* al. m. in Par. 2. scriptum legitur *τὴν ἑσπερίαν*, idemque in marg. Vat. praemissis vocibus *ἢ ὡς*, quas *Siebenk.* in aliis schedis sic refert *ἥως*, quod rectius legitur *ἤγουν*. V. quae monui in diss. de Med. Pent. Syll. p. 340. Tum pro *συμπᾶσαν*, quam maculam propagarunt edd. recentiores, Mosc. Ald. Hopp. diserte jam *σύμπασαν*. Sed l. 9. *μεταφέρειν* exhibent Par. 2. 3. Esc. Mosc. F. Bemb. sed Mosc. Tz. Vet. Intp. et al. m. sup. Par. 2. — *ρει*. FR.

P. 138. l. 10. *ὡς καὶ ταύτης μετεωρότερον τοῦδαφος ποιούσης*] Locus corruptus: sed facile est intelligere, quid scripserit Strabo. Ego non dubito, ita locum exponi debere. Ait Strabo, factam esse nostri maris eruptionem ad Gades simili ratione, ac factum in Ponto. Quae ibi causa ex sententia Stratonis? Solum maris Euxini *μετεωρότερον*, quam reliqui maris mediterranei. Jam convertamus sermonem ad eruptionem ad Gades. Quaenam igitur statuenda ejus rei causa? Bimuli pueri jam intelligunt, causam esse solum maris nostri *μετεωρότερον*, quam solum Oceani. Quare non procul a vera lectione aberrabit, qui ita leget: *ὡς καὶ ταύτης μετεωρότερον τοῦδαφος ἐχούσης, ἢ τὸ ὑποκείμενον τῷ Ἀτλαντικῷ.* *) *ταύτης* autem, hoc est, *τῆς ἡμετέρας θαλάσσης*. Sed pro *ποιούσης* reponere *ἐχούσης* etsi coacti sumus, cum non occurreret verbum commodius, tamen dubitanter id facimus. CASAUB.

P. 138. l. 13. *Ἐχρῆν οὖν καὶ τὸν εἴσρουν*] Quia diversa est natura freti Gaditani et freti Byzantini, diversam etiam eorum causam esse ait. Diversitas ea est, quod in Byzantino nulla fluctuum cernitur reciprocatio, sed placidus tantum, isque perpetuus Ponti in Propontidem

*) Vet. Intp: *quam quae Atlantico subjecta (fundamenta) sunt pelago. Breq.* rationem sequuntur Intpp. Pariss. et *Coray.* FR.

fluxus. In Gaditano neque ille fluxus apparet, et dies noctesque summus viget maris fervor. *) CASAUB.

P. 139. l. 1.° Ἐκεῖνο δὲ πυνθάνομαι] Redeamus, inquit, ad Pontum, et causam a Stratone allatam expendamus. Strato ait, causam, cur eruptio ad Byzantium sit facta, esse soli inaequalitatem, qualem supra exposuimus. Strabo adversus hanc sententiam sic ἐξ ὑποθέσεως disputat. Si potuit aliquando fieri haec ἔκρυσις, sive eruptio, ita ut non esset solum maris Euxini ὑπέρτερον aut ἐπικλινές: ergo ne nunc quidem censendum est, ita contigisse. Negas potuisse? ita probat. Pontus potuit impleri, antequam esset ostium Byzantinum: cum adhuc ejus solum esset humilius solo reliqui maris, licet nunc se aliter res habeat: ergo et conjungi. Hoc sequi negas? Probo. Si Pontus fuisset impletus, antequam esset ostium Byzantinum, superficies ejus et superficies maris proximi ita divisae seorsim permanere non potuissent, ut altera esset altera superior et altior. Quare necessario se conjunxissent. Sic efficis, quod initio proposuit, non esse necesse πρὸς τὴν ἔκρυσιν ταύτην, ut solum esset ὑπέρτερον aut ἐπικλινές. **) CAS.

[P] P. 139. l. 9. μέχρι μὲν ἡ αὐτὴ ἦν] Quamdiu superficies maris Euxini et Propontidis ac reliqui maris nostri futura erat eadem, nec alteri altera eminens. ***) CASAUB.

P. 139. l. 10. διὰ τὴν ἐξίσης ἀντέρεισιν, καὶ θλῖψιν] Tamdiu, ait, futurum erat, ut ista duo maria sejuncta permanerent, quamdiu aequum utrinque aquae pondus et libramentum esset. Cum enim omnes undique maris ac terrae partes centrum aeque nitentes sua gravitate capessant, non potest aquae superficies aliis locis esse eminentior, quam aliis, quin statim diffundatur et una

*) P. 138. l. 15. Κάλπην] Κάλπιν Mosc. Par. 2. Hic al. m. sup. μία αὐτη τῶν στηλῶν. Vet. Intp. *Calpen.* De scriptura cl. *Tzschuck.* ad Mel. II, 6, 8. *Orell.* ad Nic. Damasc. p. 208. sq. Tum ἐῶ habent Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc. Vet. Intp., ut *Cor.* dedit. FR.

**) P. 139. l. 5. καὶ μείζω] καὶ deest Med. 1. 2. Esc. Mosc. Bes. Desunt haec verba Par. 3. Vet. Intp. *seu Meotidos palus amplior.* Tum l. 8. τοῦ ante τῆς *II.* deest Med. 2. FR.

***) Mosc. Ven. A. deest τὴν ante ἔκρ. et Par. 3. ὄντως pro οὕτως. FR.

fiat. Similis fere ratio Aristotelis lib. sec. de Caelo (c. 13.), ubi probat, terrae figuram esse rotundam propter συμπιεσμὸν partium graviorum. Porro haec, etsi vere dicuntur a Strabone, tamen, opinor, aegre concessisset hoc Eratosthenes: quandoquidem placuit illi contra omnium Mathematicorum sententiam, aquae superficiem non modo non esse omnibus in partibus eandem, sed ne in vicinis quidem locis. Vide infra. CASAUB.

P. 139. l. 11. *ὑπερεπόλασεν ἢ ἐντὸς*] Sermo est de mari Euxino et reliquo nostro mari. *ἢ ἐντὸς* igitur*) hoc loco omnino de Ponto tantum est accipiendum: *ἢ ἔξω*, de reliquo nostro mari. CASAUB.

P. 139. l. 11. *ἀπερᾶσαι*] Elegans vox.**) Significat solo illidere. Origo eadem, quae illi frequenti apud oratores, *ἐξέρα τὸ ὕδωρ*. Videtur autem translata hic a cottabis Graecorum: de quibus non referam, quae vulgo nota sunt. Apud Dioscoridem vox isti affinis *κατερᾶσαι* saepe legitur. CASAUB.

P. 139. l. 12. *γίνεσθαι*] *γίγνεσθαι* Med. 1. 2. *confluxere* Vet. Intp. Inde edidit *Cor. γενέσθαι*. Tum l. 15. Mosc. *μῖξιν* pro *μίξιν* et in *Εἰ γὰρ καὶ τοῦτο διώσουσιν Coray* omisit *καί*. FR.

P. 139. l. 13. *ἐκείνῳ*] Mari Euxino. CASAUB.

P. 139. l. 16. *οὐκ ἂν κωλύοιτο, ἢ νῦν*] Lege, *ἢ νῦν*.***) CASAUB.

P. 140. l. 3. *Ταῦτα δὲ μεταφέρειν*] *δεῖ* supple: quae ellipsis Aristoteli frequens. Pertinent haec ad Stratonis *πόρισμα*. CASAUB.

Usitatissimam †) ellipsin non ferens male scripsit *Coray Ταῦτα δὲ δεῖ μεταφέρειν*. FR.

---

*) Ita in marg. Par. 1. 2. *ἢ κατὰ Εὔξεινον*. FR.

**) Eam jam *Bergler.* ex Alciphr. Ep. III, 7. Lexicis addidit. Par. 1. Etym. *ἀπεμᾶσαι*, quod interpretamentum pro vero habuit *Villebr.*; sed ubi legatur *ἀπεμάω* alias, nec ipse scio, nec Lexica habent. Vet. Intp. *evidentius fluxum repulit*. In Mosc. olim *ἀπελάσαι*, sed nunc ϱ pro λ corr. Solennis harum literarum confusio: cf. Intpp. ad Greg. Corinth. p. 269. ed. Lips. *Schaef.* in Append. ad nov. ed. Arist. Plut. Hemsterh. p. 518. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. Palat. T. III. p. 641. FR.

***) Sic Mosc. Vet. Intp., *ἢ νῦν* Hopp., *Cor. ἡ νῦν*, ut *Breq.* FR.

†) V. *Schaefer.* ad Dionys. Hal. de comp. p. 211. Meletem. Crit. Sp. I. p. 46. ad *L. Bos.* Ellips. p. 597. FR.

P. 140. l. 5. *καὶ ταῖς ἐπικλίσεσιν αὐτῶν*] Falsa lectio: nec diu pugnabo, ut eam destruam. Lege, *ἐπικλίσεσι*. *) Sic paulo ante *ἔδαφος ἐπικλινές*. CASAUB.

P. 140. l. 6. *οὐκ ἀπίθανον, κατ' αὐτούς*] Imo hoc ipsi censent. CASAUB.

P. 140. l. 8. *λίμνην πρότερον εἶναι συνέβαινε*] An hoc sequuti poëtae *λίμνην* et paludem pro mari toties posuerunt. CASAUB.

P. 140. l. 10. *ἐκ καταῤῥακτῶν* **) *ἐπαυξομένην ἀεί*] Lego, *ὡς ἐκ καταῤῥακτῶν, ἐπαυξομένην δὲ ἄει καὶ μᾶλλον*. De hoc loquendi genere supra [T. VII. p. 172.] diximus. CASAUB.

P. 140. l. 14. *Οὐ φυσικὸν δ' ὅλως*] Nunc de eo Stratonis errore agit, in quo versari eum supra indicavit, et, quid inter naturam fluviorum et maris intersit, docet: ait autem, *οὐ φυσικὸν*, Stratonem perstringens, qui Physicus audire voluit. ***) CASAUB.

P. 140. l. 16. *Οἱ δὲ πορθμοὶ ῥευματίζονται*.] Fretorum argumento utebatur Strato, ut probaret etiam marium, sicut fluminum, *ἀπὸ μετεώρων τόπων εἶναι τὴν ῥύσιν*. Nam quia perpetuo motu agitari freta certum est: dicebat Strato, causam ejus rei esse *τὴν πρόσχωσιν*, limum, quem mare fluens secum vehat: non secus, ac de fluminibus apud omnes constat. Ipsum igitur causae jugulum petit Strabo. *ῥευματίζεσθαι* autem non inundationem, sed continuam fretorum agitationem significat: philosophus verbo *ῥέειν* simpliciter id significavit lib. Meteor. sec. (c. 1.): ubi causam hujus rei *τὴν ταλάντωσιν* in omni mari, sed in angusto magis perspicuam esse docet. *ῥέουσα δὲ*, inquit, *ἡ θάλαττα φαίνεται κατὰ τὰς στενότητας, εἶπον διὰ τὴν περιέχουσαν γῆν εἰς μικρὸν ἐκ μεγάλου συναγεταί πελάγους, διὰ τὸ ταλαντεύεσθαι δεῦρο κἀκεῖ πολλάκις· εἰ δὲ διὰ τὴν στενότητα τῆς γῆς ὀλίγον ἐπέχει τόπον, ἀναγκαῖον τὴν ἐν τῷ πελάγει μικρὰν ταλάντωσιν ἐκεῖ φαίνεσθαι μεγάλην*. At Strabonis haec disputatio tota est

*) Ita Mosc. F. Intpp. Pariss. *Breq.* et *Cor.* FR.

**) *καταῤῥάκτου* Par. 3. Ven. A. Eton. Vet. Intp. *καταῤῥάκτου* Mosc. Med. 1. 2. Vulgata lectio nata videtur ex errore Ald. et Hopp. *ἐπικαταῤῥάκτου*. Singularem ex Reg. dedit *Breq.* Vulg. retinuit *Cor.*, sed *δ'* cum *Cas.* adjecit. FR.

***) Post *οὔτε* Med. 1. *γὰρ* addit, *Cor.* e conj. *ὅλως τὸ τοῖς π.* deleto *οὔτε*. FR.

ἀναστευαστική. [?] Nam contentus, negare hujus φύσεως, sive ῥευματισμοῦ, causam esse, quam putavit Strato, veram ipse non docet: sed quomodo ἡ πρόσχωσις causa esse nequeat, quod ille volebat, pluribus explicat. Porro, quem ῥευματισμὸν Strabo appellat, vulgo *rheuma* vocabant. *) Auctor Vegetius lib. v. cap. 12. CASAUB.

P. 140. l. 17. διὰ τὸ τὴν ἰλὺν] Qui hunc locum cum antecedentibus et tota disputatione conferet, facile videbit, pro τὴν ὕλην me recte reposuisse ἰλύν. quod feminini generis esse cum alias constat, tum Plutar. [T. VI. p. 484. Reisk.] diserte ἀνηταραττομένην ἰλὺν dixit praeceptis tuendae valetudinis. fretorum inundatio autem mihi est, quod Straboni ῥεύματίζεσθαι, et de eo videtur loqui, quod freta, cum aliquando siccum essent, elisa maris aqua inundantur atque maris aestum perferunt. **) XYLAND.

P. 141. l. 4. καὶ ὁ Σαλμυδησσὸς] Ergo Salmydessus ad ostia Istri? Hoc ego non concoquo: nisi quis dicat, Strabonem, ut et Aristotelem interdum, minus accuratum in exemplis. Sed locus ita potius accipiendus, ut post ἐρημία sit distinctio: et Salmydessus nihil ad Istrum pertinere intelligatur. Sane Salmydessum fluvium esse in eo tractu, quem supra descripsimus et Salmydessum vocari diximus, auctores sunt veteres nonnulli. Inde suspicari possit aliquis, legendum hic esse, καὶ περὶ τὸν Σαλμυδησσὸν ὁ Σαλμύδησσος, καὶ ἄλλον etc. [Par. 3. Mosc. et Par. 2. al. m. sup. — διασσὸς.] Docti viri cogitent. ***) CASAUB.

---

*) Ita *vicissitudines fortunae* appellantur ῥεύματα τύχης v. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. X. p. 238. FR.

**) ἰλὺν Vet. Intp. et al. m. sup. Par. 2. τὴν ἰλὺ τοῖς ἐπ Med. 2. et e corr. τὴν ὕλην τὴν ἐπ. *Brog.* e Reg. et Med. ἰλὺν, ut *Cor.* Utriusque vocis confusionem notarunt *Creuzer.* ad Hist. Graec. Fragm. p. 31. *Spohn.* de Extrem. Odyss. Part. p. 242. FR.

***) Stephano Σαλμυδησσὸς est κόλπος τοῦ Πόντου. Straboni πρόσχωσις, non quidem τοῦ περὶ τὰ στόματα τοῦ Ἴστρου, quod putavit Strabonem scripsisse Casaubonus, quem ideoque reprehendit, contenditque, *Salmydessum nihil ad Istrum pertinere: imo fluvium esse* ait *Sophoclis et Lycophronis Scholiastarum auctoritate;* neque enim illa τὰ περὶ τὰ στόματα τοῦ Ἴστρου referenda ad Salmydessum arbitror, sed tantum ad τὰ λεγόμενα στήθη, καὶ ἡ Σκυθῶν ἐρημία. Eodem modo

P. 141. l. 6. *τὰ τοῦ Φάσιδος*] Par. 2. 5. *τὰς τ. Φ.*, sed Par. 2. al. m. sup. *τὰ*. Tum l. 7. Med. 1. *παρὰ* pro *περὶ*, ac l. 8. Ald. Hopp. *Breq.* diserte *Ἴριν*, quod neglexit *Cor.* Tum vero fort. leg. *ὕλη ἡ Θεμίσκ.* Denique l. 11. Med. 2. *ἐξηποῤ.* et Mosc. Ald. Hopp. *προὸ αὐτῶν*. Par. 2. al. m. supra *πόρον* habet *πόντον*. Fr.

P. 141. l. 8. *περὶ δὲ τὸν Θερμώδοντα, καὶ τὸν Ἴριν*] Commentarium si quis petat in hunc locum, legat, quae scribit doctissimus Apollonii scholiastes, ista interpretans lib. sec. (v. 965.):

Λεῖπον Ἅλυν ποταμὸν, λεῖπον δ' ἀγχίῤῥοον Ἴριν
Ἠδὲ καὶ Ἀσσυρίης πρόχυσιν χθονός.

Casaub.

P. 141. l. 10. *Ἅπαντες γὰρ μιμοῦνται τὸν Νεῖλον*] Vide praeter alios Herodotum Euterpe (c. 10.): *εἰσὶ δὲ*, inquit ille, *καὶ ἄλλοι ποταμοὶ, οὐ κατὰ τὸν Νεῖλον ἐόντες μεγάθεες, οἵτινες ἔργα ἀποδεξάμενοι μεγάλα εἰσί.* Porro autem, ut verum est, fluvios omnes Nilo similes esse, limumque trahere secum: ita verum est et quod ait Dionys. poëta his carminibus (v. 228.):

Οὐ γάρ τις ποταμῶν ἐναλίγκιος ἔπλετο Νείλῳ
Οὔτ' ἰλὺν βαλέειν, οὔτε χθονὸς ὄλβον ἀέξειν.

Casaub.

P. 141. l. 15. *ὧν ἐστι καὶ ὁ Πύραμος*] Vide libro XII. [T. V. p. 21.] Casaub.

---

accipe, quae scribit idem Strabo L. I. p. 50. [T. I. p. 134. l. 8.] *καὶ γὰρ νῦν ἤδη* etc. Certe Salmydessum procul ab Istro esse, vicinumque Bosporo, constat ex Soph. Antig. v. 1081. et Lycophr. Cass. v. 1285. At fluvium esse, vix mihi persuaserit Cas. Strabo certe L. VII. p. 319. [T. II. p. 438.] vocat *αἰγιαλὸν*, sicut noster: cui et Ptolemaeus assentitur L. 5. Geogr. c. 11. ubi tamen *Ἁλμιδισσὸς* legitur. Urbs porro, quae hoc in loco collocatur a Mela L. II. c. 2. *Halmydessos* dicitur: a Plinio L. IV. c. 11. *Almedessos*. Suidae *Σαλμυδησσὸς, τόπος Θρᾴκης*. Existimo ego Salmydessum vocari et littus Ponti ab ingesto a quodam fluvio caeno exaggeratum, et urbem illic sitam; neque enim sibilus et adspiratio diversas efficiunt voces. v. Casaub. ad L. I. p. 50. Urbs vel ora maritima potest intelligi apud Herodot. L. IV. [c. 93.] *Οἵ μὲν γὰρ δὴ τὸν Σαλμυδησσὸν ἔχοντες Θρῆικες*. Certe *Σαλμυδησσὸς* urbs Thraciae, in qua habitarit Phineus, est Apollodoro L. I. [9, 21. ubi cf. *Heyn.* Obss. p. 77. ed. alt.]. *Erasm. Vindingius* in Scymnum Chium. Almel. in *Addend.*

Add. *Zenn.* ad Xenoph. Anab. VII, 5, 12. Fr.

P. 141. l. 18. *ἐς Κύπρον ἴκηται*] Significat auctor carminis [cf. *Tzschuck.* ad l. l.] futurum, ut annectatur Cyprus continenti aut continens potius aggestione limi, quem devehit Pyramus, crescat ad Cyprum. Verum id neque adhuc evenit, nec eventurum esse aliquando quicquam hodie indicio est. CASAUB.

P. 142. l. 2. *διεκπεσὼν*] *διεκπεσάμενος* Par. 2. Esc. Mosc. sed Par. 2. al. m. sup. .... *πεσὼν*. Par. 3. et e corr. Med. 1. *διεκπαισάμενος*, quod *Breq.* recepit e Reg., nullo modo repudiandum *). Vet. Intp. *elabens*. *Cor.* amplexus est vulg. FR.

P. 142. l. 5. *Αἴτιον δὲ τοῦ μὴ φθάνειν τὴν χοῦν*] Male quidem legitur *φάνειν*, quae vox est nihili: sed nec *φαίνεσθαι*, quod interpreti placuit, est melius. Lege *φθάνειν*, ut est etiam in libris scriptis. **) Causa, inquit, cur non possit progredi ulterius in mare limus, quem flumina advehunt: ait autem *τὴν χοῦν*, quum *τὸν χοῦν* sit usitatius. Notant hoc Grammatici ***): *ὁ χοῦς*, ajunt, *τὸ μέτρον*, *ἀεὶ ἀρσενικῶς*, *ὁ δέ γε τῆς γῆς καὶ θηλυκῶς εὕρηται παρὰ τῷ γεωγράφῳ*. Idem tamen *τὸν χοῦν* saepe dicit. CASAUB.

Τοῦ μὴ φάνειν rectum esse, nunquam facile mihi persuadebitur. Causam reddit, cur terra, quam fluvii egerunt, non in mare protrudatur, sed prope ostia fluviorum subsidat. *κινουμένη* quin sit legendum, non *κινουμένην* †), nemo sanus dubitabit. *νηνεμίαν* mox verti *malaciam*, quo vocabulo ventorum cessationem etiam Caesar extulit lib. III. 15. de bello Gallico, et interpres haud dubie usus fuit hac voce, quam librarius cum

*) Nam quod reliqui codd. praeferunt, mera est harum vocum confusio, quam illustrarunt Intpp. ad Gregor. Corinth. p. 403. sq. *Schweigh.* ad Appian. T. III. p. 440. *Reisk.* ad Dionys. Hal. Ant. XI, 37., ubi nolim facere cum *Sylburgio*, quum mediam Alexandrinorum formam nuspiam commemoratam meminerim. FR.

**) Par. 3. Esc. Med. 1. 2. Vet. Intp. FR.

***) Eustathius, cujus loca dabit *Tzschuck.* ad Strab. T. V. p. 240. coll. *Spitzner.* de Vers. Gr. Her. p. 74. Tum l. 6. pro *κάτω φερομένην Coray* dedit *καταφερομένην* et l. 7. Mosc. Par. 1. 2. *παλιῤῥοοῦσαν* pro *παλιῤῥοῦσαν*, quod est in Ed. Alm. FR.

†) Hoc tamen habent Par. 2, Med. 2. Ven. A. et e corr. Med. 1. FR.

non nosset, ridicule in *malitiam* mutavit paulo inferius. Xyland.

[91] P. 142. l. 8. *Ἔοικε γὰρ τοῖς ζώοις*] Athenodori fuit haec sententia, ut ait lib. tert. [T. I. p. 264.]. Solini autem verba erunt instar commentarii (c. 26.): *Physici autumant, mundum animal esse, eumque ex variis elementorum corporibus conglobatum, moveri spiritu, regi mente: quae utraque diffusa per membra omnia externae molis vigorem exerceant: sicut ergo in corporibus nostris commercia sunt spiritalia, ita in profundis Oceani nares quasdam mundi constitutas, per quas emissi anhelitus vel reducti, modo efflent maria, modo revocent.* Lunae hoc alii verius tribuunt, ut infra dicemus. Casaub.

P. 142. l. 11. *Δῆλον δὲ*] Scribe, *Δῆλον δὲ τῷ*. Cas.

P. 142. l. 14. *τῷ δὲ κλύδωνι, καὶ πῦμα ἐπιτρέχει*] Distinguit inter *κλύδωνα* et *πῦμα*, recte. Sunt enim diversa. *Κλύδων* in mari perpetuus, *πῦμα* mari agitato proprium: nunquam tamen ita tranquillum est mare, quin aliqua sit unda, quae *κλύδωνα* comitetur: ideo *κύματα κλύζειν* dicunt poëtae: unde *κλύδων*. Casaub.

P. 142. l. 15. *κἂν γαληνότατον ᾖ*] Lege *ὃ κἂν γαληνότατον ᾖ, ἐπιφερόμενον ἔχει τινὰ βίαν πλείω* *)*: majorem* vim habet unda ingruens, quam recedens, scilicet, ut ex sequentibus apparet. **) Casaub.

P. 143. l. 2. *ἐν ἀνέμῳ*] Locutio elegans, pro *ἐν καιρῷ ἀνέμου*. Similiter lib. IV. *ἐν τοῖς ἡλίοις* pro lucente sole et apparente. Casaub.

P. 143. l. 5. *καὶ ἐν ἀπογαίοις πνεύμασι*] Flatus distinguit a ventis Plinius lib. sec. cap. 43. *Simili modo ventos, vel potius flatus, posse et ex arido siccoque alitu terrae gigni non negaverim: posse et aquis aëra expirantibus.* Idem de apogaeis flatibus paullo post: *Namque et e fluminibus ac nivibus, et e mari videmus et*

---

*) *Cor.* ita interpungit: *κἂν γαληνότατον, ᾖ ἐπιφερόμενον ἔχει* — Vet. Intp. *et si tranquillum sit*, ut vulgo, h. e. *ac, licet — sit, tamen habet* — Vel distingue: *κἂν γαληνότατον ᾖ ἐπιφερόμενον, ἔχει* h. e. *ac licet in accessu placidissimum sit, tamen* —. Bene igitur, quoquo modo explices, habet vulgata lectio. Fr.

**) P. 143. l. 1. *φῦκος ἔχειν*] Ald. Hopp. *φύκος*. Versus Homer. Il. *I*, 7. ubi edd. *ἔχειαν*, quod alii praeferunt: cf. *Heyn.* T. V. p. 527. Fr.

quidem tranquillo, et alios, quos vocant Altanos, e terra consurgere. Qui quidem, cum e mari redeunt, tropaei vocantur: si pergunt, apogaei. Ex quibus verbis planum est, cur dixerit Strabo *ἐν νηνεμίᾳ καὶ ἀπογαίους πν.* De tropaeis et apogaeis plura philosophus. CASAUB.

P. 143. l. 5. *ὡς ἂν ἰδίαν τινὰ τῆς θαλάττης*] Hoc est, quum moveantur hi fluctus motu quodam, qui mari est proprius. Mare dupliciter movetur: vi ventorum, et propria virtute: ait *συγκινούμενον*, quod ita accipiendum, *συγκινουμένου τοῦ κύματος τῷ ἀνέμῳ*, movente se fluctu una cum vento. *αὐτῷ* igitur legendum, non *αὐτῇ*: et ita vetus intpr. *) *Ἰδίαν κίνησιν* vocat, quam philosophus [Meteorol. II, 1.] *ταλάντωσιν*. Auctor Epitomes, homo non imperitus, appellat *προαιρετικὴν*, elegantissime. Sic in sphaeris *κίνησις προαιρετικὴ* vocatur ab Astrologis [Cleomed. Cycl. Th. I, 3. p. 77.] motus, qui est unicuique proprius, et opponitur *τῇ κινήσει τῇ διὰ τὴν ἐμπεριοχήν*. CASAUB.

P. 143. l. 5. *τῆς θαλάττης κίνησιν συγκινούμενον*] Anticulum vulg. *τὴν* ante *κίνησιν* ignorant Eton. Esc. Mosc. Vat. A. B. Stroz. Bes. Reduxit *Coray*. Tum l. 6. *τοιοῦτον* pro *τοιοῦτο* Par. 1. 2. Med. 1. 2. Mosc. Ald. **) FR.

P. 143. l. 11. *Ἡ μὲν οὖν ἔφοδος τοῦ κύματος*] Repetit illa, *ἐπιφερόμενον ἔχει τινὰ βίαν πλείω*. CASAUB.

P. 143. l. 12. *ὥστε ἀπωθεῖσθαι τὸ ἀλλότριον*] Idem sentit interpres Apollonii, cujus haec sunt verba in secundo commentario [v. 964.]: *τοῦ δὲ κύματος παλίσσυτον ἐλαύνοντος ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἰλὺν συμβαίνει τὴν χώραν ἐπὶ πολὺ παραύξεσθαι*. CASAUB.

[P] P. 143. l. 13. *καθαρσίν τινα τῆς θαλάττης*] Plinius lib. sec. cap. 98. *Omnia plenilunio maria purgantur, quaedam et stato tempore. Circa Messanam et Mylas*

*) Vet. Intp. *sicuti proprio quodam maris motu cum eo pariter agitato. Breq.* et *Cor.* retinuerunt *αὐτῇ*. *Paetz* in Not. MSS. „Quo enim pacto fluctus dici possit una cum vento se movere, cum adversus ventum, a terra flantem, ad terram potius feratur, dum proprium maris modum sequitur? Recte itaque *αὐτῇ*." Antea l. 2. Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. Vet. Intp. *οὐδὲν γὰρ*, receptum a *Cor.*, pro *οὐδὲ γ*. FR.

**) P. 143. l. 7. *Ἀμφὶ δὲ τ' ἄκρας*] Hom. Il. *Δ*, 425. sq. et l. 10. *Ἠόνες* ex Il. *P*, 265., ubi cf. *Heyn.* T. VII. p. 334. Mosc. Ven. A. *βοῶσιν*. FR.

fimo similia expuuntur in littus purgamenta. Seneca Nat. Quaest. lib. III. (c. 26.) *Est in Chersoneso Rhodiorum fons, qui post magnum intervallum temporis foeda quaedam turbidus ex intimo fundat, donec liberatus eliquatusque est. Hoc quibusdam locis fontes faciunt, ut non tantum lutum aut folia, sed testas quoque, et quicquid putre jacuit, expellant: ubique autem facit mare: cui haec natura est, ut omne immundum stercorosumque littoribus impingat. Quaedam vero partes maris id certis temporibus faciunt.* Aristoteles Historiarum lib. 6. cap. 13. *Τοῦ Πόντου καθαιρομένου ἐπιφέρεταί τι κατὰ τὸν Ἑλλήσποντον, ὃ καλοῦσι φῦκος* etc. Plutarchus De vitanda ira [T. VII. p. 790. Reisk.]: *τὴν θάλασσαν, ὅταν ἐκταραχθεῖσα τοῖς πνεύμασι τὰ βρύα καὶ τὸ φῦκος ἀναβάλλῃ, καθαίρεσθαι λέγουσιν.* Casaub.

P. 143. l. 15. *Ἡ τ' ἀναχώρησις*] Levis menda toti huic loco tenebras ita offudit, ut viderint hîc nihil interpretes. Docuit modo, undarum *ἐφόδῳ* fieri, ut limus et reliqua id genus e mari propellerentur: nunc ait, *τὴν ἀναχώρησιν*, quae contraria est *ἐφύδῳ*, non esse tantam, ut, quemadmodum haec foras trudit, ita illa intro vel levissimum quicquam admittere possit. Quare legendum ita censeo: *ἡ δ'* *) *ἀναχώρησις οὐκ ἔχει τοσαύτην βίαν, ὥστε νεκρὸν, ἢ ξύλον, ἢ τὸ κουφότατον φελλὸν ὡς ὑπὸ τοῦ κύματος εἰς γῆν ἀναβληθῆναι, οὕτω δὲ καὶ ἐκ τῶν πλησίον* etc. Sequitur hinc, ut limus non possit adire fundum maris nec eum immutare, quod Strato voluit. Sic lib. XIV. [T. V. p. 540. sq.] de Ephesino portu disserens Geographus, postquam docuit, deceptos fuisse, qui, ne oppleretur limo, eum fecerant *βραχύστομον*, unde factum est, ut statim oppleretur. Antea vero, inquit, hos aestus maris impediebant, ne limus fundum accedere posset: foras enim semper propellebant. *Ἀναχώρησιν* igitur *ἐφόδῳ* facit contrariam. Thucydides vero *ἐπαναχώρησιν κύματος* vocat lib. III. (c. 88.) *τὴν ἐξόρμησιν ἐπὶ τὴν γῆν.* Casaub.

Asterisco notavi locum haud dubie mutilum. Xyl.

*) *ἡ δ'* pro *ἤ τ'* legendum esse censuit etiam *Paetz.* et sic edidit *Cor.*, quocum postea vel *ἢ τὸ κουφότατον, φελλὸν, ὑπὸ* vel *τὸν κ. φ.* legendum est. Supra *φελλοῦ σκιά:* cf. T. VII. p. 324. sq. Plut. de Sanit. Tuend. T. VI. p. 484. ed. Reisk. *φελλοῦ δίκην ὑπὸ κουφότητος ἀναφέρεται.* Ad v. *ὥστε* in marg. Par. 1. signum est, quod aliquid dubii significare videtur. Fr.

P. 143. l. 17. *οὔτε δ' ἐκ τῶν πλησίον αὐτῇ*] Vitium erat in voce *οὕτω*, pro quâ legimus *οὔτε*. Error facile irrepsit; nam litera *ε* paululum ad laevam inclinata assimilis fit quam maxime literae *ω*.*) Praeterea legimus *δ' ἐκ* pro *δὲ καὶ*: proclivis lapsus. Adde lineam sequentem exhibere eadem verba *οὕτω δὴ καὶ*, quod errori probabilitatem affert et excusationem. Casaubonus mentem Strabonis perspexit, sed nimio sumtu rem agit. Breq.

Coray dedit *οὐδ' ἐκ τῶν π. αὐτῇ*, pro quo Par. 1. 2. 3. Med. 1. Mosc. Stroz. *αὐτῆς*, itemque *ὑπολῃθέντων* pro *ὑποληφ*. Par. 1. 2. 3. Med. 1. Mosc., qui etiam *οὕτως*. Fr.

P. 144. l. 8. *ἐνδέχεται* **) *προσχωσθῆναι τὸ πέλαγος πᾶν*] Non dicit, posse totum mare repleri limo, et ita complanari, non, inquam, hoc dicit; sed posse totum mare limo aggesto praetexi, si fluviorum, id mare ingredientium, tanta esset vicinitas, ut limus ab uno invectus posset conjungi cum limo proximi fluminis. *Προχωσθῆναι* fortasse rectius legeretur, quanquam parum in eo momenti. Casaub.

P. 144. l. 10. *κἂν τοῦ Σαρδονίου* ***) *πελάγους*] Profert hoc exemplum maris altissimi. Aristoteles (Meteor. II. c. 1.) auctor est, maria *Σαρδονικὸν καὶ Τυρρηνικὸν* omnium marium esse altissima. Casaub.

P. 144. l. 13. *ὡς Ποσειδώνιός φησι*] Posid. Fragm. ed. *Bak.* p. 133. *Koeler.* l. l. p. 218. affert Agathem. II, 14. et *Schneid.* ad Ecl. Phys. p. 271. Fr.

P. 144. l. 14. *Τὴν μὲν οὖν τοιαύτην αἰτιολογίαν*] Postquam Stratonis evertit sententiam, suam nunc ipse explicat pluribus ac confirmat. †) Casaub.

---

*) V. *Casaub.* ad Strab. p. 291. Alm. Fr.

**) *δέχεται* Med. 2. e corr. Tum l. 9. *ἔχοι* Par. 3. ac l. 11. ordine mutato *βαθύτερον ὑποθώμεθα* Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc. Fr.

***) *Σαρδωνίου* Mosc. et *Breq.* e Reg. et Steph. Byz. Vocalis inconstantiam notarunt Intpp. ad Lucian. Asin. c. 24. T. II. p. 593. ed. Amst. *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 166. et 330. Intpp. ad Hesych. T. II. p. 1154. *Heyn.* ad Apollod. I, 9, 25. praetulit *o*, quod poeticum mihi videtur. Cf. etiam, quae congessit *Tzschuck.* ad Mel. II, 7, 19. De forma *Σαρδάνιον* v. *Jacobs.* ad Anth. Gr. Palat. T. III. p. 90. Fr.

†) P. 144. l. 14. *Τὴν μὲν οὖν — Πιθηκούσας.*] Penzel. l. c. p. 115. hanc disputationem integram commentum, et ab aliquo his verbis sententiam Strabonis refutaturo codicis sui orae

P. 144. l. 18. ἀναφυσήματα] Plinius *egestas moles* appellat lib. sec. cap. 75. Casaub.

P. 145. l. 5. καὶ τὰ χάσματα καὶ καταπόσεις *)] Cor. bene omisit τὰ. In antecedd. l. 3. verba οὐδὲ νῆσοι μὲν, ἤπειροι δ' οὔ desunt in Esc. Mosc. Tum Med. 2. e corr. γένοιτ' ἂν et οἵπερ pro εἴπερ. Par. 3. l. 7. Βυζώνης, ac pro σεισμῶν Par. 1. 2. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. Stroz. Vet. Intp. σεισμοῦ. Verum L. VII. T. II. p. 436. Βιζώνης κατεπόθη πολὺ μέρος ὑπὸ σεισμῶν. **) Fr.

[P] P. 145. l. 7. ἐπὶ Βούρας] De Bura ***) et Helice consule Plinium (II. c. 92.), Pausaniam (lib. VII. c. 25.), alios: de Bizone Strabo lib. VII. [T. II. p. 436.] Casaub.

P. 145. l. 9. ἀποῤῥῶγα τῆς Ἰταλίας] Ut magna pars auctorum sentit. Casaub.

P. 145. l. 10. ἀναβληθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Αἰτναίου πυρὸς] Pindarus de Aetna sic canit (Pyth. Od. I.) [v. 44.]:

— — ἀλλ' ἐν ὄρφναισι πέτρας
Φοίνισσα κυλινδομένα φλὸξ, ἐς βαθεῖ-
αν φέρει πόντου πλάκα σὺν πατάγῳ.

Virgilius (Aen. III. 575.):

Interdum scopulos avulsaque viscera montis
Erigit eructans, liquefactaque saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoque exaestuat imo.

Casaub.

P. 145. l. 11. ὡςαύτως δὲ] ὡς δ' αὔτως conjecit Vil-

---

adscriptum putat ideoque in versione omisit. Cui opinioni contraria sunt, quae Strabo p. 57. disserit. Vult enim Geographus accuratius explicare, quae p. 51. de solo maris dixerat. Ideo conjungerem h. nostrum l. cum superioribus [T. I. p. 137. l. 13.] πλέον ἐνταῦθα. A Var. A. tota haec disputatio abest. Siebenk.

*) Hujus vocis translate usurpatae exempla dabit *Jacobs.* in Addit. Animadvv. ad Athen. p. 315. ad Anth. Gr. T. X. p. 22. ad Anth. Palat. T. III. p. 62. *Bergl.* et *Wagn.* ad Alciphr. Ep. I, 22. aliique. Geographi loca singula indicabit Lexicon Strabonianum. Fr.

**) Strab. L. XIII. T. V. p. 476. ἡ πόλις — νεωστὶ ὑπὸ σεισμῶν ἀπέβαλε πολλὴν τῆς κατοικίας, ubi codd. plerique ὑπὸ σεισμοῦ. Fr.

***) V. *Schweigh.* ad Polyb. II, 41, 8. Intpp. Pariss. hodie Διακοφθὸν lt. e. *perruptum* vocari adnotant e Melet. Geogr. ant. et nov. tmem. 18. c. 16. p. 561. De Bizone v. *Tzschuck.* ad Mel. II, 2, 5. p. 91. sq. Fr.

lebr., recepit *Coray*. *) Pro *Λιπαραίων* Par. 3. *Λιπαρήων*. Med. 1. 2. Mosc. Reg. *Λιπαρέων*, quod *Breq.* improbat auctore Steph. Byz. **) Tum *Πιθηκούσας* diserte per *σσ* Par. 1. 2. Epit., ut dedit *Cor.* Recte. ***) Fr.

P. 145. l. 13. *καίπερ μαθηματικὸς ὤν*] *μὴ* omitto, aut etiam in *περ* verto. Nam certe fuit mathematicus, et ne caetera dicam, vel Suidas testatur, eum astronomica scripsisse. Et hoc ipso nomine reprehenditur, quod homo mathematicus a doctrina mathematica dissenserit: quod earum rerum rudi non perinde vitio daretur. Kyl.

Lege, ut recte conjicit Xylander, *καίπερ μαθηματικὸς ὤν*. Sic solet Strabo, et quid dicatur, et a quo, attendere. Tale illud supra [T. I. p. 119.] de Callimacho: *καίπερ γραμματικὸς ὤν*. vulgo *καὶ μὴ μαθ.* †) Casaub.

P. 145. l. 15. *ἐν τοῖς* ††) *περὶ τῶν ὀχουμένων*] Extat hodieque, quanquam Latine tantum editus, hic liber. Sic libro XV. [T. VI. p. 85.] *ταῦτα μὲν οὖν φυσιολογίας ἔχεται τινος, καὶ τῆς περὶ τῶν ὀχουμένων πραγματείας.* Cas.

P. 145. l. 16. *σφαῖραν ταὐτὸ κέντρον ἐχούσης τῇ γῇ*] Ait, aquam et terram habere idem centrum. Mathematici in hoc distinctione utuntur. Centrum enim esse volunt duplex, gravitatis et magnitudinis. De centro igitur gravitatis hoc concedunt: de centro magnitudinis negant. †††) Casaub.

---

*) Nihil interest, quanquam *ὡς δ' αὕτως* supra L. I. T. I. p. 3. V. *Heindorf.* ad Plat. Phaedon. p. 72. sq. et *Sturz.* Lex. Xenoph. T. I. p. 619. Fr.

**) Cf. *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 206. 215. Eandem scripturam per *ττ* constanter servant numi: v. *Rasch.* Lex. Rei Num. T. II. P. II. p. 1761. sqq. *Tzschuck.* ad Mel. II, 7, 18. p. 869. Fr.

***) cf. *Tzschuck.* ad T. V. p. 471. ad Mel. l. c. p. 872. *Wessel.* ad Diod. Sic. XX. 44. T. II. p. 438. Fr.

†) Vox *ὥστε* post *ἐστὶν* deest in Ed. Sieb. Vulg. restituit *Breq.*; Coray *ὥστε, καὶ μαθ. ὤν*, ut plerosque codd. scribere suspicor. Vulg. habent Med. 1. Par. 2., sed hic *μὴ* punctis notatur. Med. 2. *ὥστε μὴ μαθ. ὤν* e corr. Fr.

††) Prop. II. p. 334. ed. Tor. cf. Euclid. Elem. III, 5. Kozl. l. l.

†††) *Penzel.* p. 405. vituperat auctorem, quod *σφαιρωτὴν* dixerit pro *σφαιροειδῆ*, teste usus Vitruv. VIII. 6. *Fortasse qui Archimedis libros legit, dicet non posse fieri veram ex aqua librationem, quod ei placet, aquam non esse libratam, sed sphaeroides habere schema* etc. Sed cf. *Köler* Allg. Geogr. d. Alt. T. I. p. 253., ex quo tacite hausit *Ukert.* Geogr.

P. 146. l. 1. *οἱ μαθημάτων πως ἁψάμενοι*] V. supra T. VII. p. 168. Tum l. 4. pro *οὐδὲ τοῖς σύνεγγυς τόποις* Mosc. Eton. Vet. Intp. *οὐδ' ἐν τ. σ. τ.* quod recepit *Cor.* Deinde l. 6. pro *καίτοι τῶν μαθημ.* Par. 2. Eton. Esc. Mosc. Paris. *καὶ τῶν μαθ.* Par. 1. *ὡς* vel *ὡς καὶ τῶν μ.* Fr.

P. 146. l. 7. *τὴν ἀρχιτεκτονικὴν μέρος τῆς μαθηματικῆς*] Vitruvius lib. prim. cap. prim. de Architectura: *Ea nascitur ex fabrica et ratiocinatione*, hoc est, *τῆς μηχανικῆς καὶ λογιστικῆς*. Vide locum, et alibi. Casaub.

P. 146. l. 8. *φησὶ γὰρ καὶ Δημήτριον*] Tentatum id non a Demetrio tantum, sed aliis quoque post eum. Plinius iv. cap. 4. *Quam ob causam perfodere navigabili alveo angustias tentavere Demetrius rex, Dictator Caesar, C. princeps, Domitius Nero, infausto (ut omnium apparuit exitu) incepto.* De Caesare id testantur Plutarchus [Caes. c. 58.] et Dio libro xliv. [c. 5.] itemque Suetonius [Caes. 49. Calig. 21.] (c. 44.). De Neronis conatu historiam texunt Lucianus in cognomine dialogo [c. 4. T. III. p. 639.], et in vita Apollonii Philostratus lib. iv. [c. 24.] Casaub.

P. 146. l. 10. *κωλυθῆναι δ' ὑπὸ τῶν ἀρχιτεκτόνων*] Aegyptii videntur fuisse hi architecti: ita certe eos vocat Lucian. [l. l. ubi cf. Intpp.] eandem rem sic referens: *Ἔφασαν δὲ τοὺς Αἰγυπτίους γεωμετροῦντας τῆς ἑκατέρας θαλάττης τὰς φύσεις, οὐκ ἰσοπέδοις αὐταῖς συντυχεῖν, ἀλλ' ὑψηλοτέραν ἡγουμένους τὴν ἐκ τοῦ Λεχαίου περὶ τῇ Αἰγίνῃ δεδοικέναι· πελάγους γὰρ τοσούτου νήσῳ ἐπιχυθέντος, κἂν ὑποβρύχιον ἀπενεχθῆναι τὴν Αἴγιναν.* Casaub.

P. 146. l. 12. *Κεγχρέας*] Par. 3. Med. 1. Vet. Intp. Reg. Ald. Hopp. *Κεγχρίας*. Med. 2. *Κεγχρείας*. *Cor.* — *έας*. *) Tum Par. 2. *ὡς εἰ* pro *ὥστε* et al. m. sup. *ὥστε εἰ*. *Coray* e conj. scripsit *διακύψειε* pro *διακόψει*, de quo licet dubitare: v. *Jacobs.* in Additam. Animadv. ad Athen. p. 29. 147. *Matth.* Gramm. Gr. p. 710. Denique l. 14. *καὶ αὐτὴν Αἴγιναν* pro *καὶ τὴν Αἴ.* Med. 1. Esc. Mosc. Bemb. Vet. Intp. Ven. A., in cujus lectione commemoranda *Sieb.* perperam *τὴν* praefixit. Fr.

T. I. P. II. p. 32. 35. Tum l. 17. Med. 2. *ταύτην δὲ* pro *τ. γάρ*. Fr.

*) Hic etiam p. 151. scripsit *Κεγχρέας* pro vulg. *Κεγχρεὰς*, quod nonnullis probatur: v. *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 471. 474. Thom. Mag. p. 520. ed. Bern. Alios laudavit jamjam *Tzschuck.* ad Mel. II, 3, 7. p. 229. not. crit. Fr.

P. 147. l. 3. *καθάπερ τὸν ὠκεανὸν*] *Cor.* dedit *καὶ, κ. τ. ὠκ., δὶς κτλ.* et tum *Τῇ μὲν οὖν πλημμυρίδι ὁμολογεῖν* pro *Τὴν μὲν οὖν πλημμυρίδα δεῖ ὁμ.* itemque *τὸν ἐκ τοῦ Τυρρηνικοῦ — φερόμενον* ex Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. Bemb. (sed Med. 2. post corr.) pro *τὴν ἐκ τ. T. — φερομένην.* Posterius verissime restitutum. Denique l. 13. *ὑπὸ γῆς* Par. 2. 3. Med. 1. 2. Ven. A. Reg., quod Sieb. tacite cum Breq. mutavit pro *ὑπὸ γῆν*, ut Med. 2. e corr. ser. et Par. 2. al. m. sup. habent. *) *Coray* vv. *τὸν ἐναντίον ἐξιόντα καλεῖσθαι* inseruit *ὂν* post *ἐναντίον*, quo minime opus. De Athenodoro et Posidonio v. supra T. VII. p. 198. Fr.

[2] P. 147. l. 10. *περὶ τὴν ἀνατολὴν τῆς σελήνης*] Inde veterum opinio, Lunae vi et potestate Oceanum hos aestus pati. Vide Plinium (II. c. 97.) et Solinum. Apud M. Tullium (de N. D. II. c. 7.) Balbus Stoicus disputans, mundum esse animantem, *Possentne*, inquit, *aestus maritimi fretorumque angustiae ortu aut obitu Lunae commoveri?* Casaub.

P. 148. l. 2. *κατὰ τὴν νῦν ὑπόθεσιν*] *νῦν* agnoscunt etiam Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Vet. Intp., restitutum e Reg. a *Breq.* et *Cor.* Tum *Cor.* l. 3. pro *οὐδὲ εἷς* dedit *οὔθ' εἷς.* **) Fr.

P. 148. l. 6. *ὁ δὲ Χαλκιδικὸς ἑπτάκις*] Si *ἑπτάκις* hic debet accipi, ut *δὶς* paullo ante, vere dixerit Mela (II. c. 7. ***)), Euripum alterno cursu septies die ac septies nocte fluctibus invicem versis fluere: idemque disertim ait Seneca Hercule Oetaeo (v. 779.). Ego vero existimo, eos, qui primi de Euripo ita scripsere aut locuti sunt, finito numero pro infinito, ut fit, usos. Habeo enim auctorem Livium, qui ita sentit, cujus haec sunt verba libro XXVIII. (c. 6.) *Et fretum ipsum Euripi non septies die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat: sed temere in modum venti, nunc huc nunc illuc verso mari, velut monte praecipiti devolutus torrens rapitur.* Ut Livio assentiar, facit auctorum inconstan-

*) Uterque casus usum habet promiscuum. Cf. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 66. 222. T. IV. p. 80. 585. T. V. p. 19. 237. 685. *Matth.* Gramm. Gr. p. 873. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. Palat. T. III. p. 24. *Porson.* ad Eurip. Hecub. v. 149. Fr.

**) P. 148. l. 3. *οὐδὲ εἷς τρόπος τοῦ ῥοώδους εἶναι*] Epitom. *τὸ* (leg. *τοῦ*) *τοὺς εὐρίπους εἶναι ῥοώδεις, οὐκ ἔστι μία αἰτία.* Fr.

***) Ad §. 9. multa collegit *Tzschuck.* T. II. p. 686. sqq. Fr.

tia hac in re: dum alii septies, alii bis septies, alii sexies tantum ἐντὸς νυχθημέρου, Euripi fluctus reciprocari volunt. Nam sexies etiam sunt, qui dicant: Antiphilus Byzantius poëta elegantissimus (Floril. l. I. c. 36.) *):

Εὐβοϊκοῦ κόλποιο παλινδίνητε θάλασσα,
Πλαγκτὸν ὕδωρ, ἰδίοις ῥεύμασιν ἀντίπαλον,
Ἠελίῳ κὴν νυκτὶ τεταγμένον ἐς τρὶς, ἄπιστον,
Ναυσὶν ὅσον πέμπεις ῥεῦμα δανειζόμενον,
Θαῦμα βίσυ, θαμβῶ σε τὸ μυρίον, οὐδὲ ματεύω
Σὴν στάσιν, ἀρρήτῳ ταῦτα μέμηλε φύσει.

CASAUB.

P. 148. l. 7. ὁ δὲ κατὰ Βυζάντιον οὐδὲ μετέβαλλεν] Plinius (II. c. 97.): *Pontus semper extra meat in Propontidem, introrsus in Pontum nunquam refluo mari.* Idem libro IV. cap. 13. *Non est omittenda multorum opinio, priusquam digrediamur a Ponto, qui maria omnia interiora illo capite nasci, non Gaditano freto existimavere, haud improbabili argumento: quoniam aestus semper e Ponto profluens nunquam reciprocetur.* **) Longe tamen aliter Polybius lib. quart. (c. 39. sqq.), ubi et rapiditatem hujus freti, et varias μεταβολὰς pluribus describit: eum adi. Legendum autem ἢ tantum, non ἀλλ' ἢ. ***) CASAUB.

P. 148. l. 9. ὡς δὲ Ἵππαρχος ἱστορεῖ, καὶ μονὰς ἐποιεῖτο] Planudes, cujus excerpta e Strabone quaedam habui, videtur aliter legisse hunc locum: habet ille pro his, *μονὴν δὲ οὐδεὶς ποιεῖται.* Sed ego lectionem vulgatam probo. †) CASAUB.

[P] P. 149. l. 5. ὥστ' οὐχ ὅτι παλιῤῥοοῦντας] Locus mutilus: videtur de fretis loqui. XYLAND.

Conclusio est hujus disputationis de fretorum παλιῤῥοίᾳ adversus Eratosthenem, qui soli ἀνωμαλίαν hujus

*) *Brunck.* Anal. T. II. p. 178. *Jacobs.* T. II. p. 163. Cod. Vat. p. 368. V. *Jac.* Anim. T. IX. p. 60. FR.

**) cf. *Tzschuck.* ad Mel. I, 19, 5. 6. p. 569. sqq. FR. V. Rajus in Physico-Theol. Betr. p. 112. cf. Plin. 2, 57. et Popowitsch v. Meere p. 226. TZSCH.

***) Epitom. ὁ δὲ κατὰ Βυζάντιον οὐδ' ὅλως παλιρροεῖ, ἀλλ' ἀεὶ ἐκ τοῦ Πόντου ῥεῖ εἰς ἅυσμάς. Eodem modo concinit Vet. Intp. cum *Breq.*, quem secutus est *Cor.* Tum Mosc. μόνον ἔχων. Med. 1. ignorat μόνον. FR.

†) P. 148. l. 10. ταύτην γὰρ ἂν Esc. Vat. A. B. et e corr. Med. 1. 2. ἔχῃ pro ἔχοι Par. 3. et e corr. Med. 2. FR.

causam esse volebat: et maris ejusdem aliam atque aliam esse superficiem, fluminum ductus similitudine, putabat: in quo errare eum docuit Strabo. Flumina namque propter catarractas possunt variam habere τὴν ἐπιφάνειαν: iidem tamen nunquam παλιῤῥοοῦσιν. Maris vero superficiem unam esse et eandem necesse est, quum haec sit quatuor elementorum natura, ut corpore rotundo praedita sint. Quare, inquit jam Strabo, si maria confluunt et sic est diversa eorum superficies, ex iis, quae diximus, intelligere est, non modo non posse freta hac ratione παλιῤῥοεῖν, sed ne in eodem quidem statu manere: omnino enim necesse erit, ut, simulac confluent maria, aequetur statim utriusque superficies. Diligens lector superiora et sequentia cum his comparans facile animadvertet, hanc esse istius loci sententiam. Nam hoc ipsa disputationis series indicat. Legendum igitur censeo, ὥςτε οὐχ ὅτι παλιῤῥοοῦντας οἷον εἶναι, ἀλλ' οὐδὲ καθεστῶτας καὶ μένοντας etc. *) Casaub.

P. 149. l. 7. Οὐ γὰρ ὥςπερ ἡ γῆ] Λύσις τοῦ ἀντιπίπτοντος. Potuit aliquis dicere, Quemadmodum terra multa habet, et quae cava sint, et quae promineant ac protuberent, quae nihilominus tamen rotunda dicitur: sic et maris superficies altior aut depressior esse potest. Respondet, Terram quidem, cujus est solidum corpus, posse: mare vero, cujus corpus est fluxum, non posse. **) Casaub. ***)

P. 149. l. 10. ἀλλ' αὐτῇ τῇ κατὰ τὸ βάρος ῥοπῇ] Aquae natura ea est, ut omnes ejus partes ad centrum vergen-

*) Sed saepius Noster participio utitur pro infinitivo. Sic T. I. p. 238. ἐλήλεγκται — κατεσκευακότα τοῦτο τὸν Ἵππαρχον. T. II. p. 85. λέγεται — ὡς ἀνδροφονοῦντας, omisso εἶναι. Caeterum non de fretis hic loquitur scriptor, sed de fluviis. Quamobrem verba πελάγους — φαμὲν parenthesi includenda sunt. De usu participii pro infinitivo v. Reitz. ad Lucian. parasit. T. VII. p. 434. Bip. Paetz.

Add. *Matth.* Gramm. Gr. p. 828. *Ast.* ad Plat. Legg. T. II. p. 66. sq. Fr.

**) P. 149. l. 7. συνελθούσης] Intpp. Pariss. e Strabone p. 135. T. I. ἐνδούσης δὲ τῆς θαλάττης ἀνακαλυφθῆναι h. l. συνενδούσης legendum esse censent, quod recepit *Coray*. Fr.

***) P. 149. l. 8. ἔχειν συμμενούσας] ἔχει Mosc. Bemb. Par. 2., hic etiam συμβαινούσας al. m. sup. ex perpetua confusione horum verborum. V. T. III. p. 264. sq. 274. T. V. p. 123. 288. 196. 308. 317. *Schweigh.* ad Polyb. T. VI. p. 17. Fr.

tes e sublimiori in inferiora perpetuo ferantur: inferius autem est, ad quod a centro minor ducitur linea: hinc sequitur, aquarum superficiem non posse aliam esse, quam rotundam et undique aequabilem: non igitur potest, ut vult Eratosthenes, aliis locis eminere, aliis esse depressior: quin ne plana quidem esse potest. Plinius lib. sec. cap. 65. *Contra quod ut sint plana maria, et qua videntur figura, non posse id accidere, magno suo gaudio, magnaque gloria inventores Graeci subtilitate Geometrica docent. Namque cum e sublimi in inferiora aquae ferantur, et sit haec natura earum confessa, nec quisquam dubitet in littore ullo accessisse eas, quo longissime devexitas passa sit, proculdubio apparere, quo quid humilius sit, propius centro esse terrae: omnesque lineas, quae emittantur ex eo ad proximas aquas, breviores fieri, quam quae ad extremum mare a primis aquis. Ergo totas omnique ex parte aquas vergere in centrum: ideoque non decidere, quoniam in interiora nitantur.* Haec Plinii disputatio, etsi non eadem omnino est cum nostra, tamen huic loco lucis affert plurimum. Casaub.

P. 149. l. 11. ποιεῖται — λαμβάνει] ποιεῖσθαι. Par. 2. Esc. Mosc. Ven. A. Reg. et e corr. Med. 1. sed Par. 2. al. m. sup. ποιεῖται. λαμβάνειν Par. 2. 3. Med. 1. Reg. Mosc. Ven. A., sed Par. 2. ει al. m. sup. Tum l. 15. Coray πάντα τὸν τόπον pro π. τ. Med. 2. γέρα, τεναγίζει et e corr. συμπίπτοντα pro συνάπτοντα. Fr.

P. 149. l. 15. ἐπιφέρει δὲ τοῖς περὶ τοῦ Ἱππάρχου] Pergit reliqua hujus ἀποφάσεως Eratosthenicae expendere: sed hic, contra quam hactenus fecerat, tuetur ejus partes, eumque a reprehensionibus Hipparchi defendit: qui, male quaedam Eratosthenis dicta accipiens, multa in sequentibus reprehenderat. Ac licet recte pleraque ab eo essent reprehensa: tamen in eo peccaverat Hipparchus, quod, quum principia, quae ab Eratosth. erant posita, aut concessisset, aut non refutasset, quae ille suis principiis superstruxerat, evertere conabatur. Atqui oportuit ea prius evertere, quibus ceu fundamentis reliquae Eratosth. ἀποφάσεις innitebantur. Sic hodie, qui adversus novum philosophum disputant, antequam principia illa everterint, quibus ille fretus bonas artes solus intelligit, frustra aliquid se praestitisse putant. Illa enim, illa est πολυπίδαξ ὕλη, Ἀφ' ἧς τὰ πορφυρᾶ βλαστάνει βουλεύ-

ματα: hoc est, furiosae debacchationes adversus praestantissimos quosque scriptores. CASAUB.

P. 150. l. 5. *ἀμφίβολόν ἐστιν*] Non sane, quod verbi *συνάπτειν* significatio ambigua sit, sed quod eam reddit ambiguam auctorum usus. Proprie enim *συνάπτειν* dicitur id, quod alteri est conjunctum et aptum. Sed usus obtinuit, ut *συνάπτειν* dicerentur loca vicina. *) Vide ad lib. nonum [p. 605. ed. Alm.] CASAUB.

[P] P. 150. l. 3. *ἐπειδὴ τὸ*] *ἐπεὶ τὸ* e corr. Med. 2. In Med. 1. *τὸ* ante *σιν.* deest. Tum Med. 2. *ὕδατος* pro *ὕδατα.* Deinde l. 6. *καὶ* post *δέχομαι*, quod Vet. Intp. ignorat, omisit *Cor.*, idemque fecit *Paetz.* in Not. MSS., ex ultima praecedentis vocis syllaba ortum arbitratus. **) FR.

P. 150. l. 13. *συμμεθιστῇ*] *συμμεθιστάναι* Par. 2. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Sed Par. 2. al. m. sup. *γρ.* ..... *ῇ* et Med. 1. e corr. *συμμεθίστησι.* Vet. Intp. *transmittit. Siebenk.* male — *ἄναι* refert. *Cor. συμμεθίστα.* Tum pro *ἀλλ' ἐν τῇ* Vet. Intp. Mosc. Med. 1. e corr. et Par. 2. *καὶ ἐν τῇ*, sed hic al. m. infra *ἀλλ'*. Denique l. 17. Mosc. in *θάλατταν ττ* sup. *σσ.* FR.

P. 151. l. 1. *μίαν θάλατταν*] *θάλ. μίαν* Mosc. Tum l. 4. *ἔτι* deest Par. 1. et *ταύτην* ***) habet Par. 2. 3. et e corr. Med. 1. Vet. Intp. *itaque, quod ibidem est, confluum esse.* FR.

P. 151. l. 6. *φησὶν Ἐρατοσθένης*] Lege, *φήσειν.* †) CASAUB.

P. 151. l. 11. *τὴν κατὰ τὸ Ἄιχαιον*] In sinu Corinthiaco, ut paullo ante dictum. CASAUB.

P. 152. l. 1. *Ψευδῆ δ' εἶναι φήσας*] Quod supra affirmabat Eratosthenes. CASAUB.

---

*) V. *Lobeck.* ad Soph. Aj. p. 326. *Dorvill.* ad Charit. p. 519. ed. Lips. *Porson.* ad Eurip. Phoen. v. 714. coll. v. 1396. et Intpp. ad *L. Bos.* Ell. p. 266. ed. Schaef. FR.

**) Vid. *Schaef.* ad Apoll. Rhod. Schol. T. II. p. 672. not. FR.

***) Nempe *γ* et iota adscriptum confusum: v. *Poppo* Obss. ad Thucyd. p. 232. *Schaef.* Melet. Crit. Sp. I. p. 109. et qui ibi adducuntur. Adde *Seidler.* ad Eurip. Electr. v. 780. *Hermann.* ad Aristot. Poet. p. 119. *Boisson.* ad Marin. V. Procl. p. 75. *Heinrich.* in Obss. ad Auctt. Vet. p. 26. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. Palat. T. III. p. 54. FR.

†) *Coray* edidit *φήσει.* Tum l. 9. Med. 2. e corr. pro *συνεχεῖ θαλάττῃ* habet *τῇ αὐτῇ θ.* Dein l. 13. Par. 2. *αὐτοῦ* al. m. sup. *αὐτόν* et l. 14. *Cor.* dedit *πρὸς αὐτὴν* pro *πρὸς αὐτὸν* sine causa idonea. Post *σύμφησι* l. 15. deest *καὶ* Ven. A. FR.

P. 152. l. 4. *ἐν χρόνοις φέρεται* *) *μνημονευομένοις*] In temporibus contigit, quorum res gestae literarum monumentis continentur. Sic supra *πρὸ ἡμετέρας μνήμης*. Eusebius [Chron. p. 75.] auctor est, regnante Athenis Cecrope annum XII. conditam in Libya fuisse Cyrenem. Varro *μυθικὸν* hoc tempus appellabat, ut ait Censorinus. Idem porro annotat, quarta Olympiade conditam a Theraeis Cyrenem: quod in historicum tempus a Varrone dictum incidit. Qua de re lege Herodotum (IV. 156.), Pindarum [Pyth. IV.], Apollonium [II. 500.] et Callimachum [Hymn. in Apoll. v. 65. sqq.]. **) CASAUB.

[F] P. 152. l. 14. *πλέον τῶν τρισχ.*] Restitui veram lectionem ex libris veteribus *πλέον τῶν τρισχιλίων σταδίων ἀπὸ θαλ.* ***) CASAUB.

P. 153. l. 4. *ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Πόντον*] *τόπων* addunt Vet. Intp. Mosc. Esc. Par. 1594., quod bene recepit *Cor.* †) FR.

P. 153. l. 7. *ἀλλὰ τἀναντία* ††) *ἀπὸ τῶν ὑπὲρ τοῦ Ἀδρίου ὀρῶν*] De Danubii fontibus vide lib. sept. CASAUB.

---

*) Ven. A. *μὴ μνημ.* et l. 5. Med. 2. *ὑπάρξας* pro *ὑπάρξαν*. De Cyrenes origine v. quae congessit *Tzschuck.* ad Mel. I, 8. 2. p. 212. sq. et *Sturz.* ad Pherecyd. p. 160., qui ignorare se fatetur, quid sibi velit nomen *Ἀραιθυς* in Schol. ad Apoll. Rhod. Corruptum habuit censor Posidonii Bakiani in Ephem. Litt. Jenens. a. 1814. Supplem. No. 43. p. 338. Historicus est a Vossio omissus. Nominis scriptura variat. Vid. *Muncker.* ad Hygin. Poet. Astr. L. II. c. 1. *Heyn.* ad Hom. Il. Δ, 319. T. IV. p. 615. Nolim audire *Sylburg.* ad Dion. Hal. A. R. I, 49. FR.

**) P. 152. l. 8. *ἐπιγραφὴ*] *γραφὴ* e corr. Med. 2. Tum pro *ἐπὶ Κυρ. θεωρ. Coray* edidit *ὑπὸ Κ. θ.* FR.

***) Vulgo *πλέον ἢ ἀπὸ θαλάττης διέχοντες τῶν τρισχ.* *στ.* et sic Par. 2. 3. Med. 1. Mosc. Vat. B. Stroz. Sed in Med. 1. serius deletum *ἢ*, quod prorsus deest Med. 2. Natum est *ἢ* ex antecedente *ν*: cf. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de compos. p. 207. 320. Melet. Crit. p. 11. ad Apoll. Rhod. Schol. T. II. p. 93. *Brunck.* secutus est *Casaub.* Pro *μετεωρισμὸν* l. 13. Med. 2. e corr. *μεριαμὸν*. Mosc. l. 17. inverso ordine *τῆς Εὐρ. τὰ πολλά*. FR.

†) Excidit ob similitudinem vocabuli praecedentis: cf. *Tzsch.* ad Strab. T. II. p. 355. T. IV. p. 376. 415. T. V. p. 411. FR.

††) Pro *τἀναντία* Par. 1. 2. 3. Mosc. *τὰ μαντεῖα*, sed hic et Par. 1. in marg. *γρ. τἀναντία*. Natus error e permutatione literarum *μ* et *ν*: cf. *Bast.* Comment. Palaeogr. p. 725. sq. *Porson.* ad Eurip. Hec. v. 373. FR.

P. 153. l. 10. *Κοινὴν δέ τινα τῶν πρὸ αὐτοῦ*] Aristoteles in hoc errore versatur, cujus sunt [de Mirab. Auscult. c. 112. ubi cf. *Beckm.* p. 229. sq.]: *φασὶ δὲ τὸν Ἴστρον ῥέοντα ἐκ τῶν Ἐρκυνίων καλουμένων ὀρυμῶν σχίζεσθαι, καὶ τῇ μὲν ἐς τὸν Πόντον ῥεῖν, τῇ δὲ ἐς τὸν Ἀδρίαν.* et iterum lib. VIII. (c. 13.) in historia animalium de pisce loquens, quem τριγαῖον vocat: *οὗτος μόνοι ἀναπλέουσιν εἰς τὸν Ἴστρον, εἰθ' ἡ σχίζεται, κατοπλέουσιν εἰς τὸν Ἀδρίαν.* Fuit et Theopompus in hoc errore, ut testatur Strabo lib. VII. [T. II. p. 427.] Consule Plinium lib. III. 18. Cas.

P. 153. l. 13. *ἀφ' οὗ καὶ τὸ γένος Ἴστρων* *)] Justinus lib. XXXII. (c. 3.) *Istrique ex vocabulo amnis, quo a mari concesserant, appellati.* Casaub.

P. 153. l. 14. *καὶ τὸν Ἰάσονα ταύτῃ ποιήσασθαι*] Timageti sententiam fuisse, ait Scholiastes Apollonii [IV, 284.], Danubium ortum e Celticis montibus locum quendam earundem regionum ingredi, indeque egressum scindi in duas partes, ac harum quidem partium alteram ad Pontum properare: alteram vero in mare Celticum (Adriaticum, opinor, intelligebat) deferri. Argonautas igitur isto Istri brachio vectos in Tyrrhenum mare pervenisse. Timagetum sequutus est Apollonius, ut supra indicavimus. Justinus (XXXII. c. 3.) vero hac de re sic scribit: *Istrorum gentem fama est originem a Colchis ducere, missos ab Aeeta rege ad Argonautas, raptoresque filiae persequendos: qui ut a Ponto intraverunt Istrum, alveo Sabi fluminis penitus invecti, vestigia Argonautarum insequentes, naves suas humeris, per juga montium, usque ad litus Adriatici maris transtulerunt, cognito, quod Argonautae idem propter magnitudinem navis priores fecissent.* Diodorus vero Siculus lib. IV. (c. 56.) eos reprehendit, qui hanc de reditu Argonautarum sequerentur sententiam: duos enim fluvios ejusdem nominis male ab ipsis confundi. Atque hoc tum demum fuisse exploratum, quum a Romanis Istri fuere subacti. **) Casaub.

---

*) *Ἴστρων* Vat. A. B. Stroz. Esc. *Ἴστρου* Vat. A. Par. 1. 2. Mosc. Ald. Hopp., sed Par. 1. *ω*, Par. 2. et Mosc. *ου* sup. Vet. Intp. *natio Istra.* *Ἴστρων* primus dedit *Casaub.* Fr.

**) P. 153. l. 15. Mosc. *Κολχῶν.* Med. 1. *τῆς Κ* Tum l. 16. Par. 3. tituli loco rubro charactere habet: *Περὶ πτωμάτων καὶ ἐπαλλάξεων.* *Coray* l. 17. *ἃς* pro *οἵας* scripsit, causâ mihi non sa-

P. 153. l. 16. *Πρὸς δὲ τὴν ἀθαυμασίαν*] Sequitur digressio ab instituta cum Eratosthene disputatione. Digressionis ratio et occasio haec. Quaesitum fuerat ab Eratosthene, quaenam esset causa, cur e multis locis mare recessisset, quae ab eo quondam fuisse occupata certis indiciis possit intelligi: et contra. Atque ille quidem alias causas protulerat, de quibus supra vidimus. Strabo haec *αἰτιᾶται*: diluvia nimirum, terrae motus, *ἀναφυσήματα*, *καὶ ἀποσβέσεις τῆς ὑφάλου γῆς*: quae ut non saepe accidunt, ita, quando eveniunt, terrae faciem mirum in modum innovant. Ne videretur autem frustra has causas assignare Geographus, quum haec aut nunquam, aut raro eveniant, placuit horum exempla congerere, antequam hunc sermonem *περὶ τῶν τῆς γῆς μεταςχηματισμῶν* finiret: *πρὸς τὴν ἀθαυμασίαν*, inquit, hoc est, ut desinant mirari homines in historia minus versati similia quamplurima, quae in sequentibus libris reperientur, mirari inquam et *ἀπιστεῖν*. Nam utrumque imperiti facere sueverunt. Enimvero quia passim, ut dixi, hujus generis quam plurima in sequentibus libris occurrent, commodum ac pene necessarium fuit, fidem semel istis facere, ne subinde cogeretur, quoties tale quid narrandum esset, similium exemplorum congerie rei novitatem excusare. Multas autem ejusmodi mutationes saepe contingere, quae terrae faciem mire immutent, nemo potest ignorare, qui vel eorum, quae nostra memoria contigerunt, fuerit *οὐκ ἀνήκοος*.*) Possum referre tristissimum et recentissimum exemplum, pagum Hybornae, in ditione Bernensium: qui post varias terrae conquassationes, tandem a monte propinquo totus est obrutus et opertus: ita ut, quo loco paullo ante, quam haec scriberem, pagus fuit, nunc sit campus. Aberat mons ille a pago, qui est [ℓ] absorptus, duo pass. M. aut etiam amplius: sed neque locorum intervallum, neque vallis media, ruentis montis impetum tardare aut impedire potuit. Porro hos *μεταςχηματισμοὺς* intelligebat Ptolem. *ὑφηγ.* l. 1. c. 5. quum, exponens

---

tis apparente. Tum l. 18. pro *παθῶν* aliquis in marg. Par. 1. videtur legere *πτωμάτων*. Fr.

*) Plura exempla ab Anthologiae Gr. poëtis recensentur. V. Anth. Palat. T. II. p. 150. sq. De Bura et Helice multus est *Jacobs.* ad Anth. Gr. T. IX. p. 11. sqq. Fr.

causas, cur τοῖς ἐγγυτέραις τῶν ἱστοριῶν nos praecipiat μᾶλλον προσέχειν, ita scriberet, ἔνια δὲ καὶ αὐτὰ νῦν ἄλλως ἔχει ἢ πρότερον, διὰ τὰς ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἐπιγινομένας φθορὰς ἢ μεταβολάς. Nam quod magni viri haec interpretantur de mutationibus regnorum et satrapiarum, plane est a mente Ptol. alienum, ne dicam ineptum. Addit autem Ptolem. illa verba, κατὰ μέρος, prudenter. Nam etsi in terrae partibus magna cernitur mutatio: nihilominus tamen ejus ἐπιφάνεια ὡς παθ' ὅλα μέρη σφαιροειδὴς, semperque eadem manet. Manilius lib. pr. [v. 517.]

Omnia mortali mutantur lege creata:
Nec se cognoscunt terrae vertentibus annis.

Plinius l. II. c. 80. omnes istiusmodi μεταβολὰς καὶ μετασχηματισμοὺς his verbis est complexus. *Varie itaque quatitur [terra] et mira eduntur opera, alibi prostratis moenibus, alibi hiatu profundo haustis, alibi egestis molibus, alibi emissis amnibus, nonnunquam etiam ignibus calidisve fontibus, alibi adverso fluminum cursu.* Fusius etiam politissimus scriptor Lactantius l. VII. c. 3. *Possum*, ait, *enumerare, quoties repentinis quassatae motibus vel hiaverint terrae, vel descenderint in abruptum: quoties demersae fluctibus et urbes et insulae abierint in profundum: frugiferos campos paludes inundaverint, flumina et stagna siccaverint, montes etiam.* Vide et Senecam sub fine consolationis ad Marciam. [XXVI, 5. 6.] Quid mirum autem, terram mutationibus esse obnoxiam, quum caeli ipsius statum ac qualitatem censuerint nobilissimi veterum astrologi longo aevi situ mutari? Hipparchi fuit ea sententia, et aliorum. Vide (ut alios taceam) Columellam [de R. R. L. I. c. 1.] et Plutarchum *Περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων*. [T. VII. p. 725. ed. Reisk.] CASAUB.

P. 154. l. 1. καὶ ἐπὶ *) Πιθηκούσας] καὶ Πιθηκούσας. Sed operae Aldi codicem sunt secutae male. CASAUB.

P. 154. l. 5. Τὴν ἔκπληξιν] Quam ego substitui lectionem et distinctionem [Νυνὶ δὲ τὸ], veram esse et genuinam ausim stipulari, neque ullius fere literulae constat mutatione haec lectio, quae est in Aldino, inter-

*) Deest ἐπὶ Par. 1. 2. Mosc. Vet. Intp. omiserunt *Breq.* et *Cor.* idemque suasit *Paetz.* in Not. MSS. Dupl. *ee* agnoscunt Vet. Intp. Med. a. e corr. et *Cor.* FR.

preti nebulas offudit, locique vitiose efferendi causam praebuit. *) Xyland.

„Vitium latere in verbis hisce existimo, literae duntaxat unius imminutione, veluti sanguinis missione, sanandum, si ἄηθες pro ἀληθὲς, me auctore, reponas, pro re insolenti, insolita, insueta, ac monstri simili: quae res, non ipsa veritas, sensus perturbare solet." Schott. *Observat. Humanar.* l. III. c. 35. Almel.

P. 154. l. 8. Θήραν καὶ Θηρασίαν] „Hic locus magnas turbas faceret, si certum foret, ita Strabonem scripsisse, et in eo certe culpa non vacaret, et incuriose scripsisse [illegible] argueretur. Nam solus est omnium Geographorum, qui mentionem fecerit duarum insularum Therae et Therasiae inter Cretam et Cyrenensem provinciam [illegible]arum: et si quis ex recentioribus id dixit, sequutus est proculdubio errorem hujus loci. Nam Thera et Therasia secundum eundem Strabonem infra lib. 10. [T. IV. p. 504. sq.] sitae erant prope Anaphen in mari Aegeo, et Callimachum citat sic canentem:

Αἰγλήτην Ἀνάφην τε Λακωνίδι γείτονα Θήρᾳ.

Si fuit Laconiae vicina Thera, et ei attribuitur, certe non fuit in mari Cyrenensi, nam ultra Cretam non se extendit Laconicum mare, et idem Strabo lib. 17. [T. VI. p. 693.] ἐστὶ δὲ Θηραίων κτίσμα Λακωνικῆς νήσου. **)

---

*) νῦν· εἰ δὲ τὸ Ald. Hopp. Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Sed Par. 2. vulg. νυνὶ δὲ τὸ in marg. Vet. Intp. *praesentem stuporem. Si autem veritas* etc. *Breq.* nihil discedit, nisi quod post νῦν verba εἰ δὲ — παντὸς uncinis includit. *Coray* habet Νυνὶ δὲ τὸ ἄηθες, quod quin verum sit, non dubito. Ita Max. Tyr. I, 1. ἐκπλαγέντες τῇ ἀηθείᾳ. Appian. Civ. IV, 85. ὑπὸ ἀηθείας — συνεταράσσοντο. Lucian. Dial. Mar. IX, 2. ἡ δὲ ὑπὸ ἀηθείας — ἐκπληγεῖσα. Plutarch. Quaest. Sympos. IV, 5. T. VIII. p. 667. σιωπᾶν κατατεθαμβημένον ἀηθείᾳ. Aelian. V. H. II, 13. Ἅτε οὖν ἄηθες πρᾶγμα — ἐξέπληξεν. Herodian. II, 11. ἐταράττοντο τῷ ἀήθει τοῦ πράγματος. De vv. ἔκπληξις et ἐκπλήττειν cf. *Erfurdt.* ad Sophocl. Philoct. v. 202. *Seidler.* ad Eurip. Electr. v. 177. *Toup.* ad Longin. XV, 2. p. 319. sq. ed. Weisk. et quos non? Ἐκπλαγεὶς διὰ τὸ παράδοξον familiaris est Polybio phrasis, quem geographus non semel imitatur: cf. *Casaub.* ad Strab. p. 333. ed. Almel. Fr.

**) De situ Therae v. quae fusius disputat *Tzschuck.* ad Mel. II, 7, 11. p. 742. sqq. Intpp. Pariss. Καρίας pro Κυρηναίας substituendum esse censent. *Penzel.* p. 408. verba οἷον — τοιαῦτα pro glossemate habet. Fr.

Sed quoniam forte aliquis opponere posset, Theram Laconicam dictam fuisse, non quod in mari Laconico fuerit sita, sed quoniam condita et exculta fuit a Thera, Autesionis filio, qui Spartam linquens eam insulam habitavit, ad id respondeo, Theram illum non fuisse Laconem, sed potius Thebanum ab Oedipo oriundum, et secum Minyas duxisse Laconibus exosos. Ideo Thera eo nomine dici non potest Laconica. Sed potius ratione situs, et ut pressius agam, affero locum Herodoti lib. IV. c. 151. ubi ait, Theraeos oraculo jussos Libyam quaerere et habitare, quoniam non noverant, ubi terrarum Libya foret, misisse nuncios Cretam ad inquirendum de Libya: πέμπουσιν εἰς Κρήτην ἀγγέλους διζημένους, εἴ τις Κρητῶν ἢ μετοίκων ἀπιγμένος εἴη εἰς Λιβύην. περιπλανώμενοι δὲ αὐτὴν οὗτοι ἀπίκοντο καὶ ἐς Ἴτανον πόλιν. ἐν ταύτῃ συμμίσγουσι ἀνδρὶ πορφυρεῖ, τῷ οὔνομα ἦν Κορώβιος, ὃς ἔφη ὑπ' ἀνέμων ἀπενεχθεὶς ἀπικέσθαι ἐς Λιβύην. Ex hoc loco infero certissime, Theram non fuisse sitam ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Λιβύης: aliter non misissent Cretam suos κατασκόπους, ut inquirerent de Libya, quae illis multo vicinior fuisset, et ideo notior: nam idem foret ac si quis dixisset, Sardos misisse ad Ligures, ut de Africa inquirerent. Sed bene conveniebat Therae sitae in Aegeo ad Septentrionem Cretae, misisse Cretam Libyae multo viciniorem, ut de Libya aliquid certi sibi referrent. Ideo cum inter antiquos neminem viderim, qui Theram et Therasiam in mari Africo posuerint, sed omnes concorditer in Aegeo prope Anaphen et Diam, audacter pronuntio, hunc Strabonis locum a mendo laborare, et pro ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυρηναίας legendum esse Κρήτης καὶ Κυνουρίας. Plinius *) id omnino confirmat, qui Theram et Therasiam recenset in numero insularum Aegei [P] maris, et definit spatium inter eas et Ion insulam millia passuum 25. Omnes denique, ut uno verbo dicam, antiqui, qui de Therae et Therasiae situ dixerunt, eas in Aegeo ponunt in Sporadum numero, vicinas Anaphes et Dias et Ius, quae ad Septentrionem Cretae jacent. At recentiores quidam, ut Dominicus Niger, et qui eum sequitur ubique, Ortelius, ex hoc Strabonis loco alteram Theram ponunt ad meridiem Cre-

*) L. IV. c. 23. ubi *Harduin.* T. I. p. 213. perperam intellexit Hesychium s. v. *Καλλίστη*. T. II. p. 126. Fr.

tae, et eam Niger credit esse, quae *Gozi* vocatur, quae est antiqua Γαῦλος, vicina Melitae insulae. Miror doctissimum Casaubonum nihil ad hunc locum Strabonis annotasse. Ego certo certius duco, vocem *Κυρηναίας* esse mendum putum purum, et legendum *Κνωρίας* *), quae fuit Laconiae regio ex adverso Cretae, vel fuit regio inter Argivos et Laconas semper controversa. Thucyd. l. v. c. 41. *καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ Ἀργεῖοι ἡξίουν δίκῃ ἐπιτροπὴν σφισι γενέσθαι ἢ ἐς πόλιν τινὰ ἢ ἐς ἰδιώτην περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἣν ἀεὶ πέρι διαφέρονται μεθορίας οὔσης.* De ea pugna, in qua tantus Argivorum numerus et Laconum cecidit, historia nota est ex Strabone l. 8. [T. III. p. 252.] ex Herodoto l. 1. [c. 82. ubi v. *Wessel.*] Plutarcho in parallelis [T. VII. p. 219. ed. Reisk.] et aliis. " Palmer. *in Exercitation. ad Strabon.* [p. 287.] Almel.

Si vitiosa est lectio, hoc vitium jam in vetustissimis libris fuerit necesse est, cum Steph. Byz. habeat: *Θηρασία· νῆσος ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυρηναίας. Siebenk.* Ibi vero *Berkel.* p. 397. edidit *Κνωρίας*, licet ipse Strabo L. VIII. T. III. p. 92. prorsus eodem modo dicat *πλεύσαντες εἰς τὴν μεταξὺ Κυρηναίας καὶ Κρήτης νῆσον Καλλίστην — Θήρην.* Palm. sententiam amplexi sunt et alii. **) Fr.

---

*) Frustra fuit Palmerius, nulla auctoritate adjutus. Imo infeliciter admodum Cynuriam huc adducit vir nimio in Stra-bonem excusandum studio fervens. Breq.

**) Jac. Palmerio libentissime assentior, qui errorem insignem admodum in hoc textu deprehendit, quem Strabo sane non admiserit, quandoquidem ipse profert alibi, quod huic sententiae contrarium est. Esto igitur loco *Κυρηναίας* legatur *Κνωρίας*, quanquam a Laconica Thera nimium distet, nempe plus quam 180 mill. aut Graecorum more plus quam 2180 stad. Ipse a Thera ad Melum octoginta mill. emensus sum, a Melo autem ad viciniorem Peloponnesi terram alia octoginta intersunt et amplius. De Gozis vero, quos Niger ad Cretae partem occidentalem collocat, quod ideo eum reprehendit Palmerius, bene non facit. Hi enim Gozi, ut vocant hodie, sunt revera illic, ubi eos sitos esse Niger affirmat, diversi ab iis, qui Melitae insulae sunt vicini. *Anton. Gallandius* ad D. Cossonum. vid. Memoriam Cossonianam p. 33. Almel. in *Addend.*

Palm. exercitatio h. l. optime restituit. Vox *Κυρήνης* aberrare fecit apographum. — Nonne vero mirum est, quod Strabo Theram et Therasiam inter Cretam et Lacedaemonem ponat? Lacedaemon enim quoad Cretam ad Aquilonem

P. 154. l. 7. *οἷαν εἴ τις λέγει τὰς π.*] *λέγοι τὰς π.* Mosc. Par. 1. 2. Vet. Intp. Breq. Cor. *λέγει τας π.* Med. 1. 2. Ald. Hopp. *λέγοι περὶ* Par. 3. Tum l. 9. *τῆς Κρ.* Med. 2. et l. 10. *τῆς Κυρ.* Mosc. Ven. A. Med. 1. Verba *καὶ τὴν — τοιαῦτα* desunt in Par. 5. et inverso ordine *τοιαῦτα τῆς Ἑλλάδος* legitur in Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc. Vet. Intp. ac l. 12. verba *ἐκ τοῦ πελάγους* serius add. in Med. 2. Fr.

P. 154. l. 11. *Ἀνὰ μέσον Θήρας καὶ Θηρασίας*]. Ait, inter Theram et Therasiam esse insulam exortam. Id vero non semel contigit.*) Plinius l. II. c. 87. *Inter Cycladas olympiadis CXXXV. anno quarto Thera et Therasia: inter easdem post annos CXXX. Hiera eademque Antomate. Et ab ea duobus stadiis post annos CX. in nostro aevo M. Junio Syllano, L. Balbo coss. a. d. VIII. Idus Julias Thia.* De ea, qua de hic sermo, Justinus libro XXX. (c. 4.) sic scribit: *Eodem anno inter insulas Theram et Therasiam, medio utriusque ripae et maris spatio, terrae motus fuit: in quo cum admiratione navigantium, repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit.* De altera lege Senecam Qu. Nat. l. VI. c. 21. et Chronologos. Casaub.

P. 154. l. 15. *κατ' ὀλίγον ἐξαιρουμένην*] Vulgata **) lectio *ἐξαιρουμένην*, sed ita cum vett. legendum. Casaub.

---

jacet, et Thera ad Septentrionem. Quodvis punctum in Creta sumas, et linea ducta ad quamvis partem Lacedaemoniae non per Theram transit. Veteres forsan, ope magnetis carentes, in cursu inter Cretam et Lacedaemonem Theran tetigerunt, ideoque eam esse interpositam putarunt. Falc.

*) V. *Bak.* ad Posidon. Fragm. p. 82. ubi *Wyttenb.* de Thera et Therasia se annotasse dicit ad Plutarch. de Orac. Defect. p. 399. C. cf. censuram Posid. Bak. in Ephemerr. Litter. Jenens. Supplem. a. 1814. No. 43. p. 337. sq. Fr.

**) Tanta est discrepantia temporum in hisce terrae motibus, ut nemo eos in ordinem redigat. Falc.

***) Habet eam Ven. A., sed etiam Epit. — *ρομ.*, ut *Breq.* et *Cor.* Confusionem verborum *ἐξαιρεῖν* et *ἐξαίρειν* v. ap. *Schaef.* ad Sophocl. T. I. p. 269. *Wyttenbach.* Epist. Crit. p. 233. ed. Lips. *Ast.* ad Plat. Legg. T. II. p. 235. Tum *ὡς ἂν ὀργ.* desunt Par. 5. et sequens *καὶ* deest Mosc. et punctis notatur ab al. m. in Par. 2., unde omisit *Cor.*, tuetur vero etiam Epit. Pro *συντεθειμένην* Epit. Par. 2. 5. Med. 1. 2. *συντιθεμένην*, Eton. *συντιθίμενον*, quod nonnisi errore differt a priore forma, quam probo. Fr.

tae, et eam Niger credit esse, quae *Gozi* vocatur, quae est antiqua Γαῦλος, vicina Melitae insulae. Miror doctissimum Casaubonum nihil ad hunc locum Strabonis annotasse. Ego certo certius duco, vocem *Κυρηναίας* esse mendum putum purum, et legendum *Κνωσίας* *), quae fuit Laconiae regio ex adverso Cretae, vel fuit regio inter Argivos et Laconas semper controversa. Thucyd. l. v. c. 41. *καὶ τὸ μὲν πρῶτον οἱ Ἀργεῖοι ἠξίουν δίκης ἐπιτροπὴν σφισι γενέσθαι ἢ ἐς πόλιν τινὰ ἢ ἐς ἰδιώτην περὶ τῆς Κυνουρίας γῆς, ἧς ἀεὶ πέρι διαφέρονται μεθορίας οὔσης.* De ea pugna, in qua tantus Argivorum numerus et Laconum cecidit, historia nota est ex Strabone l. 8. [T. III. p. 252.] ex Herodoto l. 1. [c. 82. ubi v. *Wessel.*] Plutarcho in parallelis [T. VII. p. 219. ed. Reisk.] et aliis. " PALMER. *in Exercitation. ad Strabon.* [p. 287.] ALMEL."

Si vitiosa est lectio, hoc vitium jam in vetustissimis libris fuerit necesse est, cum Steph. Byz. habeat: *Θηρασία· νῆσος ἐν τῷ μεταξὺ πόρῳ Κρήτης καὶ Κυρηναίας. Siebenk.* Ibi vero *Berkel.* p. 397. edidit *Κνωσίας*, licet ipse Strabo L. VIII. T. III. p. 92. prorsus eodem modo dicat *πλεύσαντες εἰς τὴν μεταξὺ Κυρηναίας καὶ Κρήτης νῆσον Καλλίστην — Θήρην.* Palm. sententiam amplexi sunt et alii. **) FR.

---

*) Frustra fuit Palmerius, nulla auctoritate adjutus. Imo infeliciter admodum Cynuriam huc adducit vir nimio in Strabonem excusandum studio fervens. BREQ.

**) Jac. Palmerio libentissime assentior, qui errorem insignem admodum in hoc textu deprehendit, quem Strabo sane non admiserit, quandoquidem ipse profert alibi, quod huic sententiae contrarium est. Esto igitur loco *Κυρηναίας* legatur *Κνωσίας*, quanquam a Laconica Thera nimium distet, nempe plus quam 180 mill. aut Graecorum more plus quam 2180 stad. Ipse a Thera ad Melum octoginta mill. emensus sum, a Melo autem ad viciniorem Peloponnesi terram alia octoginta intersunt et amplius. De Gozis vero, quos Niger ad Cretae partem occidentalem collocat, quod ideo eum reprehendit Palmerius, bene non facit. Hi enim Gozi, ut vocant hodie, sunt revera illic, ubi eos sitos esse Niger affirmat, diversi ab iis, qui Melitae insulae sunt vicini. *Anton. Gallandius* ad D. Cossonum. vid. Memoriam Cossonianam p. 33. ALMEL. in *Addend.*

Palm. exercitatio h. l. optime restituit. Vox *Κυρήνης* aberrare fecit apographum. — Nonne vero mirum est, quod Strabo Theram et Therasiam inter Cretam et Lacedaemonem ponat? Lacedaemon enim quoad Cretam ad Aquilonem

P. 154. l. 7. *οἷαν εἴ τις λέγει τὰς π.*] *λέγοι τὰς π.* Mosc. Par. 1. 2. Vet. Intp. Breq. Cor. *λέγει τας π.* Med. 1. 2. Ald. Hopp. *λέγοι περὶ* Par. 3. Tum l. 9. *τῆς Κρ.* Med. 2. et l. 10. *τῆς Κυρ.* Mosc. Ven. A. Med. 1. Verba *καὶ τὴν — τοιαῦτα* desunt in Par. 5. et inverso ordine *τοιαῦτα τῆς Ἑλλάδος* legitur in Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc. Vet. Intp. ac l. 12. verba *ἐκ τοῦ πελάγους* serius add. in Med. 2. Fr.

P. 154. l. 11. *Ἀνὰ μέσον Θήρας καὶ Θηρασίας*]. Ait, inter Theram et Therasiam esse insulam exortam. Id vero non semel contigit.*) Plinius l. II. c. 87. *Inter Cycladas olympiadis CXXXV. anno quarto Thera et Therasia: inter easdem post annos CXXX. Hiera eademque Antomate. Et ab ea duobus stadiis post annos CX. in nostro aevo M. Junio Syllano, L. Balbo coss. a. d. VIII. Idus Julias Thia.* De ea, qua de hic sermo, Justinus libro XXX. (c. 4.) sic scribit: *Eodem anno inter insulas Theram et Therasiam, medio utriusque ripae et maris spatio, terrae motus fuit: in quo cum admiratione navigantium, repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit.* De altera lege Senecam Qu. Nat. l. VI. c. 21. et Chronologos. Casaub.

P. 154. l. 15. *κατ' ὀλίγον ἐξαιρομένην*] Vulgata **) lectio *ἐξαιρουμένην*, sed ita cum vett. legendum. Casaub.

---

jacet, et Thera ad Septentrionem. Quodvis punctum in Creta sumas, et linea ducta ad quamvis partem Lacedaemoniae non per Theram transit. Veteres forsan, ope magnetis carentes, in cursu inter Cretam et Lacedaemonem Theran tetigerunt, ideoque eam esse interpositam putarunt. Falc.

*) V. *Bak.* ad Posidon. Fragm. p. 82. ubi *Wyttenb.* de Thera et Therasia se annotasse dicit ad Plutarch. de Orac. Defect. p. 399. C. cf. censuram Posid. Bak. in Ephemerr. Litter. Jenens. Supplem. a. 1814. No. 43. p. 337. sq. Fr.
Tanta est discrepantia temporum in hisce terrae motibus, ut nemo eos in ordinem redigat. Falc.

**) Habet eam Ven. A., sed etiam Epit. — *ρομ.*, ut *Breq.* et *Cor.* Confusionem verborum *ἐξαιρεῖν* et *ἐξαίρειν* v. ap. *Schaef.* ad Sophocl. T. I. p. 259. *Wyttenbach.* Epist. Crit. p. 233. ed. Lips. *Ast.* ad Plat. Legg. T. II. p. 235. Tum *ὡς ἂν ὀργ.* desunt Par. 5. et sequens *καὶ* deest Mosc. et punctis notatur ab al. m. in Par. 2., unde omisit *Cor.*, tuetur vero etiam Epit. Pro *συντεθειμένην* Epit. Par. 2. 5. Med. 1. 2. *συντιθεμένην*, Eton. *συντιθίμενον*, quod nonnisi errore differt a priore forma, quam probo. Fr.

P. 155. l. 1. *ἐπέχουσαν*] Manuss. [et Epit.] *ἔχουσαν*. CASAUB.

δώδεκα σταδίων τὴν περίμετρον] Posterius exorta xxx. stadiorum fuit. CASAUB.

P. 155. l. 5. *Ῥόδιοι θαλαττοκρατοῦντες*] Nam haec contigere, quo tempore bellum Macedonicum gessere Romani cum Philippo: tunc autem maxima erat Rhodiorum potentia. CASAUB.

P. 155. l. 5. *θαλ. ἐπιπροςπλεῦσαι*] Intpp. Pariss. conjecerunt *θαλαττοκρατοῦντες ἔτι προςπλεῦσαι*, quod recepit Cor. Tum Mosc. *παῦλαν* recte pro *παύλαν*, quod ne *Cor.* quidem mutavit. Soph. Oed. Col. v. 88. *ταύτην ἔλεξε παῦλαν ἐν χρόνῳ μακρῷ*. cf. Intpp. ad Thom. Mag. p. 59. ed. Bern. et ad Hesych. ad h. v. T. II. p. 894., qui vocem a stomachosiore Grammatico male notatam defenderunt. FR.

P. 155. l. 4. *Ποσειδῶνος Ἀσφαλίου*] Hoc nomine multis locis colebatur Neptunus. Consule Paus. (III. c. 11. et VII. c. 21.) [ubi v. *Fac.* T. I. p. 378.] CASAUB.

P. 155. l. 5. *τῇ Φοινίκῃ φησὶ Ποσειδώνιος*] Seneca de Sidone ex eodem Posidonii loco, lib. sexto Nat. Qu. cap. 24. *) CASAUB.

P. 155. l. 7. *καὶ αὐτὴν δὲ Σιδόνος*] Sidonem terrae motibus saepius fuisse conquassatam, testantur historiae. CASAUB.

Mosc. *Σιδῶνος*, idemque al. m. sup. Par. 2., de qua fluctuatione v. *Tzschuck.* ad Strab. T. VI. p. 355., etsi aliis o Ionibus proprium videtur: cf. Gramm. Paris. post Greg. Cor. p. 676. sq. ed. Schaef. Tum pro *ὑπὲρ Σ.* Epit. *πλησίον Σ.* FR.

P. 155. l. 8. *ἀλλ' οὐκ ἀθρόως*] Talis Ferrariae paucis ante annis conquassatio. CASAUB.

P. 155. l. 10. *μετρίως δέ πως*] Non igitur terrae motum intelligit, qui in Syria contigit, Tigrane eam obtinente, de quo Justinus l. XL. (c. 2.) *Sed sicut ab hostibus tuta Syria fuit, ita terrae motu vastata est, quo centum septuaginta millia hominum et multae urbes perierunt.* Sed Syriam terrae motibus esse obnoxiam, alibi disputat hic noster. CASAUB.

P. 155. l. 12. *καὶ τὴν Εὔβοιαν*] Strabo lib. dec. [T. IV. p. 26.] auctor est, Euboeam esse *εὐσειστον*. CASAUB.

*) V. Posidon. Fragm. ed. *Bak.* p. 84. FR.

P. 155. l. 12. *) *ἐν Χαλκίδι*] Epit. *ἐν Εὐρίπῳ*, qui sequentia ita affert: *οὐ πρότερον ἔπαυσεν, πρὶν χάσμα μέγα περὶ τὸ Αηλάντιον π. — ἐξήψασεν.* Pro *κατὰ τὰ μέρη* Med. 1. 2. *καὶ τ. μ.* et Mosc. Vat. A. *κατὰ μ.*, quod dedit *Cor.* Vet. Intp. *multas insulae partes.* Sed Par. 1. Eton. Mosc. et al. m. sup. Par. 2. *Αηλάντῳ*, de qua scriptura pluribus agit *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 25. 149. Fr.

P. 156. l. 5. *Κρουνῷ δ' ἴκανον καλλιῤῥόῳ*] Ex Hom. Il. X, 147. sqq. ubi cf. *Heyn.* T. VIII. p. 268. sqq. et *Tzschuck.* ad Strab. T. V. p. 353., ubi iidem versus a Str. repetuntur. Edd. Hom. *Κρουνὼ — καλιῤῥόω*, et Mosc. *ἔνθα δὲ* pro *ἐνθάδε*, ut edd. Hom., quas secutus est *Cor.* Mosc. etiam *θ'* post *γὰρ* omittit et *λειμῶνι* ac *προῤῥέει* habet. De Democle l. 12. commemorato cf. *Creuzer.* in fragm. Hist. Graec. p. 164. sq. Porro pro *ἔκλειψιν Cor.* e Gem. Pleth. dedit *ἔκλεψιν*, quod et Strabo ipse suadere videtur L. XV. T. V. p. 354. *τὰ μὲν οὖν θερμὰ ἐκλελεῖφθαι εἰκός.* Vet. Intp. *exclusionem.* Fr.

[?] P. 156. l. 13. *πάλαι περὶ Λυδίαν*] Scriptum inveni *πάλιν* **), pro quo substitui *πάλαι*, quod et sequens de regno Tantali confirmat mentio. Xyland.

P. 156. l. 15. *Σίπυλος*] De urbe accepi. Xyland.

Sipylum intellige montem, non urbem. ***) Plinius lib. II. c. 41. *Ipsa se condens terra devoravit Cybotum altissimum montem, cum oppido Curite, Sipylum in Magnesia, et prius in eodem loco clarissimam urbem, quae Tantalis vocabatur.* Meminit et Aristoteles *Μετεωρολ.* lib. II. (c. 8.) Casaub.

P. 156. l. 17. *ἐξ ἑλῶν λίμναι ἐγένοντο*] Lacus in Phrygia isto modo saepius nati. Nicolaus Damascenus [p. 124. ed. Orell.] apud Athenaeum (VIII. c. 2.) testatur, tale quid temporibus Mithridatis contigisse. *Περὶ Ἀπάμειαν*, ait, *τὴν Φρυγιακὴν κατὰ τὰ Μιθριδατικὰ σεισμῶν γενομένων, ἀνεφάνησαν περὶ τῆς χώρας αὐτῶν λίμναι τε, αἱ πρότερον οὐκ οὖσαι, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἄλλαι πηγαὶ ὑπὸ τῆς κινήσεως ἀνοιχθεῖσαι. πολλαὶ δὲ καὶ ἠφανίσθησαν.* Casaub.

*) H. l. e Strabone repetit Eustath. ad Hom. Od. 15, 408. p. 524, 40. [p. 1746, 60. Rom.] Tzsch.

**) Ita tantum Ald. Hopp. Med. 2. De commistione harum vocum cf. *Hemsterh.* ad Lucian. D. D. XXVI, 1. T. I. p. 282. Contempl. II. T. I. p. 491. ed. Reitz. *Wyttenb.* ad Julian. Or. I. p. 210. ed. Lips. Fr.

***) Sic Epit. *Σίπυλος τὸ ὄρος.* Fr.

P. 157. l. 1. ἡ δὲ Φάρος] De Pharo et Tyro suis locis. Ovidius Metamorph. xv. (v. 287.)

Fluctibus ambitae fuerant Antissa Pharosque,
Et Phoenissa Tyros, quarum nunc insula nulla est.

CASAUB.

P. 157. l. 2. χερρόνησος] Duplicat ρ Mosc. Nec immerito. *) Tum post Τύρος Par. 1. habet in marg. γρ. ἤδη χερρόνησος. Mosc. solus Κλαζομεναὶ pro eo, quod, praeter *Cor.*, omnes editt. habent, — ὁμεναι. **) FR.

P. 157. l. 8. εἴ ποτε διαστὰς ὁ ἰσθμὸς] Διαστῆναι dicuntur, quae discessionem sive hiatum faciunt. ***) Apollodorus l. pr. (c. 7. §. 2.) de diluvio Deucalionis: τότε δὲ καὶ τὰ κατὰ Θεσσαλίαν ὄρη διέστη. *Tunc*, inquit, *dirempti sunt montes Thessalici*, Ossa scilicet ab Olympo. Seneca (N. Qu. VI. c. 25.): *Si velis credere, ajunt, aliquando Ossam Olympo cohaesisse: deinde terrarum motu recessisse.* At Apollodori interpreti, viro alioquin docto, multum illi montes debent, per quem facti sunt diluvii immunes. †) CASAUB.

P. 157. l. 9. ὁ διείργων] Par. 3. ᾧ et e corr. ὅ. Tum pro ἀποφανεῖ Par. 1. 2. Mosc. Paris. et e corr. Med. 1. 2. ἀποφανεῖ, sed Par. 2. habet in marg. — ανεῖ. In seqq. τὴν ἐκτὸς θάλατταν τῆς ἐντὸς Par. 1. habet τῷ, Par. 2. τῇ idemque al. m. Par. 3. Olim τῆς in Mosc., ubi nunc ς lineola transversa deletur et ἰῶτα subscribitur. Vere igitur *Cor.* dedit τῇ, quod etiam Epit. arguit: τὴν τῆς Αἰγύπτου θάλατταν τῇ Ἐρυθρᾷ. Ac l. 13. pro συνέβη Par. 5. συμβῆναι ἔνιοι φασιν, ubi etiam verba Αἴγυπτος — μεταβο-

*) V. *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 136. 230. *Schaefer.* ad Greg. Cor. p. 60. sq. 680. sq. Inprimis autem huc pertinet disertum de Strabone testimonium Scholiastae Philostrati ad Heroic. p. 541. ed. Boiss. a *Sch.* adductum, ubi pro ς' leg. ιγ'. FR.

**) Nota res est. V. *Wagner.* Lehre v. Accent. d. Gr. Spr. p. 185. FR.

***) Recte igitur pro eo Epitom. διαῤῥαγείς. cf. *Heyn.* ad Apollod. l. l. p. 42. ed. sec. Strabo L. XIII. T. V. p. 477. οὐ διαλείποντων οἱ τοῖχοι διϊστάμενοι. Alia exempla habet *H. Steph.* Thes. Gr. L. T. I. p. 1755. Cic. de Off. III, 9. *cum terra discessisset magnis quibusdam imbribus, in illum hiatum descendit.* FR.

†) Ueber die Vereinig. des Mittelländ. u. Rothen Meeres v. in Zachii Allg. Geogr. Ephemerr. a. 1798. m. Aug. T. II. p. 97. sqq. TZSCH.

λῶν in marg. leguntur. Denique l. 16. pro ἄλλων Par. 1. 2. Med. 1. Reg. Stroz. Eton. Esc. Mosc. et e corr. Med. 2. ἄλλως, quod recepit *Breq.* e Reg. et secutus est *Cor.* Vat. B. Stroz. γεν. pro γιν. Fr.

P. 157. l. 17. *Τόν τε Πειραιᾶ νησιάζοντα πρότερον*] Plinius libro II. (c. 85.) auctor est, Piraeeum aliquando quinque millium passuum intervallo abfuisse a portu Atheniensium: postea autem maris recessu continenti fuisse adjectum. Vide Suidam in *Ἐμβαρος εἰμί*. Notabis [?] analogiam vocis *νησιάζειν*, pro *νησίζειν*. *) Sic *παφωνυμίζειν* et *παρωνυμιάζειν*, aliaque id genus. Casaub.

P. 157. l. 17. *πέραν τῆς Ἀκτῆς*] Vide initium libri noni. [T. III. p. 334.] Casaub.

P. 157. l. 18. *οὕτως φασὶν ὀνομασθῆναι*] *ἀπὸ τοῦ διαπερᾶν* inquiunt Grammatici: malim, *ἀπὸ τῆς περαίας*. Casaub.

V. *H. Steph.* Thes. Gr. L. App. T. I. p. 1619. sq. Etym. M. p. 668, 1. Sylb. (605. Schaef.) **) Suid. l. l. T. I. p. 719. ed. Küst. *Tzschuck.* ad Mel. II, 5, 7. p. 282. Epit. habet *πέραν τῆς Ἀττικῆς ὡς νῆσος ἔκειτο*. Par. 1. 5. *οὕτως* pro *οὕτω*, quod simul cum verbis *φ. ὀνομ.* deest in Ven. A. et al. m. sup. in Par. 2., unde *Villebr.* Strabonis non esse putat. Fr.

P. 157. l. 19. *ὁ Λευκάς*] vide lib. dec. [T. IV. p. 61.] Casaub.

Cod. Med. *ἡ Λ.* Certe fem. gen. insula apud Graecos et apud Strabonem ipsum aliis locis. Sed hic dicitur *ὁ Λευκὰς* quasi *ὁ τόπος λεγόμενος Λευκάς*, locus, qui nondum insula. Breq.

---

*) V. *Tzschuck.* ad Strab. T. VI. p. 262. *Bast.* in Addend. ad *Weisk.* ed. Long. VII, 1. p. 639. inprimisque *Valcken.* ad Theocr. Adoniaz. p. 189. et *Lobeck.* in Progr. II. Obss. in Phrynich. Eclog. p. 10. Fr.

**) Hesychius, ut obiter moneam, T. II. p. 901. *Πειρεῖς· νῆσος καὶ Ἀστερία.* corruptus videtur, vel ipse deceptus nominum similitudine. Eustathius ad Hom. Il. B. p. 332, 17. Rom. optime distinguit inter *Ἀστέριον* Thessaliae oppidum, *Ἀστερίαν* urbem Syriae et *Ἀστερίη* s. *Ἀστερίαν* insulam. Jam vero Steph. Byz. refert: *Ἀστέριον, πόλις Θεσσαλίας, ἡ νῦν Πειρεσία*, pro quo Apollon. Rhod. Arg. I, 584. *φαίνοντο δ' ἄπωθεν Πειρεσιαί*, fortasse rectius, etsi Schol. Magnesiae urbem attribuit. Vocem *νῆσος* commutatam quidem novi cum *πόλις* (v. *Spohn.* diss. de Extr. Odyss. Part. p. 82.), sed tamen vim apertam Lexicographo inferre non ausim. Fr.

Verum codd. Par. 2. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Epit. ἡ Ἀ., unde sic recte edidit *Cor.* Ipse Strabo T. II. p. 447. T. IV. p. 59. haud aliter. Praeterea Epit. ὑπὸ Κορινθίων γέγονε, διακ. FR.

P. 158. l. 2. περὶ ταύτης γάρ φησι] φασὶ Par. 1. 2. 3. Vet. Intp. probatum a *Villebr.* et receptum a *Cor.* Contra Epitom. diserte περὶ οὗ λέγει Ὅμηρος. FR.

P. 158. l. 3. Νήριτον] Νήριτον habuit noster codex. Sed reposui Νήρικον. Sic enim et Aldus legit, et Eustath. in Homero [Od. Ω, 377. sqq.]. Idem apud Dionysium [v. 495.] annotavit, Lupercam quendam antiquum Neritum scribere, quo nomine etiam in Ithaca sit mons. Sed haud dubie lectionem per κ praefert. Fortassis hinc etiam Locri Naricii prodierunt. Insula ante Syracusas ea hic innuitur, quam supra vocavit Ortygiam. Quod ne videar temere suspicari, ipsum te remitto ad primam Odam Nemeorum [v. 2.] Pindari, et quae ibi a scholiasta sunt annotata, citatis etiam ex Ibyco, quamquam mutilis, versibus. XYLAND.

Par. 2. 5. Med. 1. 2. Eton. Mosc. Hopp. Vet. Intp. per τ, sed Par. 2. ικον al. m. sup. idemque Epit. Cf. prolixius disputantem *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 59. et ad Mel. II, 7, 10. FR.

P. 158. l. 7. ἐπὶ τῆς πρὸς Συρακούσαις νήσου] Nasum vocant, quae prius Ortygia fuit appellata: vide ad lib. sext. [T. II. p. 460.] CASAUB.

Dupl. σσ Mosc. Par. 1. 2. „Scribo Νήσου" *Cas.* in marg., cui pro nomine insulae proprio accipienti non suffragatur *Breq.* FR.

P. 158. l. 9. πρότερον δὲ χῶμα, ὡς φησιν Ἴβυκος, λογαίου *) λίθου, ὃν καλεῖ ἔκλεκτόν] Vocat λογαῖον λίθον, quem Ibycus ἔκλεκτον, et quem Thucydides [IV, 4. VI, 66.] λογάδα λίθον, id est, *minutum*, qualis est littorum glarea. **) χέρσον Graeci vocant. Glossarium: *Glarea*, τόπος χέρσος, λιθώδης, ἄσπορος. Lege: *Glarea*, χέρσος, τόπος λιθώδης. ***) Quare Ibycus †) alio loco χέρσον vo-

*) Med. 1. e corr. λογαι. Med. 2. e corr. λογέος. Par. 5. τὸν ἐκλ. FR.

**) Pausan. VII, 22, 3. βωμὸς λίθων λογάδων. V. Intpp. ad Hesych. T. II. p. 492. FR.

***) Nihil opus videtur mutatione. Sic *H. Steph.* Thes. T. IV. p. 468. e Dioscoride affert ἐν τόποις χέρσοις oppositis ἐργασί-

cavit, quod hic *λίθον ἐκλεκτον*. Verba Ibyci [l. c.] sunt haec:

Παρὰ χέρσον λίθινον
Τὸν παλάμαις βροτῶν
Πρόσθεν νὶν πέδα Νηρήδων [vulg. *παῖδα νήριτον*]
Ἰχθύες ὠμοφάγοι νέμοντο.

Ita enim esse legendum alibi docemus. Dicitur et *χερὰς* poëtis hujusmodi calculorum congeries. CASAUB.

P. 158. l. 10. *ἡ μὲν ὑπὸ χάσματος*] Utramque undis submersam scribunt: ut poëta, quem citat Philo *Περὶ ἀφθαρσίας κόσμ.* *) Libro singulari hanc historiam descripserat Callisthenes. Vide Senecam Nat. Qu. VI. (c. 23. et seqq.) CASAUB.

Mosc. Epit. *Βούρα*. Male. De ista urbe pulchre disputare monet *Penzel.* Charisium in Grammat. Lat. p. 108. ed. Putsch. FR.

P. 158. l. 11. *Περὶ Μεθώνην δὲ*] Sic Epit., sed *ἡ π. M.* Par. 3. 5. Med. 1. 2. Esc. Ven. A. Mosc. Paris. Ald. Hopp. Desideratur utique subjectum, quod Vet. Intp. supplet addito *tellus*. Cor. ita dedit: *ἐν τῷ Ἑρμ. κόλπῳ* [*πῦρ*] *ἑπτὰ σταδίων κτλ.* **) Intpp. Pariss. *une montagne de feu.* Pausaniae II, 34. in sua aetate thermas adhuc vidisse se refert. FR.

μοις. Joh. Barbuc. Epigr. X, 2. *χέρσον λιμένα*. Diocl. Epigr. IV, 3. *ἐν χέρσοισι — βαχίαις*. Haec exempla accedant iis, quae Intpp. ad Eurip. Electr. v. 325. dederunt: cf. Hesych. T. II. p. 1550., unde firmatur *χερσαία ἐρημία*, quod dubitavit *Schneider.* Lex. Gr. T. II. p. 645. De forma *χερὰς* aliisque disputat *Heyn.* ad Hom. Il. Φ, 319. T. VIII. p. 174. FR.

†) De Ibyco v. Eustath. ad Il. 23, 638. p. 1442, 30. ad Odyss. 7, 197. p. 281, 19. 9, 359. p. 361. in. 11, 297. p. 437, 42. Bas. TZSCH.

Sed nihil, quod ad h. l. pertineat, reperitur. *λίθοι λογάδες* explicantur ab Eustath. ad Odyss. Σ, 349. p. 1851, 36. Rom., sed nulla Ibyci facta mentione. FR.

*) T. II. p. 514. *κατὰ Πελοπόννησόν φασι τρεῖς πόλεις, Αἴγειραν, Βοῦρόν τε καὶ ὑψηλὴν Ἑλίκειαν, εὐδαίμονας τὸ πάλαι γενομένας, πολλῇ τοῦ πελάγους ἐπιλυσθῆναι φορᾷ*. FR.

V. Wesseling. ad Diod. Sic. 15, 48. n. 62. TZSCH.

**) Scalig. l. l. *κόλπῳ ὄρος ἑπτασταδίου* emendat. TZSCH.

Multo hoc verius, et sic disertis literis effert Epit. qui etiam initio periodi tuetur vulg. *Περὶ Μεθ.* Neque aliter *Penz.*, sed forte magis, quam consilio, *Xylandrum* sequutus, qui sua mutuatus hic est a Vet. Intp. FR.

P. 158. l. 12. *τὴν ἐν τῷ Ἑρμιονικῷ κόλπῳ*] Hoc addit, ne quis putaret, intelligi Messeniae oppidum ejusdem nominis. Methonae enim duae a Strabone memorantur in ea Peloponnesi ora: altera omnibus nota in sinu Messeniaco, altera minus cognita, quam ait hîc fuisse in sinu Hermionico, lib. autem VIII. [T. III. p. 243.] inter Troezenem et Epidaurum: vide locum. *) Cas.

P. 158. l. 14. *ὑπὸ τοῦ θερμοῦ καὶ τῆς θειώδους ὀδμῆς*] *ὑπὸ τῆς τοῦ θερμοῦ καὶ θειώδους ὀδμῆς* Par. 5. Mosc. Ven. A. Epit. *ὑπὸ τῆς τ. θ. θειώδους ὀδμῆς* Med. 1. 2. Tum *Cor. νύκτωρ δ' *εὐῶδες* ἐκλάμπον πόρῥω* asteriscis additis vocem delendam censet, contra omnem codd. fidem, quibus se adjungit etiam Epit., qui hic omnia verbotenus refert. Par. 5. *ἐκλάμποντος* et *θερμαίνοντος*. Deinde l. 16. *σταδίοις* Par. 1. 2. Mosc. *σταδίοις* itemque mox Mosc. et al. m. sup. Par. 2. **) Fr.

P. 159. l. 1. *ἥ τε Ἄρνη κατεπόθη*] Haec quorundam fuit sententia: alii locum poëtae putabant corrigendum, ut Zenodotus, qui legebat *Ἄσκρη*: alii *Τίρνη*. Vide libro IX. [T. III. p. 468.] Casaub.

P. 159. l. 2. *Μίδεια*] *Μήδεια* Par. 2. ut infra, et Vet. Intp. Tum *ὠνόμασεν* tacite dedit *Sieb.*, quod habent Med. 1. 2., pro vulg. *ὠνόμασεν*, quam, a *Cas.* demum profectam, repudiat etiam *Cor.* Homeri locus est Il. *B*, 507. ubi v. *Heyn.* T. IV. p. 300. sqq. Deinde l. 4. *Βιστονίδος* e corr. Med. 2. et al. m. sup. Par. 2. ***) *Μησσονίδος* Ven. A. Verba *καὶ — λίμνης* desunt Par. 5. Denique *Ἀφνιτίδος* tacite dedit *Sieb.* adsentientibus Par. 3. Eton. Vat. A. B. et Par. 2. al. m. sup. Ita etiam *Breq.* e Reg. et *Cor.* †) Sed Ald. Hopp. Xyl. Cas. Alm. *Ἀφνήτ.* Fr.

---

*) *Ἑρμεσονικῷ* Par. 2. Med. 1. Mosc., sed Par. 2. al. m. sup. .. *σον* .. *Ἑρμονικῷ* Epit. Intpp. Pariss. legendum esse censent *Σαρωνικῷ*. Fr.

**) L. 17. *προσχωσθῆναι*] *προσχῶσθαι* Par. 1. et marg. Par. 2. al. m. *προσχῶσθαι* Stroz. Bemb. *προσχωσθῆναι* e corr. Med. 2. Fr.

***) Rectius utique, ut L. VII. T. II. p. 492. Dionys. Perieg. v. 576. *Βιστονίδες καλέουσιν*. Valer. Flacc. I, 726. *Bistonas ad meritos*. II, 83. *Bistonas in medios*. V. Schol. ad Apoll. Rhod. II, 704. ut alios taceam. Longam vocalem male reliquit *Cor.* Fr.

†) Cf. de hac scriptura Jac. Gronov. in Varr. Lect. ad Steph. Byz. p. 9. a. Tzsch. [Melius *Holsten.* ad eund. p. 64. a. teste usus Eustath. ad Hom. Il. *B*. p. 554. Rom. Fr.]

P. 159. l. 4. *καὶ ὑπὸ τῆς Βιστωνίδος δὲ, καὶ τῆς νῦν Ἀφνητιδος λίμνης*] Magnus error interpretis, putantis dicere Strabonem, Bistonin lacum nunc Aphnetin appellari, in quo errore bene de his studiis meritum Ortelium video versari. Atqui Bistonis lacus in Europa est: Aphnetis in Asia: utriusque tamen lacus accolae gentes Thracicae. Thraces enim loca circa Abydum in Asia occuparunt: auctor Strabo lib. XIII. [T. V. p. 275.] *Ἀφνειοὺς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀφνήτιδος νομίζουσι λίμνης. καὶ γὰρ οὕτω καλεῖται ἡ Δασκυλῖτις.* CASAUB.

P. 159. l. 5. *κατακεκλύσθαι*] *κεκαλύφθαι* Par. 2. al. m. sup. *κατακαλύχθαι* e corr. Med. 2. *κατακλυσθῆναι* Par. 5. *demersa* Vet. Intp. Tum inclusa verba desunt *) Par. 5. *Cor.* vero pro *οἱ δὲ* dedit *αἱ δὲ* e conj. *Cas.* marg. Vet. Intp. *sicut et.* Deinde *Siebenk.* primus dedit *Ἀρτεμίτα*, *Breq.* e Reg. *Ἀρτεμήτα*. Illud habent Par. 5. Eton. Esc. Mosc. F. Bemb. Par. 1594. Cor. Intpp. Pariss., hoc Par. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc. Tz., sed Par. 2. al. m. sup. *Ἀρτεμία*, et Med. 2. e corr. post. *Artemeta* Vet. Intp. *Ἀρτεμέτα* Par. 1393. **) Epit. sic habet: *καὶ αἱ Ἐχινάδες νῆσοι ἐκ τῆς τοῦ Ἀχελώου προσχώσεως ἠπειρώθησαν.* FR.

[P] P. 159. l. 8. *μία τῶν Ἐχινάδων νήσων, ἤπειρος γέγονε.*] At Thucydides putare se ait, futurum, ut brevi tempore omnes illae insulae continenti adjungantur, jamque aliquot ex illis id contigisse. Rationem deinde affert, *τὴν πρόσχωσιν τοῦ Ἀχελώου*: qua de re sic Herodotus Euterpe (c. 10.): *ὃς ῥέων διὰ Ἀκαρνανίης* (de Acheloo loquitur) *καὶ ἐξιὼν εἰς τὴν θάλασσαν, τῶν Ἐχινάδων νήσων τὰς ἡμίσεις ἤδη ἤπειρον πεποίηκε.* Sed vide locum Thucydidis [ubi cf. intpp.] in fine l. sec. (c. 102.): a quo cum nihil variet Strabo lib. dec., miror, quod de una hic scribit. Plinius vero invectu Acheloi, non con-

*) Omissa etiam in Cod. Gemist. et sane aut corrupta sunt, aut, quod magis probo, e marg. ab imperito librario in textum assumta. SIEBENK.

**) V. *Holsten.* ad Steph. Byz. p. 50. a. qui *Ἀρτεμίτα* probat. TZSCH.

Plin. H. N. IV, 1. *Achelous — Artemitam insulam assiduo terrae invectu continenti annectens.* V. *Tzsch.* ad Strab. T. IV. p. 527. Apollodorus autem vocatur *Ἀρταμιτηνός* propter Doricum *Ἄρταμις*. cf. Greg. Cor. p. 304. sq. Schaef. Eustath. ad Hom. Il. Κ. p. 969, 7. FR.

tinenti annexas, sed natas scribit Echinadas l. II. c. 85.*) CASAUB.

P. 159. l. 16. *Ἔστι δέ τις*] Hom. Od. Δ, 844. sqq. omisso v. 845. Pro *ἐνὶ Wolf.* et *Cor. ἔνι.* Tum p. 160. l. 1. pro *νυνὶ δ' οὐδ'* Epit. *νῦν δ' οὐκ.* Par. 5. *Ἐν τῇ τ' Ἰθ.* et Ald. Hopp. *οὐδὲν N.* pro *ῥηδέ.* FR.

P. 160. l. 2. *οὐδέν ἐστιν ἄντρον τοιοῦτον*] Hac de re satis multa Porphyrius [ad Hom. Od. *N*, 104.], quem consule: Inde scire licet, cur dicat, obscuram esse hanc quaestionem. CASAUB.

P. 160. l. 5. *ἐῶ ἐν κοινῷ σκοπεῖν*] Sic loquitur Aristoteles *Μετὰ τὰ φυσικὰ* lib. pri. [c. 6. p. 16, 4. ed. Sylb.] *τὴν μέν τοί γε μέθεξιν ἢ τὴν μίμησιν, ἥτις ἂν εἴη τῶν εἰδῶν, ἀφῆσεν ἐν κοινῷ ζητεῖν.***) CASAUB.

P. 160. l. 6. *Ἡ δὲ Ἄντισσα*] Ovid. (Met. xv. 287.) ut modo retulimus:

Fluctibus ambitae fuerant Antissa.

CASAUB.

P. 160. l. 6. *Μύρσιλος*] *Μυρσίλος* reposui pro *Μυρσίλαος.* ***) Nam auctoris hujus Lesbiaca a multis citantur scriptoribus. Et pro *Ἰσίης* restitui *Ἴσσης:* nam et ratio vocabuli Antissa ostendebat, ita legendum esse, et Eustath. diserte docet, Lesbum ab urbe Issa fuisse Issam aliquando dictam, citato ad hoc Lycophrone teste in Dionysium [v. 537.] et in Iliad. π. ad versum 129. [ad

---

*) P. 159. l. 9. *φησὶ*] *φασὶ* Par. 1. 5. et e corr. Med. 2. Par. 2., quod exhibuit *Breq.* spretum a *Cor.* Tum l. 10. Mosc. *πρσχ.* pro *πρσχ.* ac l. 11. verba *ὡς Ἡσιόδός φησι* desunt Par. 5. *Dutheil. Ἡσιόδοτος* legendum existimat, ad L. II. c. 10. referens, quod recepit *Cor.* Ibidem Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. *τινὲς ἄκραι* pro *ἄκραι τινὲς* et Par. 5. *νησιάζουσι* pro *νησίζ.* FR.

**) *ἐῶ* deest Mosc. Paris. Ven. A. et post. add. Med. 1. *ἀφείσθω* Par. 5., qui et *ἀμφισβητήσιμον* pro *ἀσαφές.* Mosc. antea *δὴ*, nunc *δεῖ.* V. de locutione *H. Steph.* Thes. T. II. p. 295. C. Apud Dionys. Halic. A. R. II, 39. *διὰ τῆς κοινότητος τῶν ὁμολογιῶν* i. e. *ambiguitate*, quam significationem frustra quaeres in Lexicis. FR.

***) Sic Ald. Hopp. Stroz. Vat. B. Med. 2. Diserte *Μυρσίλος φησὶ* Mosc. Vet. Intp. et L. XIII. T. V. p. 393. Male Schol. Apoll. Rhod. I, 615. *Μυρτίλος ἐν πρώτῳ Λεσβιακῶν*, pejus Schol. Paris. *Μυρτίλος* Antig. Car. c. 17. *Μύρσιλος*, ubi c. 5. Antissae et Myrsili mentio conjuncta. cf. *Creuz.* ad Hist. Gr. Fragm. p. 146. plura olim de Myrsilo disputaturam. FR.

II. 4. p. 741, 34. Od. Γ. p. 1462, 25. Rom.] non multo post. XYLAND.

P. 160. l. 7. *τῆς Λέσβου καλουμένης πρότερον Ἴσσης*] Lycophron (v. 219.) [ubi v. Tzetz.]:

Ὡς μή σε Κάδμος ὦφελ' ἐν περιῤῥύτῳ Ἴσσῃ φυτεῦσαι. CASAUB.

Cas. in marg. conj. *τῆς γὰρ Λέσβου* (pro quo Paris. *Λέσβης*), quod recepit *Cor.* Tum pro *Ἴσσης* Par. 1. Eton. Esc. Mosc. et Par. 2. in text. et marg. *Ἰσύης*. Par. 3. Reg. Med. 1. 2. Ald. Hopp. Vet. Intp. *Ἰσίης*. Par. 5. *Ἰσθίης*.*) Par. 2. in sqq. *ὅθεν καὶ τὴν νῆσον*. FR.

P. 160. l. 10. *καθάπερ τὴν Προχύτην*] De his lib. VI. [T. II. p. 230.] ubi de Rhegio. Lib. autem quinto [T. II. p. 200.] Prochyta dicitur esse *ἀπόσπασμα* Pithecusarum. De Ladone ad octavum, ubi res pluribus narratur [T. III. p. 322.]. CASAUB.

P. 160. l. 11. *Πιθηκοῦσαν*] *σα* Mosc. Par. 2. et hic *οὖσαν* al. m. sup. — *ἠκοσσαν* Esc. *τῶν Μισ.* error unius ed. Alm. *Καπρίας* Par. 1. Verba *Γεγόνασι — μεταβολαὶ* desunt in Par. 5. **) FR.

P. 160. l. 15. *Δοῦρις δὲ τὰς Ῥαγάδας*] Duridem Samium, opinor, intelligit, celebrem historiographum, cujus praeter alios etiam M. Tullius meminit in Epistolis ad Attic. (l. ep. 1.). Vixit patriae suae tyrannus Theophrasto Athenis docente: quem Duridis frater Lynceus, qui et ipse multa scripserat, audivit: auctor Athenaeus. De Rhagadibus vide Stephanum [s. v. *Ῥαγα.*] et infra lib. XI. CASAUB.

Cod. Med. 1. 2. *Ῥωγάδας*, sed hic post. corr. *Cor.* dedit *τὰς Ῥαγάς*. ***) Tum *Μηδείαν* Par. 2. 3. Med. 1. 2. sed Par. 2. al. m. sup. *Μήδιαν*. *Μήδειαν* Mosc. Ald. Hopp. Pro vulg. *ὀνομᾶσθαι Cor.* dedit *ὠνομᾶσθαι*. Mosc. rectius *ὠνομάσθαι*. †) Tum l. 18. verba *καὶ κώμας*, nescio qua de causa, omisit *Cor.* FR.

---

*) Cf. de Issa *Tzschuck.* ad Mel. II, 7, 4. p. 585. sq. Add. Hesych. T. II. p. 76. *Ἴσσα, ἡ Λέσβος τὸ πρότερον.* FR.

**) Pro *περὶ ταῦτα* marg. *Cas.* „Interp. *παρὰ πάντα*." *Villebr.*: „*παρὰ* placet, non *πάντα*. Nil tamen mutandum." FR.

***) Propter L. XI. T. IV. p. 497. *Ῥαγῶν* et *Ῥαγαῖς*. cf. *Tzsch.* ad p. 556. sq. FR.

Ῥαγὰς mavult Wessel. ad Diod. Sic. 19, 44. p. 59. [T. II. p. 352.] TZSCH.

†) V. *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 133. 350. T. V. p. 116. FR.

P. 160. l. 17. περὶ τὰς Κασπίας πύλας] Vetus lectio [Stroz. Vat. B.] semper Κασπίους. CASAUB.

[ᾗ] P. 161. l. 2. ἐν Ὀμφάλῃ Σατυροῖς] Nomen est tragoediae ab Ione Chio scriptae, quam citat Athenaeus libro sexto et alibi, vox autem Σατυρεῖς quid sibi velit, non assequor, nisi forte Omphale Satyrica titulus fuit tragoediae, interim omisi in versione. Secundus versus ante legebatur:

Βοιωτίας ἀκτῆς ἐχώρισεν ἐκτέμνων.

ego leges carminis in emendando sum secutus. *) de Lichadibus Strabo lib. 9. p. 429. Cenaeum est Euboeae promontorium. Αἰδηψῷ autem reposui pro ἐδεψῷ **) Stephanum secutus, ut suo loco dicetur. Et mox pro κύματά re restitui, quod cogebat constructio, κῦμά τε. Neque veritus sum, pro κάρφην scribere Σκάρφην. nullam enim urbem invenio Carphen, sed Scarphe itidem, ut Thronium, urbs est Locrorum: ab Homero adeo utraque refertur. sed versus hic Iliad. β. 533. Τάρφην τε, Θρόνιόν τε Βοαγρίου ἀμφὶ ῥεέθρα, facit, ut, quia Τάρφη unicum Thronio referatur, fortassis hic quoque Τάρφην aliquis legendum possit putare. Ego tamen Σκάρφην malim, tum quia nobilior est, tum quia πρὸς Σκάρφην facilius in πρὸς κάρφην potuit mutari, altero σ ob alterius concursum omisso. accedit, quod Eustathius Scarphen Thermopylis vicinam facit mox. XYLAND.

Legendum videtur Σατυρικῇ vel Σατυρικῷ, videlicet δράματι. ***) Diogenes enim Laertius fabulae cujusdam meminit, cui titulus Omphale Satyrica: quam ille Achaeo, non Ioni, tribuit, et ita Athenaeus (c. 5. p. 466.): Ἀχαῖος

---

*) Nihil opus erat mutare ordinem verborum, quem habent edd. Ald. Hopp. et codd. Par. 3. Med. 1. Mosc. Vat. A. B. Ven. A. B. ἀκτὶς ἐχ. Med. 2. B. ἀκτῆς ἐχώρησεν Par. 5. [Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 476. καὶ τὴν Εὐβοΐδα δὲ γῆν λ. Ἐ. κ. Β. ἀκτῆς ἐχώρισεν, καθά τίς φησι ποιητής. TZSCH.] Modo scripsisset Βοιωτίας ἀκτῆς ἐχώρισ' ἐκτεμών. *Valcken.* in diatr. de Eurip. fragm. p. 144. corrigit Εὐβοΐδα — ἐκτεμών, Πρόβλημα, πορθμόν. *Breq.* dedit Προςβλῆτα. FR.

**) Sic hic et infra Par. 1. 2. 3. 5. Med. 1. 2. Reg. Vet. Intp. Ald. Hopp. Vat. A. B. Mosc. Eton. Esc. Vid. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 546. sqq. T. IV. p. 11. FR.

***) Scrib. Σατύροις, ut Med. (non, ut *Sieb.* et *Breq.* male referunt, Σατυροῖς) et Par. 5. habent, probante *Villebr.* Vet. Intp. omnia molitur hic inepte. *Cor.* dedit Σατυρικῇ. Sed vide de locutione Σατύροις *Toup.* Epist. Crit. p. 102. sq. Lips. FR.

δ' ὁ τραγικὸς ἐν Ὀμφάλῃ καὶ αὐτὸς περὶ γραμματικοῦ ποτηρίου ποιεῖ τοὺς Σατύρους τάδε λέγοντας. Scripserat et Ion Omphalem: eamque Satyricam, ut quidem puto. Porro quid sit apud tragicos fabula Satyrica, tum e veteribus Grammaticis notum esse potest, tum e summi viri Caesaris Scaligeri libris De Poetice. *) Casaub.

P. 161. l. 4. ἐκτέμνων] ἐκτεμών. Casaub.

P. 161. l. 5. Προβλῆτα πορθμόν] Locum hunc depravatum esse monere possum, emendare non possum sine ope codicum. **) Casaub.

P. 161. l. 6. Καλατιανὸς] dupl. λλ Par. 5. Med. 1. 2. Vet. Intp. Par. 1594. et e corr. Mosc. ***) Καλλατινὸς Par. 1393. et *Breq.* e Reg. Tum inverso ordine γενομένους ποτὲ Par. 3. 5. Med. 1. Mosc. Ven. A. Deinde l. 12. pro Ὠρεοῦ Med. 1. Ὠραιοῦ, Par. 3. Ὠρειοῦ et Ὠρεοῦ. Vat. B. Ὠρεὸν, ac Par. 2. al. m. περὶξ sup. περί. Fr.

P. 161. l. 8. τῶν τε Λιχάδων νήσων] Lichades insulae vocantur tres illae parvae, quae ante Cenaeum Euboeae promontorium sitae sunt: de quibus libro IX. [T. III. p. 551. sq.] Ibi et de Aedepso, de Oreo, de Echino ac Phalato, et reliquis hîc nominatis locis. Casaub.

P. 161. l. 13. Ἐχίνου τε καὶ Φαλάρων] Scribo Φαλάρου ex libro nono [T. III. p. 610.) aut potius Φαλάρων cum veteribus codicibus, quam lectionem confirmat Stephanus. †) Casaub.

Pr. loc. Φαλάρου Par. 3. et e corr. Med. 1. Φαλάρων Mosc. Bemb. Paris. 1408. Par. 5. Sec. loc. Par. 1394. Φαλάρνου. Par. 1393. Bemb. Φαλάρου. *Phalarorum* — *Phalari* Vet. Intp. Fr.

P. 162. l. 1. παραπλήσια — Λαριεῦσι καὶ Λαρισσαίοις] Haec verba desunt Par. 5. Intpp. Pariss. pro Λαριεῦσι, qui praeter hunc locum alto premuntur silentio, repo-

---

*) Notissimus est ipsius Casauboni super hac re libellus. Fr.

**) Contra *Siebenk.* haec monet *Tzsch.*: „Imo Bentl. [Opusc. Philol. p. 500. Lips.] sic emendavit: ἐχώρισ', ἀκτὴν ἐκτεμὼν Προβλῆτα πορθμῷ, idque tuetur inter alios ex Mela 2, 7. *freto maris Siculi abscissa est.*" Fr.

***) Hoc praestat. V. *Holsten.* ad Steph. Byz. s. v. Κάλατις. *Tzschuck.* ad Strab. T. II. p. 435. T. V. p. 54. sq. *Orell.* ad Memn. p. 226. Fr.

†) P. 161. l. 15. ἀνατραπῆναι] ἀναστραφῆναι Mosc. Bemb. Par. 2. 5. et e corr. Med. 1. sed Par. 2. al. m. sup. ἀνατραπῆναι. Fr.

[illegible] Λαμιεῦσι, quod rei convenit et receptum est a [illegible] Tum Λαριαίοις Par. 3. et e corr. Med. 1. *Larieis* [illegible] *) Deinde Par. 1. καταβῆναι pro καταδῦναι, quod [illegible] Mosc. et Eustath. male per ύ exaratur. Θρονίοις Par. [illegible] πρὸ Σκάρφην Par. 2. Med. 1. 2. sed Par. 2. πρὸς Σκ. [illegible] sup., ut Vet. Intp. Porro l. 9. inverso ordine πλωτὰς ὁδοὺς Par. 1. 2. 3. Med. 1. Mosc. et l. 10. Med. 1. 2. φαλαγγος pro φάραγγος. **) Denique l. 11. Ἀλώπης Ed. Alm. Ἀλλόπης Par. 5. sed diserte Ἀλόπης Mosc. Verba μέρη — ἀνατραπῆναι desunt Par. 5. Fr.

P. 162. l. 12. Οἷον δὲ τὸ φρούριον] Secutus sum interpretem, qui legisse Οἷον videtur, et proprium nomen agnovisse, et ut ipse quoque suspicer, particulae δὲ τὸ faciunt. modo recte legatur οἷον. nam scio *solum*, *unicum*, significari hac voce, sed [non] Straboni. οἷον autem huc non quadrat: quod tamen re dubia nolui expungere. *Algonum* porro quid sit urbis, dicat, qui cognovit. ἐλλιμενίων recte puto me posuisse pro ἰλλιμενίων [Ald. Hopp. Vet. Intp.], quod nihil significat. Mimenios enim, quos interpres habet, Utopienses puto esse. Xyland.

Med. 1. Ἐλατίας. Verba περὶ δὲ — θάλασσαν desunt Par. 5. Tum pro Ἄλγωνον ***) Intpp. Pariss. ex Herodot. VII, 176. 216. 229. et Aeschin. de fals. leg. T. III. p. 301. conjecerunt Ἄλπωνον, quod recepit *Cor.*, propositum etiam e Steph. Byz. s. v. Ἄλπωνος a V. D. anonymo *M.* ap. *Falc.* Porro l. 16. Med. 1. e corr. ἐλιμενίων. Med. 2. e corr. ἐλλιμενείων. Par. 1408. ἐν λιμενίῳ. Intpp. Pariss. de naumachiis in portu institutis intelligunt. Denique l. 17. τὴν ante θάλ. deest Ven. A. Fr.

[P] P. 162. l. 16. Pro vulg. ἰλλιμενίων Leopard. Emend. 20, 13. in Gruter. Thes. Crit. T. III. emendavit ἐλλεμενίων (voluit ἐλλιμενίων) i. e. ad portorium specta-

---

*) P. 162. l. 2. Σκαρφείαν] Σκαρφίαν Edd. pr. Σκαρφείαν Par. 1. 2. Vat. A. B. probante *Villebr.* Σκαρφίαν δ' Par. 5. Med. 1. Σκάρφειαν δ' Mosc. *Cor.* V. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 552. sq. Fr.

H. l. a. Σκ. ad ἐλάττω repetit Eustath. ad Hom. Il. *B*, 532. p. m. 210. Bas. [p. 277, 40. Rom.] Tzsch.

**) De hac confusione v. *Schaefer.* ad Apoll. Rhod. Schol. T. II. p. 48. Fr.

***) Pusillum discrimen inter Γ et Π. Cf. *Bast.* Comment. Palaeogr. p. 710. *Porson.* Advers. p. 44. Fr.

culum vel eorum, quae in portu erant. Thesmophoria vero alibi etiam, non Athenis solum. V. Spanhem. de U. et Pr. Num. T. I. p. 310. Tzsch.

Tum *Cor.* cum cod. Mosc. post μεταξὺ interpungit et P. 163. l. 2. pro νεωρίδων dedit νεωρίων *), quod referunt Stroz. Par. 1. Eton. et sup. Par. 2. Mox pro ἐξαιρεθεῖσαν Eton. ἐξενεχθεῖσαν. Vet. Intp. *ejecta*. Med. 1. e corr. ἐξαρθεῖσαν, quod recepit *Cor.* In Par. 5. autem verba καὶ τριήρη — τείχους desunt. Fr.

P. 162. l. 18. Ἀταλάντης τῆς πρὸς Εὐβοίᾳ] Atalantae duae fuerunt parvae insulae: altera Psytaliae et Piraeeo vicina, altera in ea Euripi parte, quae Opuntem dividit ab Euboea, quae in Ptolemaei tabulis male notatur. Sed de Atalanta **) plura ad lib. non. [T. III. p. 547.] Casaub.

P. 163. l. 4. Προστιθέασι δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν μεταστάσεων ***) μεταβολὰς] In sequ. libris rerum quam plurimarum continetur narratio, quae et mirae videri, et non facile credi possint: sunt autem hae duorum generum: vel enim ad ipsam formam, vel ad ejus incolas pertinent. utrisque πίστιν κατασκευάζειν hac digressione voluit: de illis hactenus: nunc de his agit. †) Casaub.

---

*) Magnopere vereor, ne inusitata haec forma hujus tantummodo loci auctoritate in Lexica recentiora transierit: nam *H. Steph.* Thes. Gr. L. non habet, ac Geographus aliis in locis usurpat alteram. L. VII. T. II. p. 398. ἔχει λιμένα καὶ νεώρια. L. IX. T. III. p. 359. τοὺς λιμένας πλήρεις νεωρίων. L. XIV. T. V. p. 540. ἔχει ἡ πόλις καὶ νεώρια καὶ λιμένα. p. 591. ἔχει ἡ πόλις νεώρια καὶ λιμένα κλειστόν. p. 697. τόπος ἔχων παλαιὰ νεώρια. Cf. *H. Vales.* ad Harpocr. p. 132. ed. Gron. *Hemsterh.* ad Jul. Poll. p. 995. Hesych. T. II. p. 673. Νεώριον· λιμὴν, ubi cf. Intpp. Lex. Rhet. in *Bekker.* Anecdd. Gr. T. I. p. 282. Νεώσοικοι· καταγώγια κτλ. νεώρια δὲ ἡ τῶν ὅλων περιβολή. Leg. ὅρμων. In cod. scriptum videtur ὅρων, ut patet ex Etym. M. p. 601, 18. ubi *Sylburg.* recte ὅρων in ὅρμων mutandum esse censet. Nempe inter ὅρμος et λιμὴν accuratioribus grammaticis discrimen statuitur: v. *Wolf.* praef. ad Homer. p. LIV. *Erfurdt.* in Obss. ad Athen. P. II. p. 21. Fr.

[†] P. 173. l. 1. *Παραμυθούμενος δ' ἐπὶ πλέον*] Eratosthenes post stadiasmos longitudinis addiderat ἐπεξεργασίαν, qua idem problema, Quod longitudo duplo latitudinem excedat, rationibus mathematicis confirmabat. De hac nunc agit. Peccasse in eo docet, quod, cum esset institutus sermo de longitudine τῆς οἰκουμένης, Eratosthenes ad dimensionem totius εὐκράτου disputationem transtulit. Atqui, ait Strabo, erat sermo institutus περὶ τῆς οἰκουμένης, non περὶ τῆς εὐκράτου. In una autem et eadem terrae temperata plaga nihil vetat plures esse οἰκουμένας, licet ab Oceano Orientali parum videatur distare terminus nostrae οἰκουμένης: quare disputationes περὶ τῆς οἰκουμένης et περὶ τῆς εὐκράτου confundi non debuere. Non dubium est summam animadversionis hujus esse istam: sed quod ad Eratosthenis demonstrationem attinet, ea ita lacera et manca est, ut ne felicioribus quidem ingeniis sine meliorum librorum ope loci emendationem censeam esse sperandam. CASAUB.

P. 173. l. 3. *κατὰ φύσιν φησὶν εἶναι ἀπὸ τῆς ἕω*] Lectio vetus, *κατὰ φύσιν φησὶν* *) *εἶναι*. CASAUB.

P. 173. l. 5. *καθάπερ εἰρήκαμεν, ὡς οἱ μαθηματικοὶ φασὶν*] Apparet, deesse nonnulla. Satis tamen constat, loquutum hic fuisse de Oceano, quem *σύρρουν* esse supra satis disputatum est. Legi fortasse potest, *τὴν γὰρ μεγάλην θάλατταν*. Verum nihil affirmamus. CASAUB.

P. 173. l. 6. *ἑαυτὴν ἑαυτῇ*] Par. 1. 2. Med. 1. 2. Eton. Reg. Mosc. *αὐτὴν ἑ.* probatum a *Villebr.* et receptum a

*) Ita Par. 1. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Vet. Intp. et e corr. Par. 2. Primus addidit *Breq.*, quem secuti sunt *Sieb. Cor.* Sed idem scripsit e conj. *τὴν γὰρ καθάπερ* et e Vet. Intp. *φασὶ* post *μαθημ.* pro *φησὶ*. Mosc. *φησὶ*, sed supr. *α*. Coray scripsit *π. εἰρ.* [*καὶ*] *ὡς οἱ μ. φασι*. In codd. nulla lacunarum signa, quae *Cor.* etiam omisit. FR.

*Cor.**) Ad verba τὸ μέγεθας τοῦ Ἀτλαντικοῦ πελάγους *Falc.* citat Senec. Quaest. Nat. praef. §. 11. ubi cf. *Ruhkopf.* T. V. p. 10. sq. Fr.

P. 173. l. 9. τὸ λοιπὸν μέρος] Intelligit longitudinem nostrae οἰκουμένης. Casaub.

P. 173. l. 10. ὑπὲρ τὸ τρίτον μέρος **) ὃν τοῦ ὅλου κύκλου] Recte. Nam si longitudo τῆς οἰκουμένης excedit secundum Eratosthenem summam stad. 76000, excedet sane et trientem τοῦ ὅλου κύκλου. Ὅλος κύκλος dicitur ab eo esse stad. 200000. sive εἴκοσι μυριάδων. Triens autem τῶν εἴκοσι μυριάδων est stadiorum non amplius 66666⅔. Posidonius vero longitudinem terrae habitatae ac cognitae esse statuebat 70000. stad., idque putabat esse τὸ ἥμισυ τοῦ ὅλου κύκλου, καθ' ὃν εἴληπται. Auctor Strabo lib. II. [T. I. p. 272.] Casaub.

P. 173. l. 11. εἴπερ ὁ διὰ Θινῶν] Ait, circulum terram ambientem esse stadiorum 200000, sed addit διὰ Θινῶν ***): ut indicet, se non loqui de eo circulo, qui transeat per centrum mundi, quem aiebat Eratosthenes esse non εἴκοσι μυριάδων, sed εἴκοσι πέντε, ut dicemus lib. sec. Parallelus autem per Thinas ductus idem est cum eo, qui per fretum Gaditanum ducitur, ut discimus lib. seq. Casaub.

P. 173. l. 12. ὅπου πεποιήμεθα τὸν εἰρημένον σταδιασμὸν †)] ὅπου hic valet *quandoquidem*. Rursus hic deest summa superius descripti stadiasmi: quod si aut ille locus non esset corruptus, aut hic mutilus, poterat de altero ex alterius scriptura constitui. Vere autem dici potest, stadiasmum supra descriptum ab India ad fines Hispaniae multo superare tertiam partem τῶν 200000. Casaub.

P. 173. l. 14. οὗτος γὰρ ὁ λόγος] Locus mutilus est et miserabiliter confusus, Deliumque requirens natatorem. Thinae sunt, quae et Sinae ac Sinarum regio di-

---

*) V. *Schaefer.* ad Aesop. Heusing. ed. nov. p. 128. ad Julian. Orat. p. XVII. *Bast.* Epist. Crit. p. 212. et Epimetr. 2. p. XXXI. in *Schaef.* ed. nov. Aristoph. Plut. *Hemsterh.* Fr.

**) τοῦ τρίτου μέρους Med. 2. e corr. idemque ἢ διὰ pro ὁ δ. Fr.

***) Θηνῶν Par. 1. 2. 3. sed hic e corr. Θινῶν. Mosc. Θινῶν et η sup. Vet. Intp. *per litora*. Lepide. Fr.

†) In marg. Vat. B. Par. 1. 2. haec leguntur: σταδιασμὸν καλεῖ τὸ διὰ σταδίων μέτρημα, ὡς τὸ διὰ μιλίων μιλιασμόν. Fr.

citur. Invenies in undecima Asiae tabula apud Ptolemaeum. Sed et paulo superius τὸ πλέον ἥμισυ τοῦ μήκους, pro πλέον legendum sensus docet οὐ πλέον, et pro διάστημα μεῖζον λέγειν, scribere μεῖζον, λέγει. Xyland.

P. 173. l. 4. τὰ μὲν περὶ τῆς εὐκράτου] Lege, τὰ μὲν περὶ τῆς εὐκράτου. *) Casaub.

P. 174. l. 2. περὶ δὲ τῆς οἰκουμένης] Lego περὶ δὲ τῆς οἰκουμένης, οὐκέτι. **) καλ. quam lectionem supra exposui. Placet autem Straboni, οἰκουμένην quum dicimus, eam tantum intelligi terrae partem, quae nobis est cognita. Ptolemaeus lib. sec. [prooem. p. 66. ed. Erasm.] idem docet his verbis, καὶ τίς ἂν γένοιτο διόρθωσις τῆς καταγραφῆς ἀκολούθως τῇ μέχρι δεῦρο ἱστορίᾳ τῶν ἐγνωσμένων μερῶν τῆς γῆς, τουτέστι, τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης. Cas.

P. 174. l. 5. δύο οἰκουμένας εἶναι, ἢ καὶ πλείους] Vox ἀεὶ non significat *semper*: sed ea voce innuit omnium zonarum eandem esse rationem. Sic apud Diodorum et Dionem ὁ ἀεὶ ὕπατος non eum significat, qui perpetuus sit consul, sed omnes eos, qui consulatu funguntur alius post alium. Xenophon initio lib. sec. [c. 1. §. 5.] Ἑλλην. ἀεὶ ὁ ἀκούων δεδιώς, hoc est, *cum, ut quisque audiverat, timeret*, sive *cum timeret* πᾶς ὁ ἀκούων. Ptolemaeus ὁ πλείων ἀεὶ χρόνος ἱστορίαν ἐμποιεῖ καθάπαξ ἀκριβεστέραν. Neque assentior doctissimo viro, qui in hujusmodi locis putat τὸ ἀεὶ elegantiae causa παρέλκειν. Livius lib. v. (c. 42.) *Lux deinde* [Ῥ] *noctem inquietam insecuta est: nec ullum erat tempus, quod a novae semper cladis alicujus spectaculo cessaret.* Apud Platonem in fine pr. De republ. τὸ ἀεὶ παραφερόμενον δεῖπνον quid sit, non vident interpretes. ***) Idem usus vocis ἑκάστοτε, ut, quae ait Plutar. in Sertorio, οἱ ἑκάστοτε πεμπόμενοι στρατηγοί. †) Casaub.

---

*) Ita Par. 2. Med. 1. 2. Mosc. Ven. A. et codd. *Sieb.* omnes, ut in schedis refert, nam in ed. alium ordinem instituit. Solus Par. 1. τὰ μὲν περὶ τῆς εὐ. Casaubonum secutus est *Cor.*, praeterquam quod τὰ omisit. Fr.

**) *Cas.* conj. recepit *Breq.* Sed *Cor.* nihil hic mutans verba καλοῦμεν — γνωρίζομεν parenthesi includit, et post ἐνδέχεται vocem "δὲ" signis appositis suspectam reddit. Error est solius ed. Alm. τὴν οἰκουμένης pro τῆς. Fr.

***) Vid. de hac vi vocis ἀεὶ multa disputantes *Toupium* et *Weiskios* ad Longin. p. 487. Fr.

†) P. 174. l. 6. Θινῶν] Θηνῶν Par. 1. 2. 3. Med. Gron. Sed Par.

Quamvis haec verissima, codd. tamen ad unum fere omnes Par. 1. 2. 3. Med. 1. Eton. Mosc. Vet. Intp. ἢ καὶ πλείους, quod e Reg. receperat *Breq.* et nunc etiam *Cor.* dedit. Tum pro εἰ καὶ μάλιστα Par. 3. εἴη καὶ μ. Med. 1. e corr. εἰ ἢ καὶ μ. Med. Gron. εἰ ἤ καὶ μ., quod a Vet. Intp. commendatum scripsit *Breq.*, nude *Cor.* καὶ μ. Fr.

P. 174. l. 12. καὶ τοὺς μὲν τοῖς ποταμοῖς διαιρεῖν] Vide Plinium III. c. 1. refert et Dionysius in Periegesi hanc divisionem. Casaub.

P. 174. l. 14. τοὺς δὲ τοῖς ἰσθμοῖς] Dionysius (v. 19.):

Ἄλλοι δ' ἠπείροισι διὰ χθόνα νοσφίζουσιν.
Ἰσθμὸς ἄνω τέταται τις ὑπέρτατος Ἀσίδος αἴης,
Κασπίης τε μεσηγὺ καὶ Εὐξείνοιο θαλάσσης.
Κεῖνον δ' Εὐρώπης Ἀσίης θ' ὅρον ηὐδάξαντο.
Ἄλλος δ' αὖ μακρὸς καὶ ἀθέσφατος ἐς νότιον ἔρπει,
Ἀρῥαβικοῦ κόλποιο καὶ Αἰγύπτοιο μεσηγύ,
Ὃς ῥά τε νοσφίζει Λιβύην Ἀσιήτιδος αἴης.

Ubi miror, cur isthmum, qui est inter sinum Arabicum et mare Aegyptium, appellet μακρὸν καὶ ἀθέσφατον potius, quam illum priorem, quem simpliciter isthmum appellavit. Nam illum longe esse majorem constat. Plinius (II. c. 68.) de utroque isthmo: *Idem siquidem Oceanus infusus in multos (ut dicemus) sinus, adeo vicino accessu interna maria allatrat, ut centum XXV. millibus passuum Arabicus sinus distet ab Aegyptio mari: Caspius vero CCCLXXV. millibus a Pontico.* Vide init. lib. XI. Ita autem τὰς τρεῖς ἠπείρους Ptolemaeus partitur lib. oct. init. Casaub.

P. 174. l. 16. Ἐκρήγματος] Locum, quo erupit mare in Oceanum, apud Gades puto. Xyland.

Cave putes, Ecregma istud quicquam cum Gadibus habere commune. Profecto vir doctus, cum hoc scripsit, satis testatus est, quam parum ista intelligeret. Nam quis obsecro isthmus erit iste inter sinum Arabicum et fretum Gaditanum? Locum igitur intelligit in ora maris Aegyptiaci, prope Gerra e regione sinus Arabici, quod Ecregma vocabant. auctor Strabo lib. XVI. [T. VI. p. 552.]

---

3. Θινῶν e corr. et Mosc. η supra Θινῶν. Tum l. 13. in Ταναΐδι accentum male positum primus removit *Cor.* diserto Mosc. testimonio. Fr.

Meminit et Diodorus Siculus lib. XIX. [c. 64. ubi v. *Wess.* T. II. p. 568. et L. I. c. 19.] CASAUB.

P. 174. l. 16. *τοὺς *) δὲ χερρονήσους αὐτὰς λέγειν*] Et est horum sententia verior, quam eorum, qui *νήσους* appellant. CASAUB.

P. 174. l. 17. *εἰς πράγματα **) καταστρέφοιτο*] Mox ait, *εἰς τὸ πραγματικὸν καταστρέφειν*. Sensit Eratosthenes, disputationem de terminis partium terrae nihil admodum conferre ad res agendas, sive *πρὸς τὴν χρείαν*, quae est *μέτρον* hujus tractationis: sed hominum esse potius in otio philosophico altercantium. CASAUB.

P. 175. l. 1. *ἀλλὰ μόνον ἔριν διαιτώντων*] *Cor.* **μόνον**, quibus asteriscis voces vel corruptas vel delendas indicat. Tum in vv. *ἔριν διαιτώντων* diu haerentes Intpp. Parr. vertunt tandem *qui vivent uniquement de disputes.* ***) In seqq. iidem vituperant interpretationem *Meursii* de pop. Att. T. I. p. 293. sq. fol. ed. FR.

P. 175. l. 3. *καθάπερ Κολυττοῦ*] Colyttus *δῆμος* est Atheniensium *τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς*. †) CASAUB.

P. 175. l. 3. *καὶ Μελίτης*] Melite est *δῆμος* tribus Oeneidis. ††) CASAUB.

---

*) Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. *τοῦ δὲ χ. Cor.* simpliciter *καὶ χ.* scripsit. Tum Med. 2. *ὁρᾷς* pro *ὁρᾶν*. FR.

**) *Cor. εἰς πραγματικὸν καταστρέφοι ἡ ζ.* dedit: alterum e conj., alterum est in Par. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Nam Ald. *καταστρέφοι οἱ ζ.* Hopp. — *ἐφοιτο ζ.* Xyl. — *ἐφοιτο ζ.* Inde Cas. — *ἐφοιτο ἡ ζ.* Par. 1394. 1408. — *ἔφει.* Recte etiam *Breq.* — *ἐφοι ἡ ζ.* auctoritate insuper usus Vet. Intp. FR.

***) Verum *ἔριν διαιτᾶν* nihil aliud videtur esse, quam *litem componere.* Appian. Excerpt. de Legat. T. I. p. 25. ed. Schwgh. *τὸν πόλεμον — γυναῖκες καὶ θυγατέρες διῄτησαν.* Plutarch. Pomp. c. 39. *βασιλέων ἀμφισβητήματα διαιτῶν.* Dionys. Hal. A. R. VII, 52. *τὰ νεῖκη διαιτᾶν.* FR.

†) Xenoph. Memor. II, 7, 6. TZSCH.

††) Ald. Hopp. *Μελίτης.* Tum Par. 3. Mosc. *τοῦτον μὲν ἔχειν* pro *τοῦτο μ. ἔ.* Deest *μὲν* in Par. 2. Vat. A. B. Sed *Cor.* scripsit *τούτων μ. ἔ.* (Sed *τοῦτο* pertinet ad seqq. V. *Bast.* Ep. Crit. p. 152. *Schaefer.* Meletem. Crit. Sp. I. p. 84. *Jacobs.* Additam. Animadvv. ad Athen. p. 290. *Weisk.* Pleonasm. Gr. I. p. 77.) Tum bis *τουτὶ* habent Ald. Hopp. Par. 1. 2. 3. Med. 1. Mosc. Vat. A. B. Errore Xyl. in reliquas edd. *τοῦτο* primo loco transiit. Tum Med. 2. *Μελίττη.* H. l. Vat. A. B. Par. 1. in marg. habent: *Κολυττὸς καὶ Μελίτη δῆμοι Ἀθηναῖοι* (Vatt. — *αἰων*). Denique l. 6. post *ὄρους* deest *δὲ* Par. 2. 3., sed post. add. in Med. 1. Par. 2. FR.

P. 175. l. 6. *συμβαίνειν κρίσεις* *) *πολλάκις περὶ χωρίων*] In historiis tot sunt exempla *πολέμων* et *ἀμφισβητήσεων περὶ ὁρίων*, id est de ditionis terminis, ut ea annotata sit supervacaneum. Sed apud Herodianum lib. pr. [c. 11. ubi vid. *Irmisch.* T. I. p. 429.] pro *περὶ ὅρων*, vel *ὁρίων*, male editur *περὶ ὁδῶν*, ubi de Matre Deûm est sermo. quod obiter volui annotare. CASAUB.

P. 175. l. 8. *περὶ Θυρέας*] Lege *Θυρέας*. **) Stephanus: *Θυρέα, περὶ ἧς Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐπολέμησαν.* Historia ab Herodoto (L. I. c. 82.) *Κλειοῖ* et a Pausania relata est in fine *Κορινθιακῶν*. (II. 29. 38.) Vide et Thucydidem lib. II. (27. et IV. c. 56.) CASAUB.

P. 175. l. 9. *περὶ Ὠρωποῦ*] Boeotiae assignant vulgo geographi et historici: Ptolemaeus, ut et Livius, (XLV. 27.) Atticae. Contendisse de Oropo Athenienses et Boeotos ex Pausania (I. c. 34. et VII. c. 11.) et aliis notum est. Prudenter vero Sophianus, vir de Graecia bene meritus, Oropo situm eum tribuit, qui oppido *ἀμφισβητουμένῳ* conveniebat: cavitque, ne praejudicium aut his aut illis fecisse videretur. CASAUB.

P. 175. l. 9. *Ἄλλως τε*] In quibusdam veteribus [Par. 1. 2. marg. *καί τινα τ. ἐπ. αὖθις ἀν. αὐτὰ ὡς κτλ.*] codicibus ante ista verba legebantur haec, *καὶ τοιαῦτά τινα ἐπεισπὼν ἀνατρέπει καὶ αὐτὰ ὡς οὐκ ὀρθῶς ῥηθέντα.* quae verba non a Strabone, sed ab aliquo, qui ex ejus libris summa capita excerpserat, profecta esse apparet. nec facile dixerim, quo modo irrepserint illa verba in ipsius auctoris contextum. qui tamen error in veteribus libris plurimis locis reperitur. CASAUB.

[¶] P. 175. l. 10. *τὰς τρεῖς ἠπείρους ὀνομάσαι*] Quicquid Strabo adversus Eratosthenis sententiam hanc disputet, ego vero Eratostheni assentior hac in parte: neque dubito, primos illos Graecos, qui Asiam nominarunt, eam regionem solam intellexisse, quae ipsis in opposita ora erat proxima: postea autem id nomen etiam iis, qui ulterius habitabant, communicatum est ab iis-

*) Marg. Cas. „Puto legendum *συμβαίνει κρίσεις.*" Sic Mosc. Sed Par. 1. 2. 3. Eton. Esc. Vet. Intp. *συμβαίνειν κρίσεις*, ut *Cor.* FR.

**) Olim *Θρᾳκίας*, ut saepe h. v. corrumpitur. FR.
De isto certamine plura disseruntur in Gruter. Thes. Crit. T. V. p. 303. TZSCH.

dem Graecis, quando eorum cognitionem habere coeperunt: tandem eo deventum, ut, quicquid esset transmarinum, Graecis Asia appellaretur: sic duae fuerunt Asiae: vera, quae et minor: et altera, orbis habitati tertia pars. *) Multa hoc modo usurpata sunt nomina. Sic Africam vocant Romani Libyam totam: cum primitus ita appellata fuisset ea tantum Libyae pars, ubi Carthago. Contrarius huic est error ille, quando nomen generis, aut totius, parti ut proprium tribuitur. Sic hodie Natolia, sive Anatolia, Byzantinis vocatur proxima Asiae pars, quia Asia illis ad Orientem. Sic etiam cum non ita multis ante annis Cavari et reliqui, quos hodie Delphinates appellamus, alii principi, quam Regi Galliarum parerent: proxima ultra Rhodanum regio Volcarum Arecomicorum Regnum ab iis nuncupabatur: quia inde initium illis et aditus ad regis Galliarum ditionem: mansitque ea appellatio etiam, posteaquam illa provincia regno Gallico accessit. Ut et apud navicularios, qui Rhodanum navigant, mansit vetus appellatio Delphinatus, Imperium: ut enim significent, versus Delphinatum navim esse dirigendam, clamant, *A l'Empire.* **) CASAUB.

P. 176 l. 1. *διαιτῶν*] Hoc reposui pro *διαιτῶντες* ***), et mox pro *ἐπινοεῖ μὲν μὴ τὴν οἰκ.* Omisi *μὴ* †) ut absurde insertum *infra*. XYLAND.

P. 176. l. 5. *καὶ τὴν ὀλίγην τὴν συνεχῆ*] *τὴν* ante *ὀλίγην* omittunt Par. 1. 2. 3. Med. 1. Mosc. unde ejecit *Cor.* Tum l. 6. *ὡσαύτως* ante *οὔτε Λιβύην* retrahunt Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc. Vat. A. B. Vet. Intp. Prorsus deest

*) *Cf.* quae fuse disputantur ab *Hermann.* ad Hom. Hymn. v. 250. p. 24. sqq. *Tzschuck.* ad Mel. I, 2, 1. p. 52. sqq. not. *exeg.* et quos affert *Ukert.* in Geogr. Gr. et R. T. I. P. II. p. 210. sqq. FR.

**) P. 175. l. 11. *καὶ τὴν ἀπ.*] *κατὰ τὴν ἀπ.* Med. 2. idemque l. 15. *ἂν καὶ πλ.* pro *ἀλλ' κ. πλ.* FR.

***) *διαιτῶντες* Par. 1. Med. 1. 2. Vat. A. B. Par. 1408. Reg. Mosc., sed hic syllaba *τες* lineolâ transversâ deletur. Vet. Intp. *incipiamus dijudicantes*, unde apparet, eum vel legisse vel legendum censuisse *ἀρξώμεθα*: nec improbabiliter. Nam syllaba *μεθα* in fine saepissime falso explicatur ob difficilem scripturae ductum. V. *Bast.* Palaeogr. Comment. p. 714. FR.

†) *μὴ* adest Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Par. 1408. Vet. Intp. probatum *Falc.*, additum a *Breq.* e Reg. FR.

in Ven. A. *) Vox *μέρη* l. 8. deest Par. 1. 2. 3. Med. 1. Mosc. Vet. Intp. Fr.

P. 177. l. 1. *Ἐτι δὲ παχ, τὸν φήσαντα*] *τὸ φ.* Par. 1. 2. 5. Ald. Hopp. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Vet. Intp., quod recte in ed. praefert *Cor.* Esc. *πραγματικοῦ*. Tum *εἰς τὸ πραγματικὸν καταστρέφειν* Ald. Hopp. Mosc. Esc. Med. 2. Par. 2. 3. et e corr. Med. 2. — *ἐφεῖ* induxit Xyl. Hinc Cas. marg. „malim *καταστρέφοι*" et *Cor.* scripsit *εἰς τί πραγματικὸν καταστρέφοι*, *Breq. καταστρέφειν εἰς τὸ πρ.* e Reg. **) Deinceps post *κατ.* Med. 1. Par. 3. addunt: *εἰς τὸ πραγματικὸν τὸ τοὺς ὅρους ζητεῖν*, sed in Med. 1. haec verba expunguntur lineola rubra, in Med. 2. eadem marg. adscripta sunt. *Θυρέας* l. 4. in Ald. Hopp. scribitur *Θυραίας*, quod *Cas.* in *Θυρέας* mutandum esse monuit in marg. ***) Fr.

P. 177. l. 2. *εἴς πραγματικόν τι καταστρέφον*] Deest verbum †) *εἴη*, opinor: vel legendum *καταστρέφοι*. Cas.

P. 177. l. 7. *ἢ τοῦτο λέγει*] Lege *ἢ τοῦτο λέγει* ††): et cum interrogatione legendum. An, inquit, hoc sibi vult Eratosthenes? *ἢ* accipe ut in problematis Aristotelis. Casaub.

[P] P. 177. l. 13. *δηλονότι* †††) *ἡ κάτω λεγομένη*] Nam

---

*) P. 176. l. 7. *ὅσην ἱκανοὶ ἐπιγράψαι*] Intpp. Pariss. conjecerunt *ὅση ἦν ἱκανὴ ὑπογράψαι*, quod edidit *Cor.* Deinde l. 11. *προεπινοεῖ* Ald. *προϊεπινοεῖ* Hopp. Xyl., unde in *προεπ.* mutavit *Cas.* Med. 1. 2. *προεπινοεῖ*, ut *Cor.* Tum l. 11. mutato ordine *τινὸς αὐτῆς τὸν μερισμὸν* Mosc. Med. 1. Par. 3. 1394. 1408. ac pro *ἐποιεῖτο* Ald. Hopp. Par. 3. *ποιεῖτο*, sed hic corr. *ποιεῖται*, ut *Cor.* vulgavit. Mosc. Par. 1408. 1394. *ποιοῖτο*. Denique l. 14. ante *ὅλως* ignorant *ἡ* Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Mosc. Ven. A. Vet. Intp. Fr.

**) Leg. *πῶς εἰς τι πραγμ. καταστρέφοι*, ut supra p. 174. *οἱ δ' ὁρᾶν φησι, πῶς ἂν εἰς πραγμ. καταστρέφοιτο*; aut recipiendum *καταστρέφειν*, quod tamen e corr. natum videtur. Paetz.

***) *Θυραίων* Par. 1. 2. 3. Bemb. Med. 1. 2. Eton., sed Par. 2. al. m. sup. *Θυρέων*, quod exhibet Esc. *Θυρεῶν* Mosc. Vat. B. *Θυραμῶν* Ven. A. *de Thyrea* Vet. Intp. V. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 251. sq. Fr.

†) Vet. Intp. *converterunt*. *Cor.* edidit *καταστρέφοι*. Deinceps verba *τὸ διαχωρίζειν — πραγματικόν* desunt Par. 3. et in marg. leguntur Med. 2. Fr.

††) *λέγει* Par. 1. Med. 1. 2. Eton. Med. 2. sed hic corr. Ald. *λίγει*. Hopp. *λέγειν*. Probavit — *ει Falc.* et vulgavit *Cor.* Fr.

†††) Par. 1. 3. Med. 1. Esc. Mosc. Tz. *διελόντι*. Compendium vocis *δηλονότι* explicat *Bast.* in Comment. Palaeogr. p. 725. et 804. sq. Fr.

de reliqua Aegypto, quae vocatur ἡ ἄνω, sive superior, dubitandi minor foret causa, cum flumen ipsum ibi distinguat satis inter τὰ τῆς Ἀσίας et τὰ τῆς Λιβύης. Cas.

P. 177. l. 14. Κατάνας δέ τις] Hoc κατάνας mendosum est, et sententia confusa periodi subsequentis. Xyland.

Mirum est, ita legi in omnibus veteribus libris. Nam ita reperit in suis vetus interpres, et ii omnes, quos Ludovicus Budaeus inspexit, ita habebant: neque aliter codices, ex quibus excerptas habuit varias γραφὰς Henricus Stephanus in suo libro: quem ille librum typographo, cui haec nostra jam tradideramus, utendum dedit: nobisque postea non uno loco profuit. Mirum praeterea loquendi genus, κατάνας τὶς τοῦτο φατέον. Nam iste certe Atticismus valde insolens fuerit. Omnino autem, quod ad sententiam horum verborum attinet, puto eam esse hanc, *ut istis omissis dicamus* etc. in ipsis verbis adhuc haereo. *) Casaub.

P. 178. l. 1. καθ' ὃν οὐδὲ τούτου φρονιστέον] Hoc videtur reprehendisse Eratosthenes. Ideo obiter eum perstringit. Casaub.

P. 178. l. 3. μὴ μέχρι τοῦ Ὠκεανοῦ διηκόντων] Nam et Nilus et Tanais fontes suos habent procul ab Oceano, hic arctico, ille notio, sive meridionali. Casaub.

P. 178. l. 4. τὰς μὲν δὴ νήσους ὡς ἀληθῶς ἀπολειπόντων τὰς ἠπείρους] Melius meo judicio vetus interpres **) haec accepit Xylandro. Nam ἀπολειπόντων ad ποταμῶν referendum est: et νήσους quis non videt dici per appositionem, ut loquuntur Grammatici, τὰς ἠπείρους? Sic paullo supra initio hujus sermonis hanc ipsam divisio-

*) *Breq.* nominativum *pendentem* agnoscens conjecit καταφρονήσας. *M.* (V. D. ap. *Falc.*) scribendum esse censet Ἡ γὰρ ἄνω οὐ τοιαύτη δ. τ. σπ. *Penz.* T. I. p. 181. verba Κατάνας — ἠπείρους pro glossemate habet. *Paetz.* corr. κἂν ἐάσῃ δέ τις τ. vel κἂν ἐάσαντες δὲ τ., ut T. III. p. 574. ἀρκτίου — ἐῶντες. Intpp. Parr. ex Herodot. IV, 80. Ὀκταμασάδης καταινέει ταῦτα conjicinnt καταινέσας h. e. *approbans*. *Cor.* edidit καταινέσαντας δὲ τ. δ. Fr.

**) Sic vertit: *cum flumina ipsa ad oceanum usque minime perveniant, et insulas revera delinquant continentes.* Fr.

nem explicans, *τὰς ἠπείρους νήσους ἀποφαίνειν* dixit. *) CASAUB.

P. 178. l. 5. *ἐπὶ τέλει δὲ*] Vox *φησὶ* recte a veteribus libris [Par. 1. 2. 3. Esc. Mosc. Vet. Intp. Omisit etiam *Cor.* et *Breq.*] aberat. Sequitur enim mox, *βέλτιον εἶναι φησίν.* CASAUB.

P. 178. l. 5. *ἐπαινέσας*] Par. 2. al. m. sup. *Ἐρατοσθεν...* Tum pro *παραινοῦντας Ἀλεξάνδρῳ* Epit. habet *συνεβούλευον* et sic pergit: *ὁ δὲ ἀπεκρίνετο ἄμεινον εἶναι — τούτους.* **) FR.

P. 178. l. 7. *τοὺς Ἀλεξάνδρῳ παραινοῦντας*] Is fuit Aristoteles, teste Plutarcho De fortuna Alexandri lib. pr. [T. VII. p. 302. Reisk.] Porro etiam Plato in Politico [ed. Serr. T. I. p. 262. C. D.] divisionem hanc humani generis in Graecos et Barbaros reprehendit. Aristoteles vero quid de ea senserit, non difficile est intelligere ex init. lib. pr. Politicorum. CASAUB.

P. 178. l. 10. *βέλτιον εἶναί φησιν ἀρετῇ καὶ κακίᾳ διαιρεῖν ταῦτα*] Id fecisse Alexandrum scribit Plutarchus [l. l.]: *τὸ δὲ ἑλληνικὸν καὶ βαρβαρικὸν μὴ χλαμύδι, μὴ πέλτῃ, μηδὲ ἀκινάκῃ, μηδὲ πάνδυι διορίζειν, ἀλλὰ τὸ μὲν ἑλληνικὸν ἀρετῇ, τὸ δὲ βαρβαρικὸν κακίᾳ τεκμαίρεσθαι.* CASAUB.

P. 178. l. 14. *διόπερ Ἀλέξανδρον ἀμελήσαντα*] Plutarchus de Alexandro: *Οὐ γὰρ, ὡς Ἀριστοτέλης συνεβού-*

---

*) *Cor.* edidit *διηκόντων, μηδὲ νήσους ὡς ἀλ. ἀπολ. τὰς ἠπ.*, ut Intpp. Parr. fecerunt in vers. *Paetz.* in Not. MSS. vult *τὰς μὲν δὴ μηδὲ νήσους κτλ.*, ut *τὰς μὲν δὴ* separet a *νήσους.* Sed quomodo vel sic, ut idem V. D. sentit, *τὰς μὲν δὴ* ad *ἠπείρους* pertinere queat, fateor me non intelligere. *Breq.* vertit: *quia fluvii, etsi non usque ad oceanum pertingant, continentes tamen, ut veras insulas, disterminant.* FR.

**) *Ἀρσιανοὺς* mutat Par. 1. in *Ἀριανοὺς*, ut *Cor.* scripsit, assentientibus Intpp. Parr. Hi tamen contra e Strab. L. II. T. I. p. 346. *χώρα συχνὴ, φανέλως οἰκουμένη διὰ λυπρότητα ὑπ' ἀνθρώπων τελέως βαρβάρων, οὐχ ὁμοεθνῶν, καλοῦσι δ' Ἀριανοὺς* — concludunt, legendum esse *Ἀρείους*, vel, quoniam hi non satis clarum habuissent nomen, *ἀσιείους καὶ ἀρσίους, καθάπερ Ἰνδούς. Ἔτι δὲ κτλ.* ex Epit. Hic vero sic: *εἶναι γὰρ Ἰνδοὺς καὶ ἀρείους καὶ Ῥωμαίους καὶ Καρχηδονίους ἀριστοκρατουμένους καὶ καλῶς πολιτευομένους. Ἀθηναίους δὲ οὐχ οὕτως.* Par. 1393. *πολιτευσαμένους*, quod sponte corruit. FR.

αὐτῷ, τοῖς μὲν Ἕλλησιν ἡγεμονικῶς, τοῖς δὲ βαρβάροις δεσποτικῶς χρώμενον, καὶ τῶν μὲν, ὡς φίλων καὶ οἰκείων, ἐπιμελουμένου, τοῖς δὲ, ὡς ζώοις ἢ φυτοῖς, προσφέροντος etc. Plane idem sentit Plutarchus cum Eratosthene, quem reprehendit Strabo. CASAUB.

P. 178. l. 16. Ὥσπερ δὲ ἄλλο τι] Negat intellexisse Eratosthenem, ecquos Graecos et Barbaros appellarent, qui hujus consilii Alexandro auctores fuere. CASAUB.

IS. CASAUBONI

COMMENTARIUS

IN

STRABONEM

CUM NOTIS INTEGRIS

G. XYLANDRI, F. MORELLII, J. PALMERII

AC SELECTIS

P. MERULAE, J. MEURSII, PH. CLUVERII,
L. HOLSTENII, CL. SALMASII, S. BOCHARTI,
IS. VOSSII, EZ. SPANHEMII, CH. CELLARII,
J. ALMELOVEENII, J. BREQUIGNYI,
D. CORAYI, DUTHEILII, GOSSELLINI,
TH. FALCONERI,

QUIBUS

ACCEDUNT ANIMADVERSIONES

CAROL. HENR. TZSCHUCKII

ALIORUMQUE VIRORUM DOCTORUM.

LIBER SECUNDUS.

IS. CASAUBONI
SYNOPSIS
LIBRI SECUNDI.

Ex libro III. Geogr. Eratosthenis desumta quaedam examinantur: ac partim adversus iniquas Hipparchi reprehensiones, quas ille tribus libris erat complexus, defenduntur: partim emendantur corrigunturque. Quaestio praecipua est, An recte Eratosthenes veterum τὸν τῆς οἰκουμένης πίνακα emendaverit, et quam recte novum ipse edere instituerit. Post Eratosthenem et Hipparchum Posidonius sequitur, cujus aliquot ἀποφάσεις ex ipsius scriptis De Oceano expenduntur: hunc Polybius sequitur, ex cujus libris carptim quaedam proferuntur et examinantur. Restat TERTIA pars horum librorum, quae Geographiae καθολικὴν ὑποτύπωσιν continet. De iis quae Geographus debet ὑποθέσθαι: deque principiis Geographiae, ac varia describendae τῆς οἰκουμένης ratione. Brevis maris mediterranei περιήγησις: itemque Europae, Asiae, et Africae. De climatibus τῆς οἰκουμένης brevis tractatio, qua singulorum ἰδιώματα explicantur.

P. 180. l. 1. *προβαλλ.*] Ald. *προσβ.* Ad v. *εἴρηται* in marg. Alm. *γρ. ἢ διήρηται*, quod Mosc. Vet. Intp. et Breq. in ipso textu habent. Tum pro *καὶ διαγέγ.* Alm. Hopp. Ven. A. Breq. *ἢ διαγ.* Fr.

P. 181. l. 1. *Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῶν γεωγραφικῶν*] Pergit Strabo inquirere in libros Geographicos Eratosthenis: mox ad aliorum scripta stylum conversurus, ut initio libri primi docuimus: ubi quum satis explicata sit a nobis *τάξις* et series horum duorum librorum, non repetemus, quae ibi diximus. Cum igitur veterum *πίναξ γεωγραφικὸν* libro tertio emendasset Eratosthenes, novumque ipse proposuisset, Strabo hujus libri initio Eratosthenicas reprehensiones antiqui *πίνακος* adversus Hipparchum tuetur: quem autem Eratosthenes instituerat *πίνακα*, leviter reprehendit. Porro quum in librum priorem et qui hunc sequuntur, pleniores, Lector, Commentarios tibi offeramus: in hunc tamen Notas nunc edere coacti sumus temporum injuria et calamitate, in quae incidit nostra haec editio. Nam etsi affectum domi habebamus, ut in alios libros, ita in hunc quoque, qui omnium maxime nos exercuit, Commentarium: tamen, quia in quibusdam nondum nobis satisfaciebamus, eratque otio ac tempore nobis opus, ut de iis attentius meditaremur, maluimus differre editionem eorum, quae erant a nobis jam scripta, quam temere quicquam nunc publicare. Adde, quod tanta festinatione haec nobis fuere edenda, ut *τύπους*, quibus opus erat ad hujus libri explicationem, curare conficiendos non possemus. Speramus autem, Deum Optimum Maximum, ad cujus gloriam labores omnes nostros dirigimus, nostris studiis ita deinceps benedicturum, ut, quae hactenus et in hunc librum et in auctores alios non paucos nobis commentati sumus, [P] ea commodius aliquando edere possimus. Sane quid praestare potuerimus, si tempus non defuisset et otium, aequus Lector ex locorum plu-

rimorum castigatione, ubi interpretes nihil plane viderant, facile, ut spero, conjiciet. CASAUB.

Vid. de seqq. *Seidel.* in Eratosth. Fragm. p. 96. sqq. FR.

P. 182. l. 1. *καὶ τῶν μεσημβρινῶν ἄκρων τῆς τε Πελοποννήσου καὶ τῆς Ἀττικῆς*] Intelligit duo promontoria, Sunium et Maleam: quae promontoria ait Geographus paullo post aequis fere spatiis in mare prominere, aut paullo esse *μεσημβρινώτερον* Maleam, quam Sunium. Atque haec fuit Eratosthenis et Strabonis sententia: quam vera, apparet ex Ptolemaei et recentiorum tabulis. *) CASAUB.

P. 182. l. 8. *τὸν γὰρ Ταῦρον ἐπ' εὐθείας*] Malim *ἐπ' εὐθείαις*, ut alibi loqui suevit. **) CASAUB.

P. 182. l. 16. *τὰ ἑωθινὰ μέρη τῶν ὁρῶν*] Emendaveram ex conjectura *ὁρῶν*. ***) postea autem animadverti, veterem quoque interpretem in suis libris hanc lectionem reperisse: vertit enim *montium*, non *finium*. Quare omnino *ὁρῶν* legendum, non *ὅρων*. †) CASAUB.

P. 183. l. 1. *συνεπισπᾶσθαι δέ*] Vett. codd. *συνεσπᾶσθαι*. quod malo. ††) CASAUB.

P. 183. l. 10. *Ἀλλὰ μὴν*] *καὶ τὰ* legendum duxi, pro quo erat *τὸν*. †††) Et pro *Ἀμινσοῦ* reposui *Ἀμισοῦ*, tametsi ita identidem scriberetur. XYLAND.

---

*) P. 182. l. 6. Edd., praeter Xyl. Sieb. Cor., omnes *τετάσθαι*, non *τετᾶσθαι*. FR.

**) Ita Vet. Intp. Sic correxit etiam L. XIV. *Tzsch.* T. V. p. 653. et L. IV. T. II. p. 47. pro *ἐπ' εὐθ.* codd. quidam eodem vitio *ἀπ' εὐθ.* Atque sic fere semper; quanquam Diodor. Sic. XVIII, 5. et Plutarch. T. IX. p. 542. ed. Reisk. *κατ' εὐθεῖαν* et *κατ' εὐθείας*. FR.

***) Sic Par. 2. 1393. 1394., *ὁρῶν* Vat. B. Ex Reg. *Breq. ὁρῶν* receperat, quem *Cor.* etiam sequitur. Nihil in Strabone hac confusione frequentius: v. *Tzschuck.* ad T. II. p. 432. T. IV. p. 591. T. V. p. 653. 660. T. VI. p. 518. 649. *Schaef.* ad Long. Past. p. 365. FR.

†) De Patroclis mensura Indiae cf. *Gossellin.* in Recherches etc. T. III. p. 182. FR.

††) Ita Par. 2. Eton. Esc. Mosc. probante *Villebr.* Sed *Cor.* dedit *συνεπεσπᾶσθαι*. Tum *δὴ καὶ* Med. 2. et pro *γεν.* Med. 1. 2. Par. 1. 2. 3. *γενομ.*, quod recepit *Cor.*, qui l. 3. *Πίστιν — μίαν μὲν ταύτην* vulgavit pro *τοιαύτην*, ut l. 15. *Ἄλλην δὲ πίστιν φέρει τοιαύτην*. FR.

†††) Hoc retinent Par. 2. 3. Esc. Mosc. Sed Edd. Xyl. secuti sunt.

P. 184. l. 1. τοὺς περὶ Ἀμισὸν] Ita [Ἀμινσὸν] [illegible]: nec aliter vetus interpres, qui scriptos co[illegible] est. Apud Dionem quoque aliosque hi[illegible] Graecos Ἀμινσὸς legitur pro Ἀμισός. Itaque de[illegible], Aldi lectionem ubique retinere: verum di[illegible] postea ex eo codice, quem instructissima soceri [illegible] Stephani bibliotheca mihi suppeditavit, in libris [illegible] melioris notae Ἀμισὸς, non Ἀμινσὸς legi; id[illegible] postea sum secutus. Non est autem dubium, cor[illegible] fuisse vocem a librariis, qui scirent, sua aetate sic appellari eam urbem, Aminsum inquam, non, ut olim, Amisum. Ita enim in recentiorum Graecorum historiis appellatam reperies. *) Casaub.

P. 184. l. 4. Ἡ ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν θάλατταν ὑπέρθεσις] Legi, non ὑπὸ, sed ἐπὶ, secutus locum qui paulo post sequitur, ubi hoc ipsum vocatur ἡ ἐπὶ τὴν Κασπίαν ὑπέρβασις. intelligo autem iter a Colchide ad Hyrcanum mare, quo superandi sunt montes Moschici. et sic cum hoc in libro, tum alias utitur hac voce Strabo. Xyland.

Legebatur vulgo ὑπό. quod mutandum fuisse in ἐπὶ et ratio docet, et alii multi hujus auctoris loci. **) Ὑπέρθεσις autem et ὑπέρβασις voces sunt geographicae Straboni familiares. Paullo post [p. 190.] ὡσαύτως καὶ ἡ ἐπὶ τὴν Κασπίαν ὑπέρβασις. ***) Casaub.

P. 184. l. 10. μυρίων καὶ ὀκτακισχιλίων] *Gossell.* ad

Med. 2. τὸ διὰ *M.* Tum l. 11. Vat. B. Mosc. Par. 3. τοσοῦτο pro τοσοῦτον. Fr.

*) Ἀμισὸν Par. 1. 2. 3. Med. 1. Eton. Mosc. Vat. A. Neque aliter numi. V. *Rasch.* Lex. Num. Vet. T. I. p. 517. sqq. V. *Tzschuck.* ad Mel. I, 19, 9. p. 596. not. exeg. Fr.

**) V. Larcher. ad Herodot. I, 1. T. I. p. 166. sq. Tzsch.

***) Vet. Intp. *sub Hyrc. m.* L. II. T. I. p. 194. τῆς εἰς Βακτρίους ὑπερθέσεως. p. 195. τῇ εἰς Ἰνδοὺς ὑπερθέσει. L. XIII. T. V. p. 494. τῆς εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ Ταύρου ὑπερθέσεως. L. XIV. T. V. p. 631. τὴν ὑπέρθεσιν τὴν ἐξ Ἀλαβάνδων εἰς τὰ Μύλασα. Tum Mosc. post ἔπειτα inserit δ' ante ἡ, quo minime opus, quanquam in ea re minus recte olim statuerunt *Valcken.* ad Ammon. p. 6. *Schneid.* ad Xen. Memor. III, 11, 14. ab *Heind.* nunc demum in ed. a. 1816. ab errore revocatus, *Schaef.* ad Long. Past. p. 330., ubi eum invitum nimis secure secutus est *Passow.* Rectius idem in Melet. Crit. Sp. I. p. 61. *Reisk.* ad Polyb. II, 39. T. V. p. 436. ed. Schwgh. *Wolf.* ad Demosth. Lept. p. 349. Heindorf. ad Plat. Phaedon. p. 133. *Werfer.* in Actis Phil. Monac. T. I. p. 251. sqq. Fr.

h. l. 18100 st. legendum esse censet, suis scilicet rationibus usus. *) Fr.

P. 185. l. 1. *Μεγασθένους*] *Ἀντισθ.* e corr. Med. 2. Tum *Cor.* *Τεύτους τε δὴ* pro *Τ. γε δὴ*, et Med. 2. l. 5. *δέ που* pro *δήπου*. Fr.

P. 185. l. 6. *παρέντας τοσοῦτον* **) *ἐπιμαρτυροῦντας αὐτῷ*] Lege cum vetere interprete [*eos omittendo, qui eidem tantum attestantur*], *παρέντας τοὺς τοσοῦτον ἐπιμαρτυροῦντας αὐτῷ*. Sensus est, non aequum fuisse, ut Eratosthenes unum Patroclem sequeretur, iis valere jussis ac contemptis, qui cum Hipparcho sentirent. Hic est sensus istius lectionis: quam non ausim praestare sinceram. Ac fortasse ita potius est legendum: *παρέντας τοὺς ἐπὶ τοσοῦτον ἀντιμαρτυροῦντας αὐτῷ*. [Sic *Cor.*] quae lectio plana est. ***) Casaub.

P. 186. l. 9. *βιβλιοθήκην* †) *ἔχων*] Cf. Bonamy sur la bibl. d'Alexandrie in Mémoires de l'ac. de Paris. T. 13. p. 626. ed. Haag. Tzsch.

[¶] P. 186. l. 12. *τῶν βασιλέων τῶν πεπιστευκότων αὐτῷ τηλικαύτην ἀρχήν*] Reges intelligit Seleucum et Antiochum. Plinius lib. VI. cap. 17. *Etenim patefacta est non modo Alexandri magni armis, regumque, qui ei successere, circumvectis etiam in Hyrcanum mare et Caspium Seleuco et Antiocho, praefectoque classis eorum Patrocle.* ††) Casaub.

---

*) Deinceps Med. 2. *ὅσον καὶ* pro *ὅσος καὶ* et e corr. *ὅσην καί*; idemque l. 13. *μερῶν* pro *ὁρῶν*. Idem l. 15. post *Πατροκλέα* in marg. et Vat. B. in textu habent haec: *εἶναι μᾶλλον πιστεύεσθαι δίκαιον διά τε τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ μὴ ἰδιώτην εἶναι τῶν γεωγραφικῶν*. Quae verba fide digna putat *Falc.*, sed petita sunt aperte ex p. 183, 8. Denique l. 17. pro *δυοῖν* Par. 1. 2. 3. Med. 1. Mosc. *δυεῖν*, receptum a *Cor.* V. supra T. VII. p. 182. Fr.

**) Hic Par. 1. 2. puncta in marg. habet. *Villebr.* *τοσούτους* legendum esse censet. Tum Par. 1. Vat. A. *παρ' αὐτῷ τούτῳ*. Vet. Intp. *in hoc ipso*, qui l. 12. *αὐτόν* per *se ipsum* vertit. Mosc. Esc. Eton. l. 14. *τίνες δ' ἦ οἱ τὸ ἀ. M.* pro *τ. δ' οἱ τ. ἀ. M.* Mox *οἱ* post *ἦ* Mosc. Tz. Par. 3. Med. 1. 2. Fr.

***) P. 185. l. 17. *τὸ αὐτὸ τοῦτο λέγοντες*] *τούτῳ* Par. 1. 2. Mosc. Vet. Intp. Ita vulgavit *Cor.* Ibid. l. 9. Med. 2. e corr. *ἀποροῖ*. Fr.

†) Ibid. *Cor.* *ἠπόρει* ex conj. *Cas.* dedit et antea l. 7. *καὶ* post *ὡς* asteriscis circumsepsit et l. 15. *τῶν* cum eodem inseruit. Fr.

††) V. Polit. in Animadvv. ad Eustath. in Dionys. c. 8. p. 140. sqq. Tzsch.

P. 186. l. 14. *ὡς αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος καὶ ονομάζει*] Scribendum *ὧν αὐτὸς*. *) *ὧν καὶ ονομάζει*, purus putus *ἑλληνισμὸς*, etiam pueris notus. CASAUB.

P. 187. l. 2. *Ἀλέξανδρον ἀκριβῶσαι*] V. Fabric. Bibl. Gr. T. 3. p. 29. **) TZSCH.

P. 187. l. 10. *τοῦ μὲν Μεγασθένους λέγοντος σταδίων μυρίων πεντακισχιλίων*] Falsa lectio. Megasthenes enim Indiae latitudinem, quae illi erat ab ortu ad occasum, ubi esset angustissima, stadiorum esse ajebat CCIↃↃ IↃↃCIↃ. Arrianus (Rer. Indic. Lib. init.) *Καὶ λέγει Μεγασθένης μυρίων καὶ ἑξακισχιλίων σταδίων εἶναι, ἵνα περ τὸ βραχύτατον αὐτοῦ.* quem Arriani locum ejus interpres mire perturbavit, quod ille de latitudine dicebat, de longitudine accipiens, crasso admodum errore. Vide Strabonem lib. xv. [T. VI. p. 20.] Legendum ergo *ἑξακισχιλίων* ***), non *πεντακισχιλίων*, hoc est ,ς, non ,ε. CASAUB.

P. 187. l. 12. *ἀπὸ γάρ τινος ἀναγραφῆς σταθμῶν*] De his plura lib. xv. Est autem antiquissimum institutum *ἡ τῶν σταθμῶν ἀναγραφή*, hoc est, mansionum descriptio sive annotatio. Habemus apud Herodotum Terpsichore [V, 52. ubi v. Intpp.] accuratam mansionum omnium enumerationem, ab ora maritima minoris Asiae ad regiam usque Persarum. Latini *σταθμῶν ἀναγραφὰς Itineraria* appellant. †) *σταθμοὺς* autem *mansiones* a manendo, ut Graeca vox *ἀπὸ τοῦ ἵστασθαι*. Eustathius [ad Hom. Il. *E*, 140. p. 531, 21. Rom.] *σταθμοὺς* interpretatur *ἀλλαγάς*: qua voce Graeci Jurisconsulti et historici mansiones exprimunt. CASAUB.

P. 187. l. 13. *τοῖς μὲν ἀπιστεῖν* ††)] Xylander hic

---

*) Intpp. Pariss. et Cor. legerunt *οὗς*. FR.

**) P. 187. l. 7. *Ἐτι*] *ὅτι* Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Vet. Intp. Solennis confusio. V. *Schaef.* Melet. Crit. Sp. I. p. 92. et ad Greg. Cor. p. 484. *Jacobs.* ad Anth. Palat. T. III. p. 58. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 118. Tum Par. 3. Med. 1. 2. *Ἐρατοσθένην* pro — *θένη*. FR.

***) Ita dederunt Breq. Cor. et Intpp. Par. ex quibus *Gossell.* adeo censet, 26,000 st. h. l. rescribenda esse, ad h. l. et in Recherches T. III. p. 175. FR.

Cum *Cas.* facit Heeren de Graecorum de India not. in Comment. Gotting. Vol. 10. p. 154. TZSCH.

†) V. *Wessel.* in praef. ad Anton. Itiner. et *Ukert.* in lib. *Ueb. d. Stad. d. Alt.* FR.

††) Par. 1. Eton. *ἀπειθεῖν*. FR.

non egit interpretem. Dicebat Eratosthenes, se neque Patroclis neque Megasthenis auctoritatem sequi, sed illam potius σταθμῶν ἀναγραφὴν, quam probabat. Ergo τοῖς μὲν, scilicet Patrocli et Megastheni, quorum neutri fidem hac in parte habebat: nam quod idem cum Megasthene dixerat, id vero non fecerat ejus auctoritatem secutus: sed quia ita contigerat, ut Megastheni hac in parte cum Itinerario illo conveniret. CASAUB.

Ἐκείνῃ δὲ προσέχειν] τῇ ἀναγραφῇ τῶν σταθμῶν. CAS.

[P] P. 187. l. 16. παρὰ ὀκτωκ.] Ald. Hopp. Xyl. περὶ. „περὶ male" *Marg. Cas. circa* Vet. Intp. περὶ Med. 2. et e corr. Med. 1. Codd. omnes παρά. FR.

P. 188. l. 4. Οὐ ψιλὴν διαφωνίαν] Noster codex [Hopp.] habebat ὑψηλὴν. nimirum hoc erat emendare Aldinam lectionem, quae habet ὑψιλὴν. *) unde colligendum potius erat id, quod non primi nos deprehendimus ac restituimus, sed ne veterem quidem interpretem fefellit. **) XYLAND.

P. 188. l. 17. οἱ περὶ τῆς Ἰνδικῆς γράψαντες] Adde his eos, qui de rebus gestis Alexandri scripserunt, quos omnes mendacissimos fuisse certissimum est ***): praeter Ptolemaeum et Aristobulum, ait Arrianus. Plinium vero, qui istiusmodi μυθογράφους, tanquam scriptores, de quorum fide non dubitetur, saepe sequitur, nemo recte excusarit. CASAUB.

P. 189. l. 2. Μεγασθένης, Ὀνησίκριτός †) τε καὶ *N.*] δὲ *N.* Med. 1. 2. Par. 1393. 1594. 1595. 1596. 1597. Ald. Hopp. Vet. Intp. Primus mutavit *Xyl.* Vet. lectionem retinere malint Intpp. Parr. post *Μεγ.* distinctius interpungentes, et παραψελλίζοντες in — ἴζουσιν mutantes. *Cor.* habet τε, sed puncto post παραψελλίζοντες posito pergit Ἤδη δὲ καὶ ἡμ. ὑπ. Tum l. 7. ἄρινας Med. 1. 2., sed 2. post. corr. FR.

---

*) De confusione ὑψηλὸς et ψιλὸς v. *Jacobs.* ad Anth. Pal. T. III. p. 285. *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 310. FR.

**) Mosc. Paris. l. 2. ordine inverso διαφ. σταδ. Hic l. 7. τὸ αὐτὸ pro τῷ αὐτῷ, et l. 9. Med. 2. Ἰνδ. δὴ. Vet. Intp. *enim.* Denique l. 17. μὲν post Ἅπαντες ignorat Ven. A. FR.

***) Suo tamen modo defendit eos *Gossell.* in Recherch. T. III. p. 173. sqq. ex varia mensurarum longitudine ac stadiorum diversitate. FR.

†) Ed. Alm. Ὀνησίκρητος. Hoc nomen saepe in libris depravatum. V. Gronov. ad Arrian. p. 237. not. 6. BREQ.

P. 189. l. 9. ἀνεκαίνισαν δὲ καὶ τὴν ὁμηρικὴν] ἐγκαινίζειν *) non est immutare, sed renovare, et fugientem alicujus rei memoriam revocare. Inde ἐγκαίνια, festum Judaeorum, dicta, ut quidam putant. Isti igitur fabulam Homericam de Pygmaeis et eorum praeliis cum gruibus, quae omnia jam pro fabulosis habebantur, innovarunt et restaurarunt. Sic nostra aetate non desunt, qui eandem de Pygmaeis lepidam fabellam renovent, et qui etiam e sacris literis, si Deo placet, fidem illi conentur astruere. Legi etiam Bergaei cujusdam Galli scripta, qui se vidisse diceret. *At non ego credulus illi.* Illi inquam, omnium bipedum mendacissimo. Casaub.

P. 189. l. 12. Σφηνοκεφάλους **)] Ludolf. in hist. Aethiop. num. 90. in comment. ad L. I. c. 12. legit Πτηνοκεφάλους. Tzsch.

P. 189. l. 13. ὄφεις τε, καὶ βοῦς καὶ ἐλάφους σὺν κέρασι καταπίνοντας] Melius hunc locum accepit vetus interpres, quam Xylander. Non enim Strabo commemorare voluit Panes, qui devorarent serpentes et boves: sed serpentes tanta magnitudine, ut boves ac cervos possent deglutire. ***) Plinius lib. VIII. cap. 14. *Megasthenes scribit, in India serpentes in tantam magnitudinem adolescere, ut solidos hauriant cervos taurosque.* Meminit et Strabo alibi. Casaub.

P. 189. l. 16. πρὸς Ἀνδρόκοττον] Lib. XVI. [T. VI. p. 81. ubi cf. not. 110.] Σανδρόκοττον vocat. Eadem scripturae varietas apud Plutarchum [c. 62.], Justinum [15, 4, 15.], et alios, qua de re ad lib. pr. diximus. Apud Athenaeum lib. pr. (c. 15.) Σανδρόκυπτος perperam pro Σανδρόκοττος legitur. †) Casaub.

---

*) Sed ἀνεκαίνισαν, quod *Breq. Sieb.* et *Cor.* reposuerunt, confirmant Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Mosc. Res ab Homero narratur Il. γ. in. Fr.

**) Hic puncto distinguunt Par. 1. 2., probante *Villebr.* Verum *Cor.*, omisso καὶ post ὄφεις τε, omnia jungere sibi videtur. Sed nihil necesse erat καὶ omittere. Tum χρυσορύχους Ald. Hopp. Deinde Παλίμβοθρα Eton. Esc. Mosc. Vat. A. B. Vet. Intp. — εθρα Med. 2. e corr. — οτρα ed. Alm. V. *Tzschuck.* ad Strab. T. VI. p. 24. Post *Μεγ.* habet φησὶ Med. 1. e corr. Fr.

***) Intpp. Parr. serpentem *Boa* innui putant. Fr.

†) Ἀνδρόκοτον Par. 1. 3. Ald. Hopp. Vet. Intp. Σανδρόκοττον *Cor.* Fr.

V. Havercamp. ad Oros. 3, 23. Tzsch.

P. 190. l. 4. *Εἰ γὰρ*] Multa *Penzelio* h. l. deesse videntur, Hipparchi sententiam continentia, *Breq.* pro scholio habet. Ad superiora pertinere arbitrantur Intpp. Parr. Fr.

[?] P. 190. l. 14. *ἐναργεια*] Sic [*evidentia*] legit etiam interpres, non *ἐνέργεια*, quod huc non facit. *) Loquitur autem de instrumentis geodaeticis. Xyland.

P. 191. l. 2. *"Ωστ' οὐδ' ἐκεῖνος εὖ λέγει τὸ*] Verba haec ita puto legi debere: *"Ωστ' οὐδ' ἐκεῖνος εὖ λέγει* (aut *εὐλογεῖ*, quod tamen idem significare oportebit, et exemplo probare nullo possum) *τὸ*. atque hoc *τὸ* refertur ad ea quae inferuntur, *οὐδ' εἰ ἐπὶ παραλλ.* Non sequitur (inquit) nos, quia haec nesciamus, ideo etiam ignorare lineam parallelum esse etc. *πρόσχια* mendum erat illustre, pro *πρὸς σκιάν*. Xyland.

Etiam in vett. codd. ita legebatur vel *εὐλογεῖ*. Legendum tamen censeo *οὐδ' ἐκεῖνος εὖ λέγοιτο*: vel *εὖ λέγει τό*. Vox *ἐκεῖνος*, cum de eodem sit sermo, videtur huic loco minus convenire. **) Casaub.

P. 191. l. 8. *Πρῶτον μὲν γὰρ* ***)] Vide hominis acumen. Hipparchus dicit, se non habere, quid certi pronuntiet de latere Indiae septentrionali: idem tamen habet de eo, quod pronuntiet adversum Eratosthenem: nam ejus assertionem damnat, et veteribus potius assentitur. Ergo Hipparchus, quod de Indiae latere septentrionali dicat, habet et non habet. Nam si vim hujus argumentationis expendas, videbis, eo necessario adigi Hipparchum. Sed nimis argutatur Strabo: idque more suorum, hoc est Stoïcae gentis: quorum in disputando

---

*) Par. 1. Med. 1. 2. ex errore, ut putat *Vill.* Eadem confusio supra T. VII. p. 283. sq. Tum l. 15. Cor. pro *ὁ αὐτὸς Ἵππ.* dedit *αὐτὸς ὁ Ἵππ.* Fr.

**) Scaliger l. l. conj. *ὥστ' οὐδ' ἐκεῖνο εὖ λέγοιτο, ἐπ.* Tzsch. Par. 1. Eton. *εὐλογεῖ τὸ*. Vet. Intp. *bene dicat*. Cor. dedit *ἐκεῖνο εὖ λέγει, ἐπ.* Intpp. Parr. conjiciunt *οὐδ' ἂν ἐκείνως εὖ λέγοιτο*. Tum l. 5. *παροφείᾳ* Par. 1. 2. Cor. *παρωφείᾳ* Mosc. et antea pro *πρὸς σκιὰν* Ald. Hopp. Mosc. *adumbrationes* Vet. Intp. Deinde l. 6. pro *λόξωσις* Med. 1. *λόξης*, Paris. *λόξεσ.* et l. 7. Mosc. Vet. Intp. *ἐὰν* pro *ἐᾶν* et Eton. *γραμμὴν* pro *λοξὴν*. Tum *Cor. φαλάξαντες*, adsentiente Mosc. Tz., pro *φολάξαντες*. Fr.

***) Sequens *ὅτι* deest Par. 1. 2. 3. Med. 1. Eton. Mosc. probante *Vill.* Serius add. in Par. 2. Med. 2. Omissa vox a *Breq.* et *Cor.* Fr.

erat fere haec ratio, ut ex Ciceronis et Senecae locis infinitis satis constat. Respondeat igitur Hipparchus Straboni, Se nec veterum descriptionem probare, nec Eratosthenicam emendationem, et omnino, quid certi super hoc sit statuendum, non habere: in hoc tamen dubio, ut Jurisconsultorum formula utar, putare se, possidentis meliorem esse debere conditionem: hoc est, in receptis et antiquis πίναξι nihil esse mutandum, tantisper dum certius aliquid de ea re fuerit compertum. Non habet ergo, quod verum esse pronuntiet: habet, quo falsitatem redarguat. CASAUB.

P. 191. l. 9. *οὐδ' ἐτέρωσε*] *οὐδετέρωσε* Par. 1. 2. Vet. Intp. Cor. FR.

P. 191. l. 10. *ἐᾶν δὲ κελεύων*] Diu me hic locus torsit, ita scriptus: *ἐὰν δὲ κελεύων ὡς οἱ ἀρχαῖοι ἐκεῖσε ῥέπειν.* tamen non dubito, me eum restituisse pristinae integritati. Hoc enim vult, eos qui probabiles ab antiquis dissentiendi causas habent, in iis quae prorsus comperta non sunt, ac de quibus pronuntiare non habent, liberos adhuc esse, qui autem omnino se antiquis addicunt, eos adstrictos esse in ea parte. XYLAND.

Feliciter hunc locum emendavit Xylander: vellem pari felicitate eum explicuisset. Sensus est, Hipparchum professum se *ἐπέχειν*, deinde autem jubentem *ἐᾶν ὡς οἱ ἀρχαῖοι* deprehendi [?] contrarium facere ejus, quod erat professus. Nam qui jubet nos sequi veteres, is non *ἐπέχει* *), sed veteribus potius assentitur. Similis omnino erat Platonis adversus *ἐφεκτικοὺς* disputatio. Nam cum illi dicerent, omnibus in rebus oportere *ἐπέχειν*, ita Plato eos interrogavit. *Κατελάβετε ὅτι ἐστὶν ἀκαταληψία* an non? si *κατελάβετε*, ergo non est *ἀκαταληψία*: si non *κατελάβετε*, ergo vobis credendum non est. **) CASAUB.

P. 191. l. 11. *μᾶλλον δὲ ἂν τἀκόλουθον*] Si nihil in veterum descriptione innovandum est, ut censet Hipparchus, nisi prius singulorum locorum longitudines et

*) Dogma philosophicum est *τὸ μὴ ἔχειν ταὐτὸν τῷ ἐπέχειν*. V. Cic. Acad. Qu. II, 18. FALC.

**) Par. 1. Eton. Mosc. Ald. *ἐὰν* pro *ἐᾶν*. Sed Par. 1394. *ὁ δὲ κελ.*, ut Vet. Intp. Tum *ῥέπειν* Med. 1. 2. Vat. A. B. Ven. A. Par. 1394. Ald. Hopp. pro *ῥέπει*, quod Xyl. induxit, rell. servarunt. Vocis *ῥέπειν* usum pluribus illustrat *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. VI. p. 17. FR.

latitudines exacte fuerint cognitae, sequitur hinc, ait Strabo, Geographiae studia esse omittenda, quum paucissimorum locorum θέσεις illa ratione adhuc exploratae fuerint. Respondeat hic quoque Hipparchus: non sequi ex hac sua ἀποφάσει, omittenda prorsus esse Geographiae studia, sed hoc potius: ea tantum in veterum πίναξιν esse mutanda, quae isto modo fuerint exploratae: in reliquis putare se nihil esse temere mutandum. Atque hac cautione usus erat Hipparchus in Geographicis suis: neque enim omnium locorum longitudines et latitudines annotaverat, quod postea conatus est Ptolemaeus praestare: sed paucorum tantum. Ptolemaeus [L. I. c. 4.]: μόνος ὁ Ἵππαρχος ἐπ' ὀλίγων πόλεων ὡς πρὸς τοσοῦτον πλῆθος τῶν κατατασσομένων ἐν τῇ γεωγραφίᾳ ἐξάρματα τοῦ βορείου πόλου παρέδωκεν ἡμῖν, καὶ τὰς ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς κειμένας παραλλήλους οἰκήσεις. Atque Hipparchus quidem hac cautione usus erat: quem secutus est Marinus: verum hic tanto hac parte audentior, quanto ille cautior, pleraque in Geographia pro veris falsa tradidit. Marinum Ptolemaeus secutus est: qui etsi divina propemodum industria, labore sane incomparabili Marini errores correxit ac totius οἰκουμένης descriptionem proposuit, tamen et ipse, quam prudens fuerit hoc Hipparchi consilium, testis possit esse optimus. Casaub.

P. 191. l. 15. Τίς δ' ἂν ἡγήσαιτο] Nemo sane, qui Ptolemaeum audiat, cujus super hoc consilium et sententiam vide γεωγρ. lib. pr. cap. quint. *) Casaub.

P. 192. l. 1. ὅσα οὐ διαβέβληκεν Ἐρατοσθένης] Lege, ὅσα οὖν. **) Nihil certius, quam ita scripsisse Strabonem. Vulgata lectio inepta et ridicula est. ***) Similis menda apud philosophum Problemat. I. 5. ubi legendum, διὰ τοῦτο οὖν δοκοῦσι καὶ οἱ βόες οἱ ἐκτομίαι μεγάλα τὰ κέρατα ἔχειν. Vulgo διὰ τοῦτο οὐ δ. falsissime. †) Casaub.

---

*) Par. 1. 2. Mosc. Stroz. Bemb. ἀστέρων l. 16. pro ὕστερον, quod in Par. 1. supr. ab ead. m. Fr.

**) Sic sentit *Paetz.* in Not. MSS. et *Breq.*, qui tamen vulg. movere religioni sibi duxit. In Med. 1. οὐ expungitur. Contra *Cor.* dedit οὖν, ut Intpp. Pariss. etiam suspicati sunt, quemadmodum infra p. 205. οὐδένες πάλιν οὐκ οὖ ὁ Ἵππαρχος. Fr.

***) Eandem confusionem v. ap. Jacobs. ad Anth. Pal. T. III. p. 741. Fr.

†) P. 192. l. 4. οὐ νοεῖ] μὴ ν. Par. 1. 2. 3. Med. 1. Etym. Eso. Mosc. Ven. A. Vat. B. MSS. Cas. Recepit *Coray* et antea ta-

P. 192. l. 16. *τρισχιλίους ἑπτακοσίους*] *Gossell.* ad h. l. et in Recherches T. I. p. 27. pro 3700 st. malit 5800 st. *) Fr.

P. 194. l. 8. *ἐμπόρια*] *ἐμπορεῖα* Esc. Mosc. Par. 2., sed hic al. m. sup. — *ὅρια*.**) Tum l. 9. Esc. Mosc. *Ταύτῃ δὲ* pro *Τ. δὴ*, et l. 12. pro *ἀπὸ τοῦ ὄρου* Mosc. Tz. Med. 1. 2. Par. 3. Ald. Hopp. *τοῦ ὄρους*, sed Med. 2. *τῶν ὀρῶν* e corr. et hoc in textu posuit *Cor.* Denique l. 18. Par. 1. 2. 5. Med. 1. Mosc. Tz. *πάντα ταῦτα τὰ ἔθνη* pro *πάντα τὰ ἔθνη ταῦτα*. Haec ordinis inversio placet *Villeb.* ***) Fr.

[¶] P. 195. l. 8. *Ἐν μέν γε τῇ Ἰρκανίᾳ*] Adi librum XI. [T. IV. p. 462.] ubi totidem verbis haec eadem narrantur. †) Casaub.

P. 195. l. 11. *ἐκπεσόντος καρποῦ*] Haec pluribus verbis reddidisse videtur Eustath. ad Odyss. 9, 109. p. 540, 50. ††) Tzsch.

---

cite *Breq.* Utrumque vides confusum ap. *Schaef.* in Melet. Cr. Sp. I. p. 108. *Porson.* ad Eurip. Orest. v. 1172. Tum l. 10. pro *εἶπεν* Eton. Vet. Intp. [*dixit*] *εἰπὲν*, ac l. 14. pro *αὐτὸς* Mosc. Vat. A. B. Med. 1. 2. receptum a *Cor.* Fr.

*) P. 193. l. 3. *ἐπὶ* pro *ἐπεὶ* Med. 2. Tum *συναμωμοφ.* per dupl. *νν* Mosc. et *Cor.* Ad v. *ἐσχάτην* in marg. Par. 2. *γρ. ἐσχάτου*. Tum l. 6. *καὶ* ante *τῆς οἰκουμ.* habent Par. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Tz. Vet. Intp. Ald. Hopp. „Prava lectio Xylandrum in errorem induxit. Cum enim legeret sine *καὶ*, verba *τῆς οἰκουμένης* quasi redundantia praetermisit. Geographi mens est, parallelum Cinnamomiferae regionis, non tantum temperatae Zonae, sed et ipsius terrae habitabilis signare limitem. Unde miramur Casaubonum locum hunc non restituisse.“ *Breq.* Miramur etiam, Corayum particulam non addidisse, in quo sequi poterat Intpp. Parr. Denique l. 11. pro *τὸν διὰ Βορ.* Par. 1. 2. 3. Ald. Hopp. *τὴν δ. Β.* Primus mutavit Xyl. Et l. 14. Med. 1. e corr. Med. 2. *ὅτι τὴν ἐπὶ Ἰ.* Fr.

**) V. de hac fluctuatione scripturae *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 249. 259. et alibi. *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 336. Fr.

***) P. 195. l. 5. *μὲν* ignorat Esc. et l. 6. *καὶ* Vet. Intp. ante *πλησ.*, quod et *Xyl.* in vers. omisit. Fr.

†) Par. 1. Eton. l. 11. *πεσόντος*, sed Epit. et alter. loc. Strabo ipse diserte *ἐκπεσόντος*. Tum l. 13. Med. 1. *ἀπορεῖν* pro *ἀποῤῥᾷ.* et pro *Μηδείας* Par. 1. 2. Mosc. Cor. *Μηδίας*. Fr.

††) P. 1618, 53. Rom. *φάσκουσι μὲν γάρ που καὶ ἀλλαχοῦ κατὰ τὸν γεωγράφον* †††) *ὄσπερτά ποτε καὶ ἀνήροτα· πλὴν ἐκ προϋπάρξαντος ἀρότου τε καὶ σπόρου καὶ πεπάνσεως καὶ πτοήσεως ἐκεῖ-*

†††) Haec pertinere videtur ad L. XI. T. IV. p. 422., ubi Strabo Homeri h. l. aperte respexit. Fr.

P. 195. l. 14. *ἐν τῇ Σακασήνῃ καὶ τῇ Ἀραξήνῃ*] Scribendum *τῇ Σακασήνῃ* et *Ἀραξήνῃ* *): non tantum, quia sic recte lib. XI. sed, quia sic postulat analogia. Nam ita multa dicuntur, ut Xerxena, Cambysena. Apud [P] Stephanum in dictione *Καμβύσην* depravatissimum locum sic lege: *Καμβυσήνη καὶ Ξερξήνη ἡ ἀπὸ Καμβύσου καὶ Ξέρξου.* Ita enim scripserat ipse: quem vide in *Ξερξήνη*. CASAUB.

P. 195. l. 18. *τὸν πυθμένα φασὶν εἰρίσκεσθαι τῆς ἀμπέλου*] Idem de Mauritania testatur Geographus lib. ult. [T. VI. p. 645.] **) CASAUB.

P. 265. l. 1. ἄκοντα ἐπουρίσαι πρὸς γῆν] Liber soceri ex duobus manuscriptis ἐφορμίσαι. ††) Casaub.

P. 265. l. 5. ἀλλὰ φθῆναι τὰ φορτία σωθέντα] Vetus interpres, qui sic vertit: *Caeterum prius in terram onus et lignorum pars maxima pervecta sunt*, legit ἀλλὰ φθῆναι. Atque ita hunc locum jampridem emendaverat Quintinus Claudus vir eruditissimus. †††) Cas.

P. 265. l. 5. τὰ φορτία] τὸν φόρτον Med. 2. idemque e corr. πεντηκόρῳ pro πεντηκοντόρῳ l. 7. et l. 9. *Cor.* scripsit ἀπεγέγραπτο pro ἀπογέγραπται. Tum l. 7. *Siebenk.* conjectura ὅμοιοι τοῖς ἐν τῇ Βόγου βασιλείᾳ, recepta ab

---

*) Ibid. l. 11. ad voc. διακωδωνίζοντα in marg. Vat. hoc scholion legitur: δοκιμάζοντα, ἢ κρίνοντα, ἢ διαφημίζοντα; ὡς νῦν· ἢ διαπαίζοντά τινας. V. Etym. M. p. 267, 28. Sylb. (p. 242. Schaef.) Hesych. T. I. p. 949. ed. Alb. Intpp. ad Lucian. Lexiph. c. 11. T. II. p. 334. ed. Reitz. Fr.

**) Sic Parr. omnes, Med. 1. Eton. Mosc. probante *Villebr.* Recepit *Breq.* et *Cor.* cum *Intpp. Parr.* Fr.

***) Ita Par. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Vet. Intp., quod placet *Villebr.* et exhibet *Cor.* cum *Breq.* Vulg. κατασκευάζεσθαι. Fr.

†) Sic tacite scripsit *Siebenk.*; *Cor.* e Mosc. dedit καὶ ἐμβ. Error natus videtur ex Ald. et Hopp., ubi καὶ, transpositum post μουσικὰ, a Xyl. prorsus neglectum est. Fr.

††) Sic Eton. et marg. Par. 1. Pro glossa recte habet *Villeb.* Legitur ἐπουρίζω etiam L. III. T. I. p. 381. Fr.

†††) Sic etiam Par. 1, 2. 3. Esc. Mosc. Error debetur *Xylandro*, qui lectionem Ald. et Hopp. ἀλλ' ἀφθῆναι male mutavit. Viderat etiam *Toup.* ap. *Falc.* Fr.

Intpp. Parr. et nata fortasse ex Vet. Intp. *et regi Bogo subditorum similes*, firmatur a cod. Mosc. *Cor.* ex *Tyrwh.* emendatione scripsit *ὁμορροῖεν*, et deinde cum Eton. Mosc. *Ἀφ. δὴ* pro *Ἀφ. δὲ.* *) Denique l. 15. pro *τοὺς λέμβους* Med. 1. *τοῖς λέμβοις* et Med. 2. e corr. *τινὰς λέμβους.* Fr.

P. 265. l. 11. *Βόγου*] Is est, puto, quem Bocchum Latini dicunt. Xylanp.

Non video, quare putare debeamus cum Xylandro, Bogum esse, quem Latini Bocchum vocant. Nam diversa esse haec nomina ex historiis et Strabonis lib. ult. [T. VI. p. 653.] apparet. Fit enim ibi Bogi ac Bocchi mentio. Casaub.

P. 266. l. 6. *πεμπόμενον ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν ἀναχθεῖσαν ναυστολίαν*] Quid est *ἀναχθεῖσα ναυστολία?* Navem *ἀνάγεσθαι* quid sit, non ignoro: *ναυστολίαν* nescio, hic praesertim. Lego *ἀναδειχθεῖσαν ναυστολίαν*, plana et perspicua sententia. Confirmat emendationem meam vetus interpres. **) Casaub.

P. 266. l. 7. *ἐκφυγεῖν*] *φυγεῖν* Mosc. Tz. Vat. A. B. Bes. Stroz. Paris. Tum l. 9. *κατεσκευασμένον* Paris. et Med. 1. e corr. pro *κατασκευασάμ.* Dein l. 12. *ὁρμῆσαι πρὸς τὸν αὐτὸν περίπλουν* exemplis illustrat *Dorv.* ad Char. p. 271. Lips. Par. 3. *μὴ βραδ.* pro *εἰ βρ.* Fr.

[?] P. 266. l. 11. *ἐνθέμενον γεωργικὰ ἐργαλεῖα*] Et hic lege *ἐνθέμενον.* ***) Sic et liber soceri Henrici Stephani. Casaub.

P. 267. l. 1. *μέχρι τῆς περὶ τὸν Εὔδοξον ἱστορίας ἦσαν*] Legendum *μέχρι τοῦδε τῆς.* Hactenus cognita mihi est (ait Posidonius) Eudoxi historia: quid autem eo factum sit postea, sciunt illi, apud quos versatus est, Hispani ac Gaditani. Non est dubium mihi, hanc veram esse lectionem. Nam vulgata mendosa est, et sententia,

---

*) Ibid. l. 13. *νῆσον — ἐρήμην*] Cernen innui putat *Gossell.* vel eam, quam commemorat Aristot. Mirab. Auscult. c. 85. et Diod. Sic. V. 19. Idem in Recherches T. II. p. 142. sqq. disputat de Atlantide Platonis (Tim. p. 25. D. Crit. p. 112.) a Strabone mox commemorata p. 271, 17. Fr.

**) Habet *ad commonstratam navigationem.* Cas. sequuntur *Intpp. Parr.* et *Cor.* Contra *Villeb.* *ἄγεσθαι* verti vult *induci, trahi.* Fr.

***) Sic quoque Par. 1. 2. 1408. Med. 1. Eton. Est. Mosc. Breq. Intpp. Parr. Cor. Fr.

quam interpretes ex ea eliciunt, hoc loco non convenit. *) Casaub.

P. [illegible] & *Θαυμαστὸς δὴ κατὰ πάντα ἐστὶν*] Ita [illegible] in omnibus codicibus: et ita quoque interpretes. Mihi vero haec lectio de mendo suspecta est: [illegible] persuasum, legendum esse *ὁ Ποσειδώνιος*, non [illegible] ansam dedit compendiosa scribendi ratio librariorum, qui *ὁ πως* scripserunt, cum vellent intelligi ex his tribus litteris, prima, media, ultima, *ὁ Ποσειδώνιος*. **) At imperiti homines conjunxere postea et fecere *οπως*: quae vox hoc loco tam male quadrat, quam bene convenit dictio, quam reponimus. Qui versati sunt vel mediocriter in veteribus codicibus, sciunt ea, quam frequens sit in nominibus praesertim propriis compendiosa haec scribendi ratio. Unde postea sparsae inimitae mendae per bonorum auctorum libros. Ac venit nunc mihi in memoriam locus Dionysii Halicarnassensis, ubi similis error est commissus: quem locum etsi jam pridem in Notis, quas admodum adolescentes scripsimus ad Laërtium, emendavimus: tamen, quia video, id non esse ab eruditis hominibus, qui nuper eum auctorem ediderunt, observatum, etiam hic *ὁδοῦ πάεργον* castigabimus. Dionysius in Dinarcho [c. 1. T. V. p. 631. ed. Reisk.]: *Ἀλλὰ Δῆμος ὁ Μάγνης, ὃς ἔδοξε γενέσθαι πολυΐστωρ, ἐν τῇ περὶ τῶν ὁμωνύμων πραγματείᾳ.* Noli quaerere, quis sit iste Demus, qui scripserat *περὶ ὁμωνύμων*. Demetrium enim Magnetem intelligit, qui scripserat librum hoc indice *Περὶ ὁμωνύμων ποιητῶν τε καὶ συγγραφέων*. Auctores Plutarchus, Athenaeus, Laërtius, qui toties eum scriptorem laudant. Verum quum a properante librario scriptum esset *Δῆμος* ***) vel *Δήμιος* pro *Δημήτριος*, (quo modo *πηρ* scribitur pro *πατηρ*, †)

*) Vulg. *Xyl.* versionem praefert *Breq. Ego usque ad historiam Eudoxi pervenio; quid autem inferioribus acciderit temporibus* etc. Sed *Intpp. Parr.* et *Cor.* suam fecerunt *Cas.* sententiam. Fr.

**) Secuti in hoc sunt Edd. certatim. Fr.

***) Eodem compendio scribitur vox *Δημοσθένης*: v. *Bast.* Comment. Palaeogr. p. 804. sq. Fr.

†) V. *Matthaei* Lectt. Mosquens. T. II. p. 86. *Villois.* Anecdd. Gr. T. II. p. 177. *Segaar.* ad Clem. Alexandr. *Τίς ὁ σωζόμενος.* p. 268. Fr.

et μηρ pro μήτηρ, *) et ἄνος pro ἄνθρωπος **) aliaque id genus) factum ea re, ut antiquus auctor nomen suum apud Dionysium amitteret. quam injuriam homini libero fieri legibus Romanis non permittitur. CASAUB.

P. 267. l. 11. τὸ δὲ Βεργαῖον διάστημα τοῦτο] Vel pueri videant vocem διάστημα hic nullo modo convenire. Lego autem διήγημα. Vocat Βεργαῖον διήγημα narrationem Eudoxi, quasi diceret fabulam esse meram. Nam, ut lib. pr. [T. VII. p. 367.] diximus, tanta fuit mentiendi in Antiphane Bergaeo consuetudo, ut locum proverbio fecerit. ***) CASAUB.

P. 267. l. 13. πιστευθέν. Τίς γὰρ ἡ πιθανότης] Et haec sunt corrupta. Totus vero locus ita legendus: εἴθ' ὑπ' αὐτοῦ πεπλασμένον, εἴτ' ἄλλων πλασάντων πιστευθέν. †) Τίς γὰρ ἡ πιθανότης; πρῶτον μὲν etc. hoc est, *sive ab ipso Posidonio conficta fuerit haec narratio, sive credita tantum, cum esset ab aliis conficta. Nam in hac narratione quid est quod sit probabile?* Porro non fuisse haec de Eudoxo conficta a Posidonio, ††) apparet ex his Plinii lib. II. cap. 67. *praeterea Nepos Cornelius auctor est,* (in fragm. c. 7.) *Eudoxum quendam sua aetate, cum Lathyrum regem fugeret, Arabico sinu egressum, Gades usque profectum.* CASAUB.

P. 268. l. 1. μακρὸς ἐπὶ μυρίους που στ.] Ne secum ipse pugnet Strabo (L. I. T. I. p. 94. L. XVII. T. VI. p. 395. Plin. H. N. VI. 33.), *Gossell.* ad h. l. et in Recherches T. II. p. 75. sqq. reponit 14,000. †††) FR.

---

*) V. *Coray* ad Theophr. Char. p. 278. FR.

**) V. *Villois.* l. l. *Schweigh.* ad Polyb. T. VI. p. 189. T. VII. p. 101. *Koen.* ad Greg. Cor. p. 634. ed. Schaef. *Toup.* in Opp. T. II. p. 49. ed. Lips. *Bast.* in Append. ad *Schaef.* edit. Plut. Aristoph. *Hemsterh.* p. 487. FR.

***) Ald. Hopp. τὸ δ' ἐβεργαῖον δ. Med. 2. τὸ δ' ἐνεργαῖον. Med. 1. e corr. τὸ δὲ βεργαῖον. V. διάστημα punctis notatur in Par. 1. *Cas.* conj. διήγημα Intpp. omnes receperunt. Antea pro αὐτῶν τῶν ὑπὸ Δαρείου πεμφθέντων, ὧν Ἡρ. ἱσταρεῖ *Cor.* dedit αὐτὸν — ὤν, posterius cum Mosc. Xyl., et propositum etiam a Cens. *Bak.* Posid. p. 344. FR.

†) Ita Edd. omnes cum *Cas.* FR.

††) „Neque tamen inde major Posidonio fides habenda est; si quidem sua a Pos. accipere potuit Nepos." *Bak.* ad Posidon. p. 103. Sed vid. Cens. p. 345. et *Tzschuck.* ad Mel. T. III. P. III. p. 391. sq. FR.

†††) Tum l. 3. pro ἔχοντας Par. 3. Med. 2. et e corr. Med. 1. Ald. Hopp.; Mosc. Tz. a m. rec. habet ς adscriptum. Porro l. 4.

[P] P. 268. l. 15. *τῆς ταύτῃ θαλάττης*] Liber soceri Henrici Stephani ex quatuor veteribus codicibus *τῆς ταυτῃ θαλάττης*, quae lectio et elegantior est, et verior. *) Casaub.

P. 270. l. 9. *τοὺς ἑσπερινοὺς Αἰθίοπας*] Ejusdem codex ex quatuor manuscriptis, *τοὺς ἑσπερίους*, ut alibi passim. **) Casaub.

[P] P. 270. l. 13. *τῆς διὰ Βόγου ναυτιλίας*] Liber Henrici Stephani ex quatuor manuscriptis, *τῆς διὰ Βόγου ναυστολίας*. ***) Casaub.

P. 271. l. 5. *συνοικίσαι νῆσον*] Scribo *συνοικίσαι*. †) Nam cum longe differant *οἰκῆσαι* et *οἰκίσαι*, tamen vix dixerit aliquis, quoties etiam in veteribus libris *οἰκῆσαι* scriptum pro *οἰκίσαι* reperiatur. ††) Casaub.

P. 271. l. 14. *καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων*] Liber so-

---

pro *ἀπὸ* Par. 3. Med. 1. Mosc. Tz. *ὑπὸ*, quod posuit *Breq.* et pro *ἀπολλυμένους* l. 8. Esc. Mosc. F. *ἀπολουμ.* Med. 1. 2. Mosc. Tz. *ἀπολομ.* Med. 2. e corr. et Ald. *ἀπολλομ.* Tum Mosc. Tz. Par. 3. *τό γε* pro *τά γε* et Esc. Mosc. F. *ὀξυμαθεία*, Mosc. Tz. *ὀξυμάθεια*. Fr.

*) Sic Par. 1. 2. 3. 1408. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Vet. Intp. Breq. Intpp. Parr. Cor. Fr.

P. 269. l. 6. *ἦν πλεόντων*] *πλ. ἦν* Mosc. Tz. Paris. Tum l. 8. *Ἐλθὼν δ' οὖν* Par. 1. 2. 5. Med. 1. 2. Mosc. Ven.; exhibuit Breq. Vulg. *δ'* abest. V. *διαπνυθάνεσθαι* l. 11. explicat *Dorvill.* ad Char. p. 630. Lips. Tum l. 12. *πιστεύσας οὐχὶ* Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. *π. οὐ.* ac l. 14. pro *οἰκεῖαν* Med. 1. 2. Esc. Mosc. Reg. *οἰκίαν*, quod dedit *Breq.*, sed *Cor.* in *οἰκείαν* rectius mutavit. V. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 640. T. IV. p. 128. 277. sq. alibi. *Segaar.* ad Clem. Alex. p. 284. Deinde pro *εἰς τὰ ἔξω* l. 15. Par. 1. 2. Mosc. Tz. *εἶτα ἔ.* et Ald. Hopp. Xyl. *εἶτα τὰ ἔξω*. Denique l. 16. *ἐξ* ante *Ἀλ.* deest Par. 3. et l. 17. pro *νενοσφισμένῳ* idem — *ἐνον*. Fr.

P. 270. l. 6. *Cor. καὶ* ante *διαλυθέντος* omisit et l. 9. Med. 2. *ὁρῶν* pro *εὑρὼν* idemque l. 15. *τοῦ Βόγου* e corr. pro *τῷ Βόγῳ*. Tum pro *ὁ τοῦ ἀνθ. ἀφανισμὸς* Med. 1. 2. Esc. Mosc. Ald. Hopp. *ὅτ' ἀνθρώπου ἀφανισμόν*, et pro *ἐξὸν* Med. 1. e corr. *ἐξὴν*. Fr.

**) Sic Par. 1. 2. 3. Esc. Mosc. Breq. Cor. Fr.

***) Sic Par. 1. 2. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Ven. Breq. Cor. Fr.

†) Ita Par. 1. 2. 3. Esc. Mosc. Breq. Cor. Fr.

††) Ibid. l. 1. pro *γενόμενον* Par. 3. Med. 1. 2. et e corr. Mosc. *γινόμ.* unde sic scripsit *Cor.* Tum l. 9. Med. 2. *σχεδὸν δέ τοι* pro *τι* et Esc. omittit *περὶ* ante *πρωτείων*. Dein l. 12. *ἰζήματα λαμβάνειν*, pro quo supra T. I. p. 137. *ἐφίζησιν λαμβ.*, exemplis illustrat. *Toup.* ad Longin. IX, 13. p. 281. ed. Weisk. Fr.

ceri Henrici Stephani ex duobus scriptis τῶν παραπλησίων. *) Casaub.

P. 272. l. 3. ἱστορῆσαι Σόλωνα] Repetit Solonis narrationem e Str. Eustath. ad Odyss. 1, 61. p. 18. (1389. Rom.) cf. Perizon. ad Ael. V. H. 3, 18. **) Tzsch.

P. 272. l. 4. ἢ διότι ὁ πλάσας αὐτὴν ἠφάνισεν, ὡς ὁ ποιητὴς τὸ τῶν Ἀχαιῶν τεῖχος] Respiciebat Posidonius, cum haec scriberet, Aristotelis locum de muro Achivorum, quem refert Homerus. Nam cum multi e veteribus ejus muri rudera ac vestigia quaererent, Aristoteles merum esse poetae commentum existimabat. Strabo lib. XIII. [T. V. p. 335.] νεωστὶ γὰρ γεγονέναι φασὶ τὸ τεῖχος, ἢ οὐδ' ἐγένετο· ὁ δὲ πλάσας ποιητὴς ἠφάνισεν, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν. Casaub.

P. 272. l. 5. Εἰκάζει δέ] Quisnam? Nimirum Posidonius: nam de eo tantum hîc sermo: neque aliter haec queunt accipi. Atqui Posidonius adéo haec non dixit, quae ei hîc a Strabone tribuuntur, ut e contrario auctores hujus sententiae graviter reprehenderet: quod cum ab ipso Strabone ex libris Posidonii pluribus sit relatum lib. sept., miror admodum, quid nunc Straboni in mentem venerit, ut Posidonio tribueret, quod ita ab eo explodítur. Non enim verisimile est, variasse a seipso hac in parte Posidonium in suis scriptis: potius crediderim Strabonis hîc esse ἁμάρτημα μνημονικὸν, Posidonio imprudenter tribuentis, quod Ephori potius fuit. ***) Posidonius autem quid super hoc censuerit, ex his verbis l. VII. [T. II. p. 335.], ubi de Cimbris, apparebit. Ταῦτα δὲ (nimirum quae hic Strabo ait) δικαίως ἐπιτιμᾷ τοῖς συγγραφεῦσι Ποσειδώνιος, καὶ οὐ κακῶς εἰκάζει, ὅτι ληστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι, καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιῶτιν ποιήσαντο στρατείαν. qui locus tam huic contrarius est, quam aqua igni. Casaub.

[P] P. 272. l. 6. καὶ τῶν †) συγγενῶν ἐξανάστασιν]

*) Par. 2. 3. Esc. Mosc. Breq. Fr.

**) Ibid. l. 4. pro βέλτιον οἴεται λέγειν Med. 1. 2. Vat. A. B. Stroz. Vet. Intp. οἴεται βέλτιον εἶναι λέγειν, quod e Reg. jam *Breq.* restituerat, cui non obtemperavit *Cor.* Mosc. Tz. οἴεται βέλτ. λέγ. Fr.

***) Ita censet etiam *Bak.* ad Posid. p. 120. Sed cf. *Marx.* ad Ephor. fragm. p. 147. et quos laudat. Fr.

†) Sic Par. 3. Med. 2. Mosc. et *Breq.* e Reg. Tum l. 7. pro οἰκείας Par. 3. Med. 1. Par. 1408. οἰκίας, quod e Reg. exhibuit

Putabam legendum esse τῶν Τωϋγενῶν. Movebar enim simillimo loco lib. sept. [T. II. p. 336.], ubi Toygeni dicuntur se Cimbris adjunxisse: idque etiam alibi repetit. Nunc nihil censeo mutandum: nam et libri veteres omnes ita habent: et praeterea, quamvis Cimbris se Toygeni adjunxerint, tamen longius a mari habitabant, quam ut dici possit, ullam maris πλημμύραν eorum regionem inundasse, eosque ad quaerendas novas sedes impulisse. CASAUB.

P. 272. l. 11. ἀπὸ δύσεως Εὔρῳ πλέων] In Edd. ante *Siebenk.* πλέον, quod corrigit *Bak.* ad Posidon. p. 91., quanquam inficete defendit *Breq.* Diserte πλέων habet Mosc. Tz. Vat. A. B. FR.

At quonam pacto Euro spirante, vento igitur adverso, ab occasu aliquem ad Indos navigare posse putabimus? Utique dicendum fuisset πρὸς Εὖρον, orientem versus. Verum suspicor legendum potius esse εὐθυπλοΐαν [— οὖν], quae vox apud Nostrum saepius occurrit Vol. IV. p. 373. V. p. 325. VI. p. 524. eaque huic loco potissimum convenire videtur, quia, cum Posidonius terrae habitatae longitudinem septuaginta circiter millibus st. constare dixisset, dein addidit, ab occasu igitur navigantem aliquem totidem stadiis in Indiam esse perventurum, si recta navigarit. Quippe ex Ibèria in Indiam per eundem parallelum navigationem dari, veteres non dubitabant, secundum p. 173. Contra, si ea non recta utatur, totidem stadiis eo perveniri non posse, apparet. *) PAETZ.

Breq., quod improbat jam *Villebr.* Tum vero οὐκ ante ἀθρόαν deletum voluerunt *Bak.* et *Marx.* l. l., quod fecit *Cor.*, sed ante γενέσθαι cum *Intpp. Parr.* inseruit. FR.

*) Similia disputans *Bak.* l. l. corrigit Ζεφύρῳ, quod immerito approbavit *Wyttenbach.* p. 276. Utrumque pluribus luculenter refutavit Cens. Jenens. p. 340. sq. Quonam pacto recta navigare ab Hispania versus orientem ad extremos Indos? Sed praestat *Brequignyi* sententiam adposuisse: „Cum terrae habitatae longitudo dimidiam partem occupet totius circuli, in quo longitudo illa sumitur, id est paralleli, sub quo terra habitabilis porrigitur, quae quidem est st. 70000, ab occasu ad extremos Indos zephyris spirantibus naviganti per partem circuli superam: totidem erunt emetienda ab occasu ad primos Indos, naviganti spirante euro, per inferam partem ejusdem circuli; ac proinde hinc recte infert Strabo ex Posidonio, eum, qui ab occasu favente euro navigaret, 70 millibus st. emensis ad Indos appulsurum, inferiori sci-

P. 273. l. 3. *καὶ ἐν ἀλύσει δίκην γίνεται*] Torsit me vehementer hic locus: nec dum tamen veram ejus lectionem potui excogitare. Nam ne in libro quidem soceri amplius quicquam notatum est, quam legi in quatuor scriptis [Par. 1. 2. 1394. 1396. Med. 2. e corr.] *καὶ ἐν ἀναλύσει δίκην γίνεται.* *) Dum aliquid certius occurrat, lego *καὶ ἐν ἀναλύσει δίκης γίνεται*, hoc sensu, occupari Posidonium in eo, ut culpa absolvat eos, quos modo reprehenderat ob male partitam *τὴν οἰκουμένην*. Sumptum e foro: ubi notum est, quid sit *ἄφεσις* vel *διάλυσις τῆς δίκης*. CASAUB.

P. 273. l. 4. *Θετικὴν ποιούμενος τὴν ζήτησιν*] Non enim omnis *ζήτησις* est *θετική*: sed ea tantum, quae tam affirmative, quam negative tractanda proponitur. CASAUB.

P. 273. l. 4. *πρὸς οὐδὲν χρησίμως*] Malim *πρὸς οὐδὲν χρήσιμον*. Sed et *χρησίμως* ferri potest. CASAUB.

P. 273. l. 6. *αἱ κατὰ τὰ ἔθνη διαφοραί*] Esc. Mosc. *κατὰ ἔθνη*. Intpp. Parr. legunt *κατὰ τὰ ἔθη* coll. Strab. p. 317. 333. 553. 679. Cas. ex quibus locis secundus tantum quadrat, ultimus adeo repugnat. Tum l. 7. *Cor.* pro *ἐπίπτωσιν* restituit *περίπτωσιν*. Vet. Intp. *casu*. Nollem fecisset. Quanquam *H. Steph.* Thes. hac voce caret, vid. tamen *Schneid.* Lex. T. I. p. 466. a. et Plutarch. Quaest. Sympos. IX, 5. T. VIII. p. 952. ed. Reisk. Tum *καὶ τέχνας δὲ Cor.* pro *τε*, et l. 10. *παρὰ τὰ πλ.* Par. 1. 2. 5. Eton. Esc. Mosc. Vet. Intp. *Breq.* e Reg. et *Cor.* pro *περὶ*. **) Tum l. 14. ordine mutato Mosc. Tz. *φιλ.*

---

licet emenso semicirculo. Xylander locum contra vocum potestatem transtulit. " Strabonem p. 173. h. ed. male intellexit *Paetz.*, rectius *Rennel.* ap. *Bredow.* in Untersuch. T. II. p. 692. sq. et *Penzel.* in Vers. Teut. T. I. p. 285. sq. de hemisphaerio terrae habitatae opposito. Ad v. *μυριάσιν* Par. 1. al. m. marg. *ἡμιφαῖς*, et *Cor.* pro *ἕλθοι* dedit *ἕλθοις*, quod minus videtur necessarium, si ad *πλέων* referas. FR.

*) Med. 1. 2. *ἐν διλύσει*, ut Par. 1393. 1395. Mosc. Tz. qui vero cum Par. 1. *γε* supr. *δίκην* refert. Vet. Intp. *et ut in resolutione efficitur. Breq.* e Reg. dedit *ἐν ἀλύσει δίκην*, vertens *merito anxietate torquetur. Bak.* l. l. p. 108. *Cas.* secutus est. Intpp. Parr. vertunt *se jette dans des embarras continuels*, legentes e conj. *ἐν ἀλύσει διηνεκεῖ*, quam recepit *Cor.* FR.

**) Idem ad Hippocrat. T. I. praef. p. 36. voluerat *παρὰ* et deinde *τὰ δ' ἔθεσι* pro *τὰ δὲ ὄθεσι*. Tum ad l. 12. de v. *φιλολ.*

φυσ. et ἀλλ' ἀσκήσει firmant Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. Tz. Vet. Intp. Fr.

P. 273. l. 9. ἐν ὁποίῳ οὖν] ἐν ὁποιῳοῦν legi, cum esset ἐνοποιοῦν. [Hopp. ἐνοπιῶν.] περὶ τὰ κλίμ.] Sic et Aldus. Xyland.

P. 274. l. 2. Ὁ δὲ] οὐδὲ Par. 3. Vat. B. et e corr. Med. 1. 2. Tum l. 5. pro ὄντων Ven. A. τῶν idque significari vult Par. 1. ὄντων (sic), receptum a *Cor.* et commendatum jamjam a Cens. Bak. Jenens. p. 548. Nam in Hopp. et Xyl. ὄντων τῇ Λ., quare ἐν addidit *Cas.* Facit huc Strab. L. XV. T. VI. p. 45. Fr.

P. 274. l. 6. εὐερνεστέρους γὰρ] Aliter legit interpres. ἐρρωμενεστέρους et πεπέφθαι. *robustiores* et *coctos*. ἐρευνής alibi non legi, neque nimis est (puto) vox elegans. et sane de corpore paulo post accipitur. *) alioqui ubi aër est calidior, ibi esse ingenia sagaciora et imposturis minus exposita, vulgo creditur, et de rei hujus causis etiam disputant docti. Itaque amplius. Post de Britannia, ἐμβατὸν ἢ, lego ἐμβαδιὸν οὐκ. Xyland.

Liber soceri ex duobus scriptis εὐρενεστέρους. In eodem ex unico scripto legitur ἔψεσθαι pro ἐψεῦσθαι. Casaub.

Scaliger l. l. corrigit: ὄντων ἐν τῇ Λιβύῃ νουνεχεστέρους γε καὶ ἧττον ἐψεῦσθαι. Sed audi Hemsterh. ad Hesych. T. I. p. 1498. s. v. εὐερνής. „Ordo literarum mutatus genuinam lectionem suppeditabit εὐερνεστέρους **) —

γοι sensu disserit H. Steph. ad Dicaearch. p. 97. sqq. Porro de Thebanis refert Eustath. ad Hom. Il. 11, 781. p. 836, 40. Bas. [884, 21. Rom.] Θηβαῖοι δὲ πολλὰ ἰδίως ὀνομάζοντες καὶ, ὥς φασιν οἱ παλαιοί, καινουργοῦντες κατὰ τὰς φωνάς. Tzsch.

*) *Bak.* l. l. p. 110. e Posidonii alio fragm. ap. Galen. de Placit. Hippocr. et Plat. V. p. 290, 41. καὶ γὰρ τῶν ζώων καὶ τῶν ἀνθρώπων, ὅσα μὲν εὐρυστερνά τε καὶ θερμότερα, θυμικώτερα πάνθ' ὑπάρχει φύσει, ὅσα τε πλατυΐσχιά [adde h. v. Lexicis] τε καὶ ψυχρότερα, δειλότερα — reponi malit εὐρυστερνοτέρους. Sed dubito, quin hi loci sibi respondeant. Fr.

**) Sic revera Par. 1. 2. 3. Med. 2. Mosc. Vat. B. probantibus *Villebr.* et *Intpp. Parr.* ex omnibus suis codd. Med. 1. εὔερνέσ τε et e corr. εὐερνεστέρους. Reg. Esc. εὐηρνεστέρους, unde *Breq.* primum facturus erat εὐηρεστέρους, tum vero in Med. Gron. ἐνεργεστέρους acquievit. *Penzel.* Vers. Teut. T. I. p. 288. legit εὐρινεστέρους. Unice verum est εὐερνεστέρους. V. *Schneid.* Lex. Gr. T. I. p. 505. *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 424. ubi frustra est *Tyrwhitt.*, et Cens. Jenens. Bak. p. 348. Fr.

ἐψύχθαι. Posteriorem emendationem pro aeque certa venditare non *) ausim. Hesychius tamen opitulatur: ψύξασθαι· ξηράναι. ψύξουσι· ξηρανοῦσι. Quin autem ipsius Povidonii, qui parum usitatis delectabatur, verba Strabo usurpaverit, dubitare vix licet." TZSCH. **)

[P] P. 274. l. 10. ..... ***) εἰσάγοντα τὴν ἑτέραν οἰκουμένην] Interpretes ita hunc locum tractavere, ut Oedipo opus sit, si quis velit sententiam elicere: neque enim animadverterunt, quod debuere tamen, locum esse mutilum. Nos vero hoc etiam amplius, quomodo vera lectio restitui debeat. Legendum enim *Κράτητα δὲ τὸν εἰσάγοντα τὴν ἑτέραν οἰκουμένην*. Id ita esse evincit Strabo, qui libro superiore eundem poëtae locum tractans Cratetis explicationem protulit, quae *τὴν ἑτέραν οἰκουμένην*, ut hic loquitur, *εἰσάγει*. Vide locum. [T. I. p. 82. sq.] Nam et Strabo ipse lectorem mox rejicit in illum locum: *ἐκεῖ δέ*, inquit, *καὶ περὶ τῆς γραφῆς τῆς Κρατητείου διηπήσαμεν*. CASAUB.

P. 274. l. 11. *δουλεύειν ὑποθέσει*] *Δουλεύειν ὑποθέσει* eleganter dicit de eo, qui ut mordicus retineat, quod initio *ὑπέθετο*, omnia, quamvis *βιαζόμενος*, suo proposito accommodat. Exempli gratia: Volebat Crates, idque *ὑπέθετο*, quaecunque ait Homerus, *μαθηματικῶς* esse accipienda. Itaque ut hanc *ὑπόθεσιν* tueretur, etiam quae de Aethiopum divisione a poëta dicuntur, *μαθηματικώτερον* explicabat: quod quia videbatur difficilius, locum Homeri corrigebat, ut copiose refert Strabo

*) Recte. Nam *ἔψυσθαι* Esc. Mosc. Vet. Intp. et Parr. omnes, ut e Reg. jam edidit *Breq.* Edd. ante *Casaub. ἔψυσται*. FR.

**) Ibid. l. 9. *οὐ μὴν* pro *οἱ μὲν* Med. 2. e corr. Simpl. *σ* in *δυσομένου* referunt Par. 1. 2. Med. 1. 2., quod exhibere neglexit *Cor.* V. de hoc modo *Brunck.* ad Apoll. Rhod. I. 63. et ad Hesiod. O. et D. v. 382. in Gnom. Poet. ubi v. et *Gaisford.* Poet. Gr. Min. T. I. p. 32. coll. *Jacobs.* ad Anthol. Pal. T. III. p. 354. et Strab. T. I. p. 82. sq. Tum *οὐ δ'* e corr. Med. 2. pro *οἱ δ'*. Deinde l. 11. pro *εἶδεν Ὅμηρος* Par. 1. 2. Med. 1. 2. Parr. omnes, Vet. Intp. *οἶδεν*, quod primus restituit *Breq.*, quocum inscius sentit *Bak.* l. l. p. 111. V. de hac conf. T. VII. p. 232. Postremo l. 13. *οἱ μὲν Sieb.* tacite reposuit pro *ἢ μὲν* vulg. cum *Breq.* assentientibus Par. 1. 3. Eton. Vidit etiam *Bak.* l. l. FR.

***) Hujus lacunae signa in nullo cod. reperiuntur, et ed. Sieb. male *Καὶ* omisit ante *εἰσάγ. Cas.* conj. approbavit *Breq.*, recepit *Cor.* et *Bak.* Sed Intpp. Parr. nihil deesse videtur, nisi *τὸν* ante *εἰσαγ.* Haud temere. FR.

libro superiore. Atque hoc est δουλεύειν ὑποθέσει. Vis aliud exemplum? Posidonius existimabat, artes etiam mechanicas a philosophis et sapientibus esse inventas. Itaque Anacharsin figuli rotam invenisse cum vulgo credebat: verum quia apud Homerum, qui fuit Anacharside antiquior, inveniebatur figuli rota, *malebat*, inquit Seneca, (Epist. 90.) *videri versus falsos esse quam fabulam.* Id vero est δουλεύειν ὑποθέσει. Aristoteles dicere solet θέσιν διαφυλάττειν. ut in Ethicis Nic. 1. c. 4. et in Topicis passim. et De coelo lib. 3. c. 7. Aliud est, sed huic affine, apud eundem, δουλεύειν τῇ ἀσθενείᾳ, quod de iis usurpat, qui temere aliquam opinionem amplectuntur, levibus rationibus inducti, quas satius erat omnibus modis eniti solvere, quam manus et errorem errori accommodare. Elegantia sunt verba Aristot. lib. περὶ ἀνύμων γραμμῶν, quae ascribam. Casaub.

P. 275. l. 3. ἤδει] ἤδη Med. 1. 2. sed hic post. corr. Ante ὅτι *Cor.* omisit ἡ cum Vet. Intp. Tum Mosc. Tz. τοιούτους τινάς, et pro ὅπου οὐδ' ὅ γε Εὐ. Med. 1. 2. Mosc. Tz. Paris. ὅπου γε οὐδ' ὁ Εὐ. *Cor.* γε collocavit post κατά. Deinde Εὐδόξιον per ϛ Par. 3. Med. 1. 2. Mosc, sed Med. 2. post. corr. Porro l. 6. in Ald. ex err. typ. πλοῦτον πλοῦν, sed αὐτὴν habent Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc. Cor. et l. 10. Par. 3. διαφέρει, idemque cum Med. 1. 2. Mosc. Ald. ἡ μὲν pro οἱ μέν: sed ἀπαρχ. error est Ed. Alm. correctus a *Breq.* et *Bak.* *) Fr.

P. 275. l. 15. καὶ Ἄρατος ἐπισημαίνεται] Notabis, quomodo difficilem Arati locum acceperit Posidonius:**) de quo alias pluribus. Sic autem Aratus, de capite Draconis loquens (v. 61.):

Κείνη που κεφαλὴ νῦ νήχεται, ἠχὶ περ ἄκραι
Μίσγονται δύσεές τε καὶ ἀντολαὶ ἀλλήλῃσι.

Casaub.

P. 276. l. 1. βέλτιον οὕτω φήσειέ τις] Par. 1. 3. Med.

*) In Arati vs. Par. 3. ἄκρα, Med. 1. 2. ἀνατολαί, et Par. 5. Esc. Mosc. Tz. ἀλλήλοισι pro ἀλλήλῃσι. Multa sunt de h. v. *Scalig.* ad Manil. I, 561. et *Buhl.* ad Arat. T. I. p. 387. sqq. Fr.

Arati hos versus citant plures. v. d'Arnaud lectt. Gr. p. 138. sq. Tzsch.

**) *Cas.* minus recte h. l. a Posidonio afferri existimat, cum e Strabonis persona interponatur. Bak. l. l.

1. 2. Esc. Mosc. οὕτω β. φησί τις. Ald. Hopp. Xyl. φήσ᾽ τις, quod reddidit *Cor.* Vet. Intp. *dicat.* Tum Med. 2. ἢ οὐ pro ἢ οὐδέ. Deinde l. 12. τῆς ante γεωγραφίας *Cor.* omisit cum Par. 1. 2. 3. Med. 1. Mosc. *) Fr.

[?] P. 276. l. 9. *Πολύβιος δέ*] Post Posidonium inquirit in Polybium. **) Casaub.

P. 277. l. 1. *πλειόνων ἢ τεττάρων*] Sic Par. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Breq. Schweigh. Cor. Tum pro *κατ᾽ αὐτὸν*, quod debetur Xyl., habent Ald. Hopp. Mosc. Med. 1. 2. Vet. Intp. et cuncti Parr. *καθ᾽ αὑτήν*, quod praetulerunt Intpp. Parr. ***) Deinde *αἰωρεῖσθαι* pro *αἰωρῆσθαι* correxit *Schweigh.* suffragantibus nunc Par. 2. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Par. 1394. 1395. 1396. Vet. Intp. Cor. Tum l. 7. pro *μήποτε* Med. 1. Eton. Esc. Mosc. Parr. 1394. 1396. 1397. Vet. Intp. *μήτε*, ut *Breq.* e Reg. dederat adstipulante Cor. †) Denique l. 15. *καὶ τοσαῦτα* Par. 3. Med. 1. Esc. Mosc. Fr.

P. 278. l. 1. *πολὺ δέ*] *π. δὴ* Mosc. ††) Tum l. 4. pro

---

*) Ibid. l. 14. pro *μέντοι Βρεττανικὴν Schweigh.* e conj. reposuit *μὲν τὴν Βρ.* comprobatâ a Par. 1. 2. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Vat. A. B. Stroz. Ven. Cor. Vox *ἤ*, cujus loco *Schweigh.*, recepto *Tyrw. ὅσον*, dedit *ἦν*, quod perplacuit Intpp. Parr., deest in Med. 1. 2. Mosc. Tz. et Parr. omnibus, praeter 1395., ubi legitur *ὅλην μὲν τὴν Βρ. ἐπελθεῖν φ.* Vet. Intp. *cum totam permeabilem se accessisse dicat Britanniam*, unde *Breq.* scripsit *ὅ. μέντοι Βρ. ἐμβατὸν ἐπ.* Verum vidit *Cor.* scribens *ἐμβαδὸν*, *pedestri itinere*, quod voluit etiam *Scalig.* ap. *Tzschuck.* Fr.

**) Ed. *Schweigh.* T. IV. p. 629. sqq. et not. T. VIII. p. 108. sqq. Fr.

***) Ita et Keralio in Mémoir. de l'acad. de Paris T. 45. p. 33. ubi plura de pulmone marino. V. etiam Bougainville ibid. T. 19. p. 150. Papon hist. de Provence p. 512. Wedel üb. d. ält. Scandinav. Geschichte p. 32. sq. Neue Allgem. Weltgesch. T. 13. p. 14. Tzsch.

Adde, quem laudat *Schweigh.*, Macri in Nuove Osservaz. intorno la stor. nat. del Pulmone marino degli Antighi. Nap. 1779. et Jo. Hermann. in diss. de Pulm. mar. in Schweigh. Polyb. T. VIII. p. 116. sq. Schneid. ad Aristot. H. A. V, 15. coll. not. supra ad T. VII. p. 442. Fr.

†) Ad v. *ἐπανελθών* l. 11. *Gossell.* de unico tantum Pytheae itinere contra *Bougainv.* l. l. p. 153. disputat in Recherch. T. IV. p. 113. sqq. Fr.

††) De Euhemero et Panchaea v. quae fusius tractantur a *Tzsch.* ad Mel. III, 5, 8. p. 559. sqq. not. exeg. et *Gossell.* in Recherch. T. II. p. 42. sqq. Fr.

καταπεπλευκέναι Med. 1. 2. καταπεπλευκ. et ibid. pro τὴν προσάρκτιον Εὐρώπην habent τὴν πρ. τῆς Εὐρώπης Esc. Par. 3. Mosc. Tz. quod recepit *Cor.* Ap. *Siebenk.* male enotatum est τὸ pro τὴν. *Falc.* suspicatur τὴν πρὸς ἄρκτον Εὐρ. Tum l. 5. οὐδ' ἂν τῷ Ἑρμῇ *) Par. 1. 2. 5. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Breq. Cor.**) In Ald. Hopp. οὐδέν, quod Xyl. mutavit in οὐδέ. Totam rem optime illustrat *Penzel.* ad h. l. hac figura addita:



N Narbo, G Gaditanum fretum, S Siculum fretum, NP linea perpendicularis a Narbone ad parallelum ducta. Tractatio nota est e Pythagorico theoremate, unde computat GP = 7745, PS = 11019, GS = 18764 = GN + NS — 436. ***) Fr.

P. 278. l. 8. καὶ ταῦτα δὲ, μήτε Δικαιάρχου πεισθέντος] Videtur his verbis Polybius significare voluisse,

*) V. Erasm. Adag. p. 973. Tzsch.

**) Ibid. l. 7. *Cor.* dedit καὶ ταῦτα μηδὲ Δ. idemque l. 8. μηδὲ Δ., ubi verba Τὸ μὲν — πεισθέντος desunt Par. 1. 2. Med. 2. Mosc. Tz. Vat. A. B. Stroz. Bemb. Ven. et Mosc. Tz. Med. 1. κανόνι χρήσ. serie inversa. Huc autem pertinere dicit *Schweigh.* T. VIII. p. 109. breve istud fragm., quod in *Valesii* Excerptis e cod. Peiresc. inter Polyb. reliquias lib. XXXIII, 12, 10. legitur. Fr.

***) Quoniam vero Polybius ait p. 280, 10. ὅτι ἡ σύμπασα παραλία ἡ ἀπὸ τοῦ πορθμοῦ ἐπὶ στήλας ἔγγιστα — πενταχοσίοις σταδίοις, *Schweigh.* primitus scriptum fuisse putat τετρακοσίοις. *Gossell.* ad h. l. et in *Recherches* etc. ex Pliinii II. N. IV, 38. loco correcto conficit GS = 18,837 st. et NS = 11,270 et differentiam = 433, quod Strabonem non ex errore, sed commodioris numeri causa auxisse putat. Sed *Paetzii* sententiam prorsus non assequor: „Leg. πενταμυρίοις. Tot enim stadiorum intervallum Polybius computarat inter Africam et Europam, et quidem trium fere millium in mari Sardoo, inde ad sinus Narbonensis recessum duorum praeterea millium. Nam etiamsi totam oram maritimam tot stadiis lineam rectam, per mare ductam, excedere dicat, videtur tamen punctum ejus maxime septentrionale intelligere, quod in omni ista ora prope Narbonem esse, tum credebant geographi. etc." Fr.

Eratosthenem, virum alioqui doctissimum et Dicaearcho longe meliorem, hac tamen in parte Dicaearcho esse inferiorem, quod Pytheae fidem habuerit. Recte sane Polybius: neque video, quid hic reprehendi queat. Strabo vero noster (dicam enim quod sentio) nimis hic argutatur. CASAUB.

P. 278. l. 16. *ὁ ὅλας δογματικὰς*] Vox *ὅλας* est mihi suspecta. Vetus interpres legit *ὅλως*, *) CASAUB.

[P] P. 279. l. 6. *Μέχρι τοῦ πορθμοῦ*] Intellige fretum Siculum, non Gaditanum. CASAUB.

P. 279. l. 15. *τὰς τὴν γωνίαν ποιούσας*] Melius liber Steph. ex codicibus antiquis *γωνίαν*. **) CASAUB.

P. 280. l. 4. *προειλήφθω*] *Paetz.* legendum esse putat *προσειλ.*, quod edidit *Cor.* et *Xyl.* in vers. expressit. Sed *Schweigh.* hoc auctoris sententiae dicit adversari. ***) Tum l. 7. *τοῦ κόλπου βάθος τὸ κατὰ N.* Par. 5. Med. 1. 2. Parr. 1394. 1397. 1408. *τοῦ κ. N.* receptum a *Cor.* et olim jam e conj. editum a *Schweigh.* Deinde l. 8. *ἡ* ante *σύμπ.* deest Par. 1. et l. 12. *οἱ* post *αὐτοὶ* inserunt Med. 1. 2. Esc. Mosc. Assumsit *Cor.* idemque e Reg. *Breq.* FR.

P. 280. l. 8. *ἐκ τῆς παιδικῆς μετρήσεως*] Fortasse, *ἐκ τῆσδε τῆς μετρήσεως*. Nam quid est *παιδικὴ μέτρησις*? †) CASAUB.

---

*) Habet enim *opinabiles omnino*. Conj. *Tyrwh.* *ὁ λαοδογματικὰς*, quae vox probatur a *Tzschuck.* ad Strab. T. IV. p. 146.: receperunt *Schweigh.* *Cor.* et Intpp. Parr. FR.

P. 279. l. 2. Vox *ἀλλ'* tanquam spuria notatur a *Cor.* Tum l. 5. *τοὺς δ' ἐπὶ* e corr. Med. 2. et in eodem l. 6. *τὸ* deest. Idem l. 10. *οὔτε* pro *οὐδὲ*, receptum a *Cor.* et pro *ἐμμετρ.* Par. 3. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. *ἐμέτρ.* Mosc. Tz. aliquoties *Νάρβ.* pro *Ναρβῶνα*, et Med. 2. l. 15. *τὴν τοιαύτην γ.* Denique l. 18. *μικρὰ* Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Ald. Hopp., quod *Xyl.* mutavit in *μικρῷ*, quem reliqui sunt secuti. In Par. 1. h. v. punctis notatur. Pro *λοιπὸν*, quod spurium visum est *Siebenk.* in MSS. et *Cor.*, et ignorat Vet. Intp., *Schweigh.* e conj. dedit *λεῖπον*, quam amplexi sunt Intpp. Parr. Sed l. 19. pro *καὶ τὸ πλεῖστον μὲν δ.* Par. 3. Med. 1. 2. *καὶ μὴν τ. π. δ.* Mosc. Tz. Paris. Gron. *καὶ μὴν πλ. δ.* Ald. Hopp. *καὶ μὲν πλ. μὲν δ.* Vulg. debemus *Xyl.* FR.

**) Antea in Ald. Hopp. Xyl. fuerat *τριγωνίαν*, sed cum *Casaub.* e Reg. *γων.* dedit *Breq.*, quod omnes codd. habere videntur. FR.

***) Ibid. l. 5. pro *ἐπὶ τούτοις* Par. 1394. *ἐν τ.* quod habet Vet. Intp. et probat *Villebr.* In Esc. *ἐπὶ* deest. FR.

†) Apud *Tzschuck.* e schedis *Bernhardianis* per litteras a *Wei-*

P. 280. l. 18. ἐξ αὐτῶν ὧν εἴρηκας αὐτός] Locus depravatus ac mutilus: nec quicquam opis afferunt scripti. CASAUB.

P. 281. l. 8. οἱ πλεῖστοι λέγοντες] πλεῖστον Par. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Stroz. *qui plurimum asserunt* Vet. Intp., quod arridet *Villebr.* In ed. *Schweigh.* deest λέγοντες. Tum φασὶ correxit Xyl.; nam Ald. Hopp. Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Vat. A. B. φησί. Sed l. 14. ἀπολείπειν confirmant Med. 1. Vet. Intp. Gron. Esc. Mosc. et Reg. quo duce exhibuit *Breq.* *) FR.

[¶] P. 282. l. 6. περὶ τριςχιλίους] Germanicae editiones ἐπὶ habent pro περί. Eum errorem passim in iis editionibus reperies: libro quidem primo plusquam vigesies. Manavit hic error ex non intellectis notis Aldini codicis pro περὶ et pro ἐπί. [V. T. VII. p. 194.] CASAUB.

P. 282. l. 6. Οὐ καλῶς] Perspicuum, et interpres recte. Nam corrector mendam οὐκ ἄλλως secutus, voluit videri diligens. Paulo post Γαλατικοῦ κόλπου legebatur, ubi Ἀδριατικοῦ secutus superiora reposui. non

---

gelio missis notatur „leg. πεδωνῆς." Hoc *Tzschuck.* ipse probat ad Strab. T. III. p. 245., nempe propter frequentem permutationem v. παιδίον et πεδίον, de qua cf. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de Comp. p. 395. *Boisson.* ad Marin. Vit. Procl. p. 69. *Tzsch.* ad Strab. T. III. p. 602. T. IV. p. 188. 207. 279. T. V. p. 575. In Par. 1. h. v. punctis notatur, in Mosc. ε supr. a m. rec. additum, unde *Cor.* scripsit πεδικῆς. Quam vocem penitus ignoro. Intpp. Parr., suspicati μεριμνῆς vel πεδιμῆς, tandem in vulg. acquiescunt, quam tuetur *Schweigh.* e Polyb. IX, 21, 4. τὰ ἐν τοῖς παιδικοῖς μαθήμασι παραδιδόμενα ἡμῖν διὰ τῆς γεωμετρίας, (Add. IX, 21, 9. γνοίη δ' ἄν τις ἐκ τοῦ φαινομένου παιδικῶς ὅπως τὸ λεγόμενον.) et explicat *prima geometriae elementa, quae vel pueris nota sunt*, ut fecit *Breq.* et *Penzel.* Sed *Siebenk.* in MSS. reddidit *mensura artificiali.* Ex l. 17. ἡ πεῖρα *Villebr.* conjecit πραγματικῆς. Vet. Intp. *ex commensuratione doctrinali.* FR.

*) Ibid. l. 16. τῆς Ῥοδίας] *Breq.* h. l. vituperat Intpp., qui vertunt *ad Rhodiam.* Nam saepius *Rhodus* insula sic vocatur. V. L. XIV. T. V. p. 589. et p. 737. ἡ Ῥοδίων νῆσος. Paulo post aliquoties redit ἡ Ῥόδια. De forma Σαλμώνιον, quod L. X. aliquoties dicitur Σαμώνιον, cf. *Casaub.* ad T. IV. p. 227. *Tzschuck.* ibid. p. 207. et ad Mel. II, 7, 12. p. 799. not. exeg. *Wetsten.* ad N. T. T. II. p. 639. — Veterum opiniones de longitudine Cretae admodum sibi repugnant: v. *Rennel.* ap. *Bredow.* in Untersuch. etc. T. II. p. 386. sq. et inprimis *Tzschuck.* ad Mel. l. l. p. 802. FR.

tamen non observavi infra etiam aliquoties *Γαλατικοῦ* legi. XYLAND.

Οὐ καλῶς legendum cum interpretibus. *) CASAUB.

P. 282. l. 17. *ἀπὸ τοῦ μυχοῦ Γαλατικοῦ κόλπου*] Erraverunt hoc loco operae nostrae, Xylandri editionem secutae. Nam quum Aldi codex itemque prior editio Germanica, nec non manu exarati codices omnes habeant *Γαλατικοῦ*, non *Ἀδριατικοῦ*: Xylandro tamen ita placuit hunc locum non emendare, sed depravare: quod profecto factum nimis confidenter. Nos vero ita religiosi hac in parte fuimus, ut ne certissimas quidem emendationes in contextum recipere ausi simus, ubi videbatur lectio, quam interpres secutus esset, posse ulla ratione tolerari. Legendum igitur *ἀπὸ τοῦ μυχοῦ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου*: quam lectionem praeter omnium codicum consensum, confirmant similes loci hoc ipso libro. Paullo post [T. I. p. 305.] *οἵ τε πλέοντες τὸ μέγιστον διάρμα ἀπὸ τῆς Κελτικῆς ἐπὶ τὴν Λιβύην εἶναι τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου σταδίων πεντακισχιλίων.* Iterum mox in descriptione maris Mediterranei [T. I. p. 326.] *πλάτος δὲ τὸ μέγιστον ὅσον πεντακισχιλίων σταδίων τὸ ἀπὸ τοῦ Γαλατικοῦ κόλπου μεταξὺ Μασσαλίας καὶ Ναρβῶνος ἐπὶ τὴν κατ' ἀντικρὺ Λιβύην.* Xylandrum fefellit, quod paullo ante videret, fieri sinus Adriatici mentionem: verum id nihil ad rem. Neque hoc refertur, ut reprehendatur: sed utitur hoc argumento adversus Polybii superiorem disputationem. **) CASAUB.

P. 285. l. 1. *λέγεσθαι τοῦτο, ἢ πολὺ*] Quum nec praecedat, nec sequatur, quo referri possit *ἢ*; expungendum videtur, aut scribendum ejus loco *τοῦτο, τὸ, πολὺ*,

*) Ita et *Breq.* Quanquam Reg. et Parr. 1397. 1408. vulg. retinent, major tamen codd. pars veriorem lectionem prae se ferre videntur, cui suffragantur etiam *Intpp. Parr.* cum *Cor.* Antea l. 2. post *Παχύνου* inferciunt *δ'* Par. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc., post *ἀπὸ* collocat Stroz. *δὲ* et l. 8. ordinem sic mutant *σχεδόν τε ἴδρυται* Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. Tz. Tum habent *τῇ διὰ Βυζ.* Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. Ald. pro *τῷ δ. Β.* et l. 10. *Cor.* cum Med. 2. *τοῦ* adjecit ante *παράμου*. Sed, si sibi constare voluisset, idem aliquoties ante faciendum erat. FR.

**) In retinenda constanti codd. lectione *Casaub.* omnes edd. sequuntur. Sed in ed. Sieb. addendum, quod reliquae habent, *τοῦ* ante *Γαλ.* Vidit hoc etiam *Paetz.* FR.

at statim τοῦτο οὐκ εὖ — τὸ, πλησίον: nisi quis forte crediderit, fuisse τοῦτο ἤδη, πολύ. *) Paetz.

Tum l. 3. Med. 2. στενῶν e corr. pro στηλῶν, et l. 4. pro Σαρδῶνος Esc. Mosc. Σαρδόνος, quod placuit *Cor.* **) Paulo post Σαρδονίῳ per ῶ Med. 1. 2. *Cor.* item l. 13. Λύκυρραν cum *Breq.* e Reg. dedit pro Κέρ. Fr.

[?] P. 284. l. 4. μὴ μείζω τῶν ἑξακισχιλίων σταδίων] Tam facile nobis fuit jampridem hunc locum emendare ex aliis ejusdem auctoris locis, quam facile fuit interpretibus labi atque errare cum vulgatis codicibus. Legendum enim esse ἑξακισχιλίων, non ὀκτακισχιλίων, non dubitabis, si vel initium lib. tert. [T. I. p. 565.] consuleris. Atque ita legi in tribus codicibus antiquis, testatur Henrici Stephani liber. ***) Casaub.

P. 284. l. 6. ὀκτακισχιλίων σταδίων †) τίθησι] Insignis sane hic Polybii error, siquidem ὀκτακισχιλίων scripsit. neque aliter tamen libri manu exarati. Casaub.

P. 284. l. 15. φήσας τὰ ἔξωθεν αὐτῆς] Locus est depravatus. Legebam αὐτήν. Sed malo, ut in quibusdam scriptis, τὸ ἔξωθεν αὐτῆς. ††) Casaub.

P. 284. l. 16. τούτων οὖν ἐκλαθόμενος] Vel οὖν legendum, non οὐκ, ut vulgo: vel omnino tollenda †††) haec vocula, ut in quibusdam scriptis libris. Casaub.

P. 284. l. 17. κατὰ τὴν τῆς Λιβύης περίοδον] Magis usitate dixisset περιήγησιν, vel περιοδείαν, ut infra, ἐν τῇ τῆς Λιβύης περιοδείᾳ. Casaub.

P. 285. l. 1. Τὸ μῆκος τῆς Εὐρώπης] Novae disputationis initium. An autem haec ad Eratosthenem, an ad

*) Hoc prorsus abhorret a sensu scriptoris. Nam, ait, aut illud falsum est, quod dicitur, aut Libyae ora ad septentrionem magis vergit. Perspicuum hoc est tabulam Eratosthenis inspicienti. Fr.

**) Sic scribit Eustath. ad Dionys. v. 82. et ad Hom. Odyss. T. p. 1893, 11. Rom. cf. *Tzschuck.* ad Mel. II, 7, 19. p. 880. Fr.

***) Haud aliter *Breq.* e Reg. et Vet. Intp., quibus accedunt Par. 1. 2. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc., quorum auctoritas valuit ap. Siebenk. Intpp. Parr. Cor. V. etiam *Ukert.* in Geogr. T. I. P. II. p. 258. Fr.

†) Vox σταδίων deest Esc. Mosc. Ven. A. Vat. B. Stror. Tum l. 13. in Ald. Hopp. post αὐτῆς legitur ὁ, deletum a Xyl. Fr.

††) Par. 1. ead. m. sup. τά, quod placuit Intpp. Parr. Cor. Schweigh. vero scripsit τό. Fr.

†††) Fecit hoc cum Reg. *Breq.* et cum Par. 1. 2. 3. Med. 1. Mosc., quibus addo Ven. A. Vat. A. B. Vet. Intp., *Cor.* Fr.

Polybium pertinent? Polybium, opinor. Lego verò *Καὶ τὸ μῆκος δὲ τῆς.* *) Casaub.

P. 285. l. 5. *ὁ δὲ Τύναϊς ῥεῖ*] V. *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 566. *Tzschuck.* ad Mel. I, 19, 18. p. 639. not. exeg. Tum l. 6. pro *τῶν συναμφω* Par. 1. 2. 3. Mosc. Tz. Vat. A. B. Ald. Hopp. Xyl. *τοῦ σ.*, quod revocavit *Cor.* Tum *Schweigh.* legendum ait *τῷ μεταξύ.* Fr.

[P] P. 285. l. 16. *ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ἴστρον τόπων*] Vide lib. XI. Notabis *οἱ μὲν* non sequente *οἱ δὲ*, quod non caret exemplo. **) At in libro soceri, ex tribus antiquis codicibus hic locus sic legebatur, *οὐκ ἄξιοι δὲ λόγου οἵτινες εἶπον ἀπὸ τῶν*, sublatis vocibus *οἱ μέν.* quam lectionem veram puto. ***) Casaub.

P. 286. l. 3. *οἱ δὲ τῷ Ταν.*] Ita Par. 3. Med. 1, 2, Esc. Par. 1594. 1408. Vet. Intp. Cor. cum Intpp. Parr. †) Tum l. 4. post *οὔτε* deest *δὲ* Par. 1. 3. Med. 2. Mosc. Tz. Vat. B. Ald. Hopp. Xyl. Deinde l. 10. post *τούτοις* additur *τοῖς* a Par. 1. 2. Mosc. Vat. A. B. Stroz. Fr.

P. 286. l. 13. *εἴρηται γὰρ καὶ τοῦτο*] Atque ita multi censuerunt, ut Theophanes Mitylenaeus historicus, et Dionysius Periegetes. [v. 660.] Vide ad lib. XI. [T. IV. p. 372.] Casaub.

P. 286. l. 17. *ὡς ἂν ἐπὶ ταὐτοῦ μεσ.*] Scribo cum vett. *ἐπὶ ταὐτοῦ.* ††) Casaub.

P. 287. l. 2. *καὶ αὐτὴ*] *αὕτη* Mosc. Tz. Tum *δεῖ* habent Med. 1. Eton. Mosc. Vet. Intp. et Reg., unde edidit *Breq.* et *Cor.* Porro †††) pro *δυοῖν* Par. 3. *δυαῖν*,

---

*) *Cor.* dedit *Καὶ τὸ μ. τ. Βύρ.* Intpp. Parr. h. l. lacunam suspicantur. Tum l. 2. pro *ἐκτοθεὶς* Par. 1. 2. 3. Esc. Mosc. Stroz. *ἐκθεὶς*, quod recepit *Cor.* *Τὸ δὲ μ.* dedit *Schweigh.* e conj. Fr.

**) V. quos laudat *Dorvill.* ad Charit. p. 285. Lips. et alios. Fr.

***) Sic Eton. Esc. Mosc. Vet. Intp., quod recepit *Cor.* Fr.

†) Antea vv. *καὶ Τυανις* adventitia habet *Penzel.* T. I. p. 301. Sed de Hypani veteres diversa tradunt: cf. *Tzschuck.* l. l. II, 1, 6. p. 31. Intpp. ad Herodot. IV. c. 51. sqq. Fr.

De Borysthene et Hypani vid. Mart. Opitius in Varr. Lectt. lib. VI. Almel.

††) Obsecutus est *Breq.* et reliqui. In Par. 1. marg. idem notatur. Antea vulg. *τὰ τοῦ.* Vet. Intp. *ad incumbentem meridianum.* *Tyrwhitt.* praeterea *ἡ* inserendum censuit ante *παρα.* receptum ab *Intpp. Parr.* et *Cor.* Fr.

†††) Ibid. l. 9. Tyrwh. *τμῆμά τι* probat *Schweigh.* ad Polyb. T. 5. p. 566. Tzsch.

Med. 1. Mosc. Cor. *δυεῖν* et l. 11. pro *μεταπιπτούσις* Mosc. Tz. Ald. Cor. — *οἷς*. Verba *οὐκ ἔχοντα* desunt Par. 3. Mosc. Ven., post addita in Med. 1. Tum l. 15. Mosc. Tz. invertit ordinem *θερμή τε καὶ χειμ.* *) et Par. 1. *καθ' αὐτὸ* pro *αὐτήν*. **) Fr.

P. 289. l. 4. *ἐν ᾧ τὰ Γάδειρα*] Par. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Ald. Hopp. quod non probat *Breq.* Nam, ait, Gades in sinu jacent, non in promontorio. Sed revocavit *Cor.* Tum l. 9. pro *ἄλλην* Med. 2. Ald. Hopp. Par. 3. et e corr. Med. 1. *ἄλλου*, sed Par. 3. sup. *ἄλλην*. Dein l. 14. pro *περιοδίᾳ Cor.* e Par. 3. — *δεῖᾳ* dedit, et l. 16. *ἱκανοὺς εἶναι* desunt Eton. Fr.

[¶] P. 290. l. 1. *Ἐπεὶ δὲ τοῖς πρὸς ἐκείνους*] Hic incipit tertia et ultima pars horum librorum: quae, ut initio lib. pr. diximus, tota est *κατασκευαστική*: continetque praeclaram rerum Geographicarum *καθολικὴν ὑποτύπωσιν* sive informationem. Capita praecipua sunt haec. De principiis Geographiae, et ratione describendae *τῆς οἰκουμένης* cum in plano tum in sphaera. Brevis primum maris Mediterranei: deinde trium cognitarum orbis partium, Europae, Asiae, Africae, *περιήγησις*. De climatibus brevis disputatio. Quae omnia Deo favente copiosius alias interpretabimur. ***) Casaub.

P. 290. l. 1. *τοῖς πρὸς ἐκείνους λόγοις*] Hoc est *τῇ ἐστώσει*. Ita enim partem secundam proprie appellaveris. hanc autem tertiam, *διόρθωσιν*. Ptolem. *Τφην*. lib. pr.

---

*) De toto h. l. cf. *Köler.* Geogr. Vet. T. I. p. 282. sq. Fr.

**) P. 288. l. 1. *ἄλλῃ*] *ἄλλην* Par. 3. Tum l. 5. *δ'* ignorat Mosc. Tz. et pro *ἤ*, quod deest Med. 2. Mosc. Paris. Vet. Intp. Ald. Hopp., Med. 1. *καί*. Tum l. 7. *περὶ αὐτῶν Ἐρ.* Med. 1. Mosc. Tz. et l. 11. Ven. *Ἀδρία*, Par. 3. *καὶ τοῦ Ἀδρίου*. Porro l. 14. pro *Μαλέαν* Med. 1. Mosc. Stroz. *Μαλέας*, quod assumsit *Cor.* et l. 16. *τὸν* ante *Σ.* non habent Par. 3. Mosc. Tz. Denique vero *Gossell.* ad h. l. propter sextuplicem divisionem mox commemoratam librariorum errore sextam partem hic omissam et sic revocandam esse censet, ut Maleas tertiae, Sunium quartae, Chersonesum Thraciam quintae, et Cimmerium bosporum sextae tribuat. Fr.

***) Verba *τῆς ἡμετέρας — δεῖ* l. 2. al. m. scripta sunt in marg. Par. 1. Tum l. 3. *λέγωμεν* diserte cum *Cas.* Mosc., quod et *Cor.* habet. Edd. vett. et Alm. *λέγομεν*. Deinde l. 4. *φυσικῶν* et *μαθηματικῶν* Par. 3. sed utrinque supra scr. *ως*. Postremo l. 11. pro *μή τι γε* Par. 1. Eton. *μή τοί γε*. Fr.

cap. 18. *Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμέν τισιν ἐνστασιν προχειρίσασθαι καὶ μὴ διόρθωσιν* etc. CASAUB.

P. 290. l. 6. *Εἴρηται γὰρ, ὅτι*] Libro superiore non procul ab initio, ubi eadem fere verba reperies. CAS.

[P] P. 291. l. 5. *γεωγραφικὴν ἔχει τὴν παράδοσιν*] Longe praeter auctoris mentem haec interpretatur Xylander. De eo enim accipit, qui docet Geographiam: quum ad ejus auditorem potius, et eum, qui docetur, pertineant: quem ait oportere *μαθηματικῶς ἀκούειν τῶν λεγομένων*: quod pluribus alias planum faciemus.*) CAS.

P. 292. l. 2. *ἐπισκοπεῖ μέν ἄν τι*] *ἐπισκοπῶ μέν ἄν τις Breq.* e Reg. Optativum assumsit etiam *Cor.* e Med. 2. — *πεῖ* Par. 1. sed al. m. sup. *ν*. Verba *ἔχει — διαπτώματα* sunt in marg. Med. 2. Pro voce posteriore Intpp. Parr. *ἴδια δόγματα* legerunt idemque *Siebenkeesium* voluisse suspicantur in versione. Nihil moratus recepit *Cor.* Tum l. 6. Par. 3. ordinem mutat *ἰδ. τ. λεγ.* **) FR.

P. 292. l. 7. *οὐδὲ γὰρ θεριστῇ καὶ σκαπανεῖ*] Proverbiale loquendi genus. Sic libro III. [T. I. p. 421. ubi v. *Casaub.* p. 237. ed. Alm.] *Ὥστε οὐ μόνον τὸν ποιητὴν σκαπανέως ἢ θεριστοῦ δίκην ἐκ πάσης τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης ἐξέβαλον.* ***) Tale est Catulli illud, quod primi videmur animadvertisse, (Carm. XXII. v. 9.)

> Haec quum legas, tum bellus ille et urbanus
> Suffenus, unus caprimulgus aut fossor
> Rursus videtur.

CASAUB.

---

*) Med. 2. l. 7. *κατίμφεσιν* e corr. pro *ἀντίμφ.*, ut infra l. 14. Tum l. 9. Mosc. Tz. Par. 1. 2. 3. *ἄστρων* pro *ἀστέρων*. V. ad T. VII. p. 211. et Mosc. Tz. l. 10. serie immutata *παρ. δεῖ ἀεί*. Deinde l. 11. *Cor.* cum Vet. Intp. *ἢ* ante *ὀδυνῶν* pro *καὶ*, et l. 13. Mosc. Tz. cum Edd. Ald. Hopp. Xyl. *ταῦτα* pro *ταυτά*. Porro l. 15. *τὸν* ante *ἥλιον* desideratur in Med. 1. Mosc. Tz. Paris. Vat. A. B. et l. 17. Par. 3. et e corr. Med. 1. *αὐτῶν* pro *αὐτῷ*, sed ille in marg. *εἰμαι αὐτῷ*. Mosc. *περὶ τὸ* pro *πρὸς τὸ πρ.* FR.

**) Ibid. l. 16. *Τὸν δὲ μὴν γ.*] *Τὸν δὲ μὴ* Hopp. natum ex Ald. *Τὸν δὲ μὴ* (sic), ubi *ν* excidisse videtur. *Τὸν μὴν δὴ* Par. 3. *Τὸν μὴν γ.* Esc. *profecto* Vet. Intp. *Τὸν μὲν δὴ* Med. 1. Mosc. Tz., quod placuit *Cor.* Tum vero *Breq.* inficete *δὴ* pro *δεῖ* e Reg. recepit. FR.

***) Sic Aristoteles ap. Aelian. V. H. IX, 23. ad medicum: *μήτε ὡς βουλάτρῃ με θεράπευε, μήτε ὡς σκαπανέα, ἀλλὰ διδάξας πρότερον τὴν αἰτίαν*. FR.

[P] P. 293. l. 2. *Ἡ δὲ φυσικὴ ἀρετή τις*] Ait *τὴν φυσικὴν* esse *ἀρετὴν ἀνυπόθετον*, hoc est, quae non nitatur aliis hypothesibus vel aliunde petitis principiis. qua in re non est dubium sequi eum auctores Stoicae sectae, quorum scripta hodie amisimus. Aristotelis quidem sententia longe alia est. Sic ille *τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ* lib. III. *Καθάπερ οὐδεὶς τῶν κατὰ μέρος ἐπισκοπούντων ἐγχειρεῖ λόγον τὶ περὶ αὐτῶν, εἰ ἢ ἀληθῆ, ἢ μὴ, οὔτε γεωμέτρης, ἢ ἀριθμητικός. ἀλλὰ τῶν φυσικῶν ἔνιοι, εἰκότως τοῦτο ποιοῦντες. μόνοι γὰρ ᾤοντο περὶ τῆς ὅλης φύσεως σκοπεῖν, καὶ περὶ τοῦ ὄντος. ἐπεὶ δ' ἔστιν ἔτι τοῦ φυσικοῦ τὶ ἀνωτέρω (ἐν γὰρ τι γένος τοῦ ὄντος ἡ φύσις) τοῦ καθόλου, καὶ τοῦ περὶ τὴν πρώτην οὐσίαν θεωρητικοῦ, καὶ περὶ τούτων ἂν εἴη ἡ σκέψις· ἔστι δὲ σοφία* (lego *φιλοσοφία* ex aliis Aristotelis locis) *τὶς καὶ ἡ φυσική, ἀλλ' οὐ πρώτη.* Vide et initium lib. V. ubi diligenter distinguitur *ἡ πρώτη φιλοσοφία ἀπὸ τῆς φυσικῆς.* *) Casaub.

P. 293. l. 6. *τοιαῦτά ἐστι*] Relata etiam lib. pr. ubi vide quae notavimus. Casaub.

P. 293. l. 13. *ὁμοταχεῖς τῷ πόλῳ*] Scripti quidam libri *τῷ ὅλῳ.* **) Casaub.

P. 294. l. 5. *προστίθενται τὰς τῶν ἀστρονομικῶν καὶ τῶν φυσικῶν δόξας*] *Breq.* e Reg. dedit *ταῖς τ. ᾳ. κ. τ. ἀ. δόξαις, ταῖς δὲ* etc. Dativum recepit *Cor.* confirmatum ab Eton. Vet. Intp. ***) Hic cum Mosc. Tz. Vat. A. B.

---

*) Mosc. Stroz. Par. 1. 2. l. 5. *τούτων* pro *πάντων*. Epit. *τὰς πίστεις ἁπάντων*. De varia vocum *κόσμος* et *οὐρανός*, quae statim sequuntur, significatione v. *Naeke* Sched. Crit. p. 10. sqq. et quos sistunt *Ast.* ad Plat. Legg. T. II. p. 606. et *Spohn.* ad Isocr. Panegyr. p. 136. *Falc.* laudat ad h. l. Cic. N. D. II, 18. Plin. H. N. I, 2. Tum l. 8. Med. 2. e corr. *τούτῳ* pro *τοῦτο* et l. 9. *μὲν*, quod post *ὁμόσαντος* est, in Mosc. Tz. Paris. Ald. Hopp. ante *οὐρανῷ* legitur; deinceps vero *Cor.* et Mosc. Tz. *αὐτὴ*, non *αἰεὶ*. *Villeb. κατὰ τοῦ οὐρ.* legendum censet pro *καὶ τ. οὐρ.* Fr.

**) Sic *Breq. Intpp. Parr. Cor.*, quanquam nostri codd. nihil habent varietatis. Quanquam *πόλος* nonnunquam dicatur de toto coelo (Schol. ad Aristoph. Av. 179.), Intpp. Parr. tamen Strabonem sensisse putant cum Posidon. ap. Diog. Laert. VII, 144. *τῶν μὲν ἄστρων τὰ μὲν ἀπλανῆ συμπεριφέρονται τῷ ὅλῳ οὐρανῷ.* Denique l. 17. Eton. Mosc. Vet. Intp. *τεταγμένων* pro *τεταμένων*, de qua confusione v. T. VII. p. 318. Fr.

***) De locutione *προστίθεσθαί τινι* v. *Hemsterh.* ad Schol. Aristoph. Plut. p. 351. Fr.

commendat etiam mutationem verborum φυσ. et ἀστρ. Fr.

[P] P. 295. l. 3. περὶ τῶν τροπικῶν καὶ τῶν ἀρκτικῶν] Trajectio in his verbis ab imperitis librariis commissa ita totum locum obscuravit, ut ab ejus sententia procul Xylander aberret. Lege igitur cum vett. lib. *) Τὸν δ' αὐτὸν τρόπον καὶ περὶ τῶν τροπικῶν καὶ περὶ τῶν ἀρκτικῶν, παρ' οἷς εἰσὶν ἀρκτικοὶ, διορίζουσιν. Sententia non est obscura: addit Geographus illa παρ' οἷς εἰσὶν ἀρκτικοὶ, quia non omnes circulos arcticos agnoscunt: qua de re dictum est in superioribus ab eodem. Casaub.

P. 296. l. 3. ὑριστερᾷ] H. l. in Alm. ed. deest δ'. Tum l. 5. *Breq.* e Reg. addidit τῷ ante βορείῳ, adstipulantibus Par. 1. 2. Med. 1. 2. Esc. Mosc. *Cor.* Sed habet etiam Ald. Deinceps in ed. Sieb. excidit ἐν ante ἀμφ., quod et *Cor.* addere neglexit ex prioribus edd. Tum l. 6. μέσον μὲν μεγάλοι ποταμοὶ, ὠκεανὸς μὲν πρῶτα valde vexarunt *Breq.* legendum censentem μεγάλοι πω τομοὶ h. e. *magna intervalla.* Sed sunt haec Homeri Odyss. *A*, 157. sq., ut bene docuerunt Intpp. Parr. Hinc *Cor.* e Par. 3. 1408. Mosc. pro μέσον recepit μέσῳ s. μέσσῳ. V. *Tzschuck.* ad L. XV. T. VI. p. 52., ubi eadem Strabo sua fecit. Denique l. 16. Mosc. τούτοις pro τούτους idemque Tz. ἀνευρίσκοι pro ἂν εὑρ. **) Fr.

[P] P. 297. l. 14. μὴ ***) ἱκανῶς] Legebatur μὲν, cui particulae nihil redditur, ita ut stare non possit. tum non quid priores recte, sed quid non recte docuerint, ostendi debet. Ab insequente periodo nonnullos librum tertium †) auspicari, erat nescio a quo [Hopp. Marg.]

---

*) Sic edidit *Breq.* e Reg. et Vet. Intp., quem sequitur *Cor.* Consentit etiam Mosc. Tz. Tum l. 5. Med. 2. e corr. ἄλλως pro ἄνω et l. 9. post οὐρανίων *Cor.* inseruit τε ex Med. 1. 2. Esc. Mosc., quod *Breq.* jam reduxerat e Reg. Sed l. 11. Mosc. ἔστας, ut paulo post, pro ἔστι, et l. 16. Par. 3. Med. 1. Mosc. Tz. Vet. Intp. sic mutant ordinem verborum: ἀπὸ τῆς ἀνατ. βλέπ. ἐπὶ τ. δ. Fr.

**) P. 297. l. 1. post πόλον Epit. addit διάστημα idemque l. 3. μέγιστον κύκλον pro περίμετρος. Tum l. 9. Mosc. Tz. Par. 2. 3. Med. 1. male τὴν οἰκ. καθ' ἡμ. pro τ. κ. ἡ. οἰκ. et l. 11. mutato ordine τοῦ γ. τοῦτο iidem cum Par. 1. Fr.

***) Hoc tenuerunt omnes editores a codd. et Vet. Intp. comprobatum. Fr.

†) Factum hoc est in Eton. Vat. A. B. Stroz. Bemb. Vet. Intp. Fr.

annotatum. Nos de divisione librorum diximus alibi: hîc nihil muto. XYLAND.

Quia incipit Geographus hoc loco docere lectorem principia Geographiae, placuit quibusdam separare hanc partem a superioribus: nam etiam in veteribus quibusdam codicibus hîc constituitur libri tertii initium. Mihi vero haec partitio non probatur. Is enim est duorum istorum librorum ordo, eaque dispositio, ut sequentia a superioribus non recte separari queant. CASAUB.

P. 298. l. 6. τεταμένος] τεταγμένος Par. 1. 2. 3. Gron. Mosc. Stroz. Vet. Intp. V. supra. Receperat tamen *Breq.* Tum l. 8. Paris. Med. 2. e corr. διὰ τὸν πόλον, et l. 17. Par. 2. 3. Med. 1. 2. Vat. B. Mosc. Tz. Ald. Hopp. Xyl. ὁποτέρων pro ὁποτέρῳ, sed in Mosc. ν linea transversa deletur. FR.

P. 299. l. 1. εἴρηται γὰρ ὅτι καὶ τῇ αἰσθήσει καὶ τῷ λόγῳ δείκνυται τοῦτο] Paullo aliter legebatur hic locus in Aldino codice. *) Sed ita esse legendum, ut emendavimus, etiam sine veterum codicum ope facile fuit videre. Lectorem enim Strabo ad lib. pr. rejicit: quem si consulat vel puer, intelliget, sic omnino esse legendum. Sic ibi Strabo [T. I. p. 12.]: Ὅτι δὲ ἡ οἰκουμένη νῆσός ἐστι, πρῶτον μὲν ἐκ τῆς αἰσθήσεως καὶ τῆς πείρας ληπτέον. Mox: Καὶ ἅπου δὴ αἰσθήσει λαβεῖν οὐχ ὑπῆρξεν, ὁ λόγος δείκνυσι. Xylandri negligentiam nemo sanus hoc loco excusaverit. **) CASAUB.

P. 299. l. 4. συγχωρεῖν] Malim cum veteribus libris quibusdam συγχωρεῖν. ***) CASAUB.

P. 299. l. 7. ἡ γῆ] Legi ex sensu ἡ pro ἡ, et ὁ pro οὐ. XYLAND.

[?] P. 300. l. 2. ἐφαρμόττοντα] Forte ἐφαρμόττοντας, ut ἀφελόντας modo. CASAUB.

---

*) In Ald. Hopp. Xyl. legitur καὶ ὅτι τῇ αἰσθήσει, τῷ λόγῳ δ. Cum *Cas.* facit etiam Vet. Intp. FR.

**) Tum l. 3. pro οὐδὲν Ald. Hopp. Xyl. Vet. Intp. Par. 3. Med. 1. 2. οὐδέ, quod correxit *Cas.* Deinde vero ἤ ante ὅπερ agnoscunt Par. 3. Med. 1. 2. Eton. Mosc. Esc. Vet. Intp. *Breq.* jam e Reg. et vett. editt. h. v. reduxerat. FR.

***) Sic Par. 1. Stroz. et *Breq.* cum *Cor.*, qui l. 9. pro ἐᾷν cum Vet. Intp. dedit ἐᾷ. Tum l. 17. ἐν ᾧ δὴ pro δεῖ Par. 3. v. εἰκ. π. Mosc. Tz. FR.

P. 500. l. 3. *καὶ τοῦ ληφθέντος παρ.*] Scribe, *καὶ τοῦ ληφθέντος.**) CASAUB.

P. 500. l. 8. *ὅμοιον*] Vertebrae superficiei similis. nisi enim admodum erro, pro *μεῖον* legi debet *ὅμοιον*. XYLAND.

In Edd. *μεῖον*, non *μοῖον*, ut habet *Siebenk.* Par. 1, marg. *ἥμισυ*, quod conjectura assecuti sunt Intpp. Parr. ex Stroz. *ἥμιον.***) *Cor.* retinuit *ὅμοιον*. FR.

P. 500. l. 10. *ἐλάττων ἢ ἥμισυ*] Scribe, *ἐλάττων*. CAS.

Breq. mavult *ἔλαττον — μέρος*, ut Vet. Intp. *minor quam dimidium quadrati pars.* Neque aliter Par. 1394. 1395. Tum Par. 3. et e corr. Med. 1. *παρακεχυμένης* pro *περιχ.* et l. 14. pro *μόυρον* Par. 1. 2. 3. Med. 1. Eton. Mosc. Vat. A. B. *μείουρον.****) Caeterum obscuritati, qua h. l. premitur, *Paetz.* in Not. MSS. ita mederi studet, ut pro *τρίτου* legat *ἀπειρίτου*. Intpp. Parr., repudiata *Breq.* conjectura *τοιούτου*, quam haud dubie ex ejus notis MSS. hauserunt, Strabonem putant triplici ratione uti voluisse: *ἐκ γεωμετρίας, τοῦ πλήθους τῆς θαλάττης, καὶ τρίτου* †) *τοῦ μήκους καὶ πλάτους τοῦ μεγίστου.* FR.

---

*) Ita *Breq.* e Reg. et Med., quibus addo Par. 1. 2. Med. 2. Esc. Mosc. Tum l. 5. et infra Reg. et Med. 1. *σπόνδυλος* pro *σπόνδολος*, unde *Breq.* conj. *σπονδεῖον* ex Athen. p. 488. Quod etsi damnant Intpp. Parr., Strabonem tamen male *vertebris spinae dorsi* plenam circuli formam dedisse putant. Sed est etiam *verticillus nentium feminarum* (nos *Wertel*; gall. *peson de fuseau.*), unde Philipp. Thessal. Ep. XVIII, 4. dixit *νῆμα σφονδυλοδίνητον*, ubi cf. *Jacobs.* T. IX. p. 162. V. *H. Steph.* Thes. Gr. L. T. III. p. 962. sq. *Schneid.* s. h. v. affert e Mathem. vett. *σφονδύλους μεγάλους* h. e. *lapides rotundos.* Deinde l. 7. pro *δηλονότι* Par. 1. 2. 3. Mosc. Tz. *δῆλον ὅτι*, ut solent codd. V. *Sylb.* ad Aristot. Metaph. p. 19, 6. FR.

**) Huic conj. ponderis aliquid adjicitur ab Epit. *γίνεται τὸ περιλειπόμενον σχῆμα ἥμιον σπονδύλου, οὗ ἡ ἐπιφάνεια, χλαμυδοειδὴς οὖσα, ποιεῖ τὴν καθ' ἡμᾶς οἰκουμένην, περιπλυζομένην τῷ Ἀτλαντικῷ πελάγει, ἤτοι νήσου δίκην, ἢ κατὰ τὸ πλεῖστον μέρος περιπλυζομένην.* In eo autem errant Intpp. Parr., quod *ὅμοιον* dativum requirere ajunt: v. supra ad T. VII. p. 501. et *Schaef.* Melet. Crit. Sp. I. p. 134. FR.

***) V. de orthographia *H. Steph.* Thes. L. Gr. T. II. p. 993. sq. Eustath. ad Hom. Il. *M.* p. 900, 8. Rom. FR.

†) *Gossell.* ad h. l. legendum esse dixit: „qui réduit sa longueur au tiers de la circonférence du parallèle sous lequel il est situé." FR.

P. 501. l. 2. *δυναμένη*] — *ένης* Par. 3. Med. 1. 2. *Ἑρμείαν θαλάσσης* illustrat *Dorvill.* ad Charit. p. 363. Lips. Fr.

P. 501. l. 8. *πλέον ἂν εἴη ἢ τὸ λοιπόν*] Putabam legendum esse *πλέον ἂν εἴη ἢ τὸ λοιπόν.* Sed hic locus gravius laborat, quam ut facile sanari queat sine auxilio meliorum librorum. Interea nihil muto. *) Casaub.

Ut lectores facilius de tota re judicare possint, rationes a *Gossellino* initas cum figura ab eo depicta apponamus:



superficies terrae habitatae ghik	1714,000,000	st.
reliqua pars quadrilateri abef vel partes inhabitatae agei et hbfk	1296,000,000	—
superficies zonae inhabitabilis efcd	1100,000,000	—
superficies totius quadrilateri abcd	4110,000,000	st. **)

Fr.

*) *Breq.* vulgatam retinens sic explicat: „Concludit Strabo: ergo ex supra dictis sequitur, reliquum superficiei, de qua agitur, spatium, (demta scil. terra habitabili) amplius esse ea superficiei parte, quam terra habitabilis occupat; quod erat demonstrandum." Ultima periodi verba in vers. omisit *Penzel.* T. I. p. 319., qui excidisse quaedam putat, ita, ut haec sit Strabonis sententia: spatium zonae torridae et maris superat magnitudine dimidiam partem quadrati, et terra habitabilis non tantum occupat spatii, quantum dimidia pars quadrati complectitur. *Cor.* scripsit [*οὗ*] *πλέον ἂν εἴη τοῦ λοιποῦ.* Intpp. Parr. pro *ἔχον* legerunt *ἔχει* et *καὶ πλέον:* sed fortasse antecedentia accipi possunt absolute. Fr.

**) Ibid. l. 14. *οὕτως ἔχειν*] V. *ἔχειν* addidit *Breq.* e Reg. et vett.

P. 301. l. 11. *ἐντεῦθεν δεῖν ποεῖσθαι*] Scripti [Par. 1.] quidam *δεῖ* habent pro *δή*, quidam *δεῖν*, quod melius convenit. *) CASAUB.

[P] P. 301. l. 15. *Ὄντος δὴ κατ' Ἐρατοσθένη τοῦ ἰσημερινοῦ κύκλου*] Vide Macrob. [somn. Scip. I. c. 20.] et Cleom. CASAUB.

P. 302. l. 2. *πεντεκαίδεκα ἑξηκοντάδων*] Veteres circulum in Sphaera maximum dividebant in partes LX. Posteriores vero, quia videbatur commodius, eas partes sexies multiplicarunt, eundemque circulum constituerunt partium CCCLX. At qui in partes tantum LX tribuebant, iis unumquodque *τεταρτημόριον* XV partium erat, *οἵων ὁ ὅλος κύκλος* LX. **) Partes autem singulas Astrologi *ἑξηκοντάδας* appellant, Latini *sexagesimas*: utiturque illa voce etiam Strabo paullo post. Neque dubito ego, doctos viros mihi esse assensuros, eandem vocem hîc quoque restituenti. Nam quid haec lectio sibi vult? *ἑξηκοστὰ σταδίων.* ***) Nimis certum est scripsisse Strabonem *ἑξηκοντάδων*. CASAUB.

Emendandus locus: patet enim, aequinoctialem circulum Eratosthenis in sexaginta tantum partes fuisse divisum, quare quadrans circuli quindecim erit partium. Ab aequinoctiali circulo ad polum tantum patet intervalli, quantum est in quadrante aequinoctialis. Hoc sunt quindecim sexagesimae. Quare legendum *πέντε καὶ δέκα ἑξηκοντάδων, οἵων ἐστὶν ὁ ἰσημερινὸς ἑξηκοντα. Quindecim sexagesimarum, quales habet ae-*

---

edd. (Ald. Hopp. Xyl.), quod confirmant Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Mosc. Tz., sed *Falc.* refert, Eton. Esc. Mosc. habere *ἐκείνην ἔχειν*, idque probat. Vet. Intp. tantummodo *habere*, sed *sic* videtur excidisse. Tum pro *Ὄντος* Par. 1. 3. Strgz. *ὄντως*. FR.

*) *Breq.* vulg. retinet; Intpp. Parr. et *Cor. δεῖν*, ut *Sieb.*, qui tamen in schedis habet *δεῖ*. Vet. Intp. *oportet*. FR.

**) V. *Köler.* Geogr. Vett. T. I. p. 294. FR.

***) Par. 1. marg. *ἑξηκοντάδων*, unde recte fieri putat *Villebr. ἑξηκοστάδων*, errore orto ex syllaba *στάδων* pro *σταδίων*, quam v. penitus ignorat Med. 1. *Breq.* vulg. retinuit, nihil decernens. Epit. loco, qui sequitur, habet *ὧν τὸ ἑξηκοστὸν μέρος γίνεται δὸ σταδίων*. Vet. Intp. h. l. *quindecim sexagesima*, deinde *ex quatuor sexagenis*. *Cor.* utroque loco cum *Sieb. ἑξηκοντάδων*. In vett. edd. Mathematicorum et Astronomorum *sexagesima pars* scribitur hoc compendio ξξ. Hinc facilis lapsus librariorum in voce plene scribenda. FR.

quinoctialis sexaginta. Nam sexaginta sexagesimae sunt in toto complexu circuli aequinoctialis. Recta igitur emendatio ἑξηκοστάδων pro ἑξηκοστὰ σταδίων. Ἡ ἑξηκοστὰς idem quod ἑξηκοστὴ, ut ἑβδομὰς idem quod ἑβδόμη, pars septima. Nam ἑβδομάδες apud Josephum Sabbatha sunt. Corrigebat Casaubonus ἑξηκοντάδων. Sed ἑξηκοντὰς non est sexagesima pars, sed numerus totarum sexaginta partium, ut ἑκατοντὰς non est pars centesima, sed centuria. sic δεκὰς non decima portio, sed decuria. *) SALMAS. *Exercit. Plin. edit. Traject. pag.* 467. *colum.* b. *lit. G.* ALMEL.

P. 302. l. 7. τὸν γὰρ τροπικὸν] τὸν μὲν γ. τρ. *Breq.* e Reg. et Med. edidit, quod habent etiam Par. 1. 2. Esc. Ven. et e corr. Med. 2., unde sumsit *Cor.*, qui l. 11. *ὡς* delendum censet. *Breq.* l. 15. e Reg. pro ὅσον scripsit ὡσεί. FR.

P. 303. l. 5. Συήνης] Syenae latitudo 24° **) parum discrepat ab usu hodierno: v. de la Nauze sur Eratosthène à l'occasion de la lat. de Syène in Mém. de l'acad. de Par. T. 26. p. 101. sqq. coll. T. 7. p. 83. TZSCH.

P. 303. l. 6. τοσοῦτοι γάρ εἰσι] Scribe, τοσοῦτοί γάρ εἰσι. ***) CASAUB.

[¶] P. 303. l. 16. τὰ ὑπὲρ τοῦ Βορυσθένους] Lege, τὰ ἀπό. Sed quia Aldus †) ediderat ὑπὸ pro ἀπὸ, inde manavit ὑπέρ. CASAUB.

P. 304. l. 1. ὕστατοι τῶν γνωρίμων Σκυθῶν, ††) Ῥωξολάνοι] Strabo lib. sept. [T. II. p. 384.] ὑπὲρ τῶν Ῥωξολανῶν εἴ τινες οἰκοῦσιν, οὐκ ἴσμεν. CASAUB.

P. 304. l. 4. καὶ ὑπὲρ τ. *M.*] καὶ οἱ ὑπὲρ τ. *M.* Eton. Esc. Mosc. Vet. Intp. Cor. Tum l. 8. pro *Βρεττανικῶν*

---

*) Contra Salmasium v. Petav. in Uranol. ad Gemin. p. 410. TZSCH.

**) Secundum *Gossell.* in Géogr. analys. 23° 50'. FR.

***) Sic Par. 1. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Breq. Cor. et tum l. 8. pro λοιπὸν Par. 3. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. Stroz. λοιποὶ, quod recepit *Cor.* et habet Vet. Intp. FR.

†) Sic quoque Hopp. Par. 1. 2. Esc. et Vat. A. B. in *Sieb.* schedis, non, ut in ed. ἀπό, quod habet marg. Par. 1.; ἀπὸ nunc Mosc., antea ὑπό; τὸ ὑπὸ τῆς *B.* Par. 3. Med. 2. sed hic τὰ e corr. *Breq.* dedit ὑπό. *Cor.* cum *Sieb.* in vulg. acquievit, quam debemus *Xyl.* Vet. Intp. *a Bor.* FR.

††) Verba ὕστατοι — Σκ. in marg. sunt Par. 1. et ὑστ. — Ῥωξ. desunt Stroz. Vat. B. Ῥοξολάνοι Mosc. Ald. Hopp. V. *Tzsch.* ad Strab. L. VII. FR.

Par. 1. 2. Med. 1. Mosc. *Βρεττανίδων*, unde Med. 2. Ald. Hopp. *Βρεττανιδῶν*, quod in — *ικῶν* mutavit *Xyl.* *Πρεττανιδῶν* Par. 3. Vet. Intp. *Brittannia.* *) Fr.

P. 304. l. 15. *τῆς Βρεττανικῆς*] In quibusdam veteribus scribitur aliquoties haec vox per *Π* initio, ut et apud Stephanum *Πρεττανική*. **) Casaub.

P. 305. l. 2. *καὶ διὰ Μασσαλίας* ***)] *κ. δ. τοῦ M.* Med. 1. 2. Esc. Mosc. Tum l. 7. *τοῦ ἀπὸ M.* habent Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Parr. omnes cum *Cor.* Vulg. *τὸ ἀπὸ M.*, non, ut *Sieb.* refert. †) Fr.

P. 305. l. 8. *ἐνταῦθά που πίπτων*] Deest aliquid, ut plena sit sententia. Casaub.

P. 305. l. 9. *πανταχοῦ.* ††) *Πολλαχοῦ δὲ παρακρουόμενος*] In veteribus quibusdam libris legitur *Πανταχοῦ δὲ*: unde suspicari merito posse quis videtur, ita esse legendum mutata distinctione: *Πανταχοῦ δὲ ἢ πολλαχοῦ γε παρακρουόμενος τοὺς ἀνθρώπους ὁ Πυθέας*, aut etiam sine *ἢ*. Casaub.

[P] P. 306. l. 9. *τῷ ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου*] Scripti tres [Eton. Ven.] *διὰ Βυζ.* Casaub.

P. 306. l. 12. *οὐδὲν δεῖ τοῖς ἐπάνω λεχθεῖσι φροντίζειν*]

---

*) Ibid. l. 10. *παρὰ δὲ τῶν ἄλλων οὐδὲν ἱστορῶν*] *Paetz.* vult *περὶ*, quod est in Med. 1. Ven. et olim Par. 1. Tum vero pro *ἱστορῶν* Med. 1. 2. Esc. *ἱστορεῖ*, sed Med. 2. corr. — *ρῶ*, ut Mosc. Tz. Ven., quod placuit Cor. et confirmatur a Vet. Intp. *ab aliis nihil comperio.* *Gronov.* in Varr. Geogr. p. 162. probat *ἱστορεῖ* propter *λέγει*. Denique l. 16. ante *κακῶς* in ed. Cas. et Alm. excidit *καὶ*, quod jam *Breq.* addidit e Reg. et Ald. Hopp. Xyl., restituendum auctoritate Med. 1. 2. Esc. Mosc. Fr.

**) Sic Mosc. h. l. et saepius alibi: v. Eustath. ad Dionys. v. 566. 493. Cf. omnino de h. v. scriptura, quae nuper V. D. in *F. A. Wolfii* Anal. Litter. T. I. p. 512. sq. disseruit, qui vero erravit, quod *Tzschuckium* ad Strab. T. II. p. 65. sqq. in vitii societatem trahit, quum *Siebenk.* lib. VI. Strabonis ad finem perduxerit, Tz. vero melius de hac re judicarit ad Pomp. Mel. III, 6, 4. p. 191. not. exeg. Bene *Cor.* sibi constitit in scriptura *Βρετανοί*. Fr.

***) De Massiliae latitudine v. Bougainvill. l. l. T. 19. p. 150. = 43° 47'. [Ap. *Gossellin.* 43° 17' 45" hod.] Tzsch.

†) Ibid. l. 11. *περὶ τὸν ποροθμόν*] *παρὰ τ. π.* Mosc. Tz., ut *Breq.* scripsit cum Reg. Deinde l. 13. pro *ὡμολόγηται* Med. 2. *ὁμολογεῖται*, Ald. *ὁμολογῆται*. Tum l. 15. ante *σηλῶν* deest Med. 2. Mosc. *τῶν*. Fr.

††) Vocem *πανταχοῦ* omisit *Cor.*, et tum post *κἀνταῦθα* delet *που*. Fr.

Suspectus mihi locus: quanquam lib. vett. in ordine tantum verborum variant, *οὐδὲν δεῖ φροντίζειν τοῖς ἐπάνω λεχθεῖσι.* *) Casaub.

P. 307. l. 5. *καὶ γὰρ τὴν Βρεττανικὴν ἔχειν δυνάμενοι Ῥωμαῖοι*] Vide lib. quarto [T. II. p. 68.] ubi de Britannia. **) Casaub.

P. 308. l. 16. *καὶ δεῖ τὸν ἐγγυτάτω*] Ald. Hopp. Par. 3. Med. 2. *καὶ δὴ*, quod primus correxit *Xyl.* Fr.

[P] *διὰ τῶν χειροκμήτων οἰκημάτων*] Veteres lib. ***) *χειροτμήτων:* non placet: quanquam ita vetus interpres: *οἰκημάτων* vox est mihi suspecta. Casaub.

P. 309. l. 9. *ἔστω δὲ μὴ μείω δέκα ποδῶν ἔχουσα*] *μὴ μείζω* Eton. Esc. Mosc. F. Par. 1., sed hic *μὴ μείω* in marg. *μὴ μείζων* Par. 2. 3. Mosc. Tz. *μὴ μεῖζον* Med. 2. et e corr. *δὲ μείζων. μὴ μείζονα* Med. ap. Gron., ut *Breq.* dedit. *μὴ μείονα* Med. 1. *μείζων* sine *μὴ* Ald. Hopp., unde vulg. *μείζω* exsculpsit *Xyl.* Epit. *μὴ μείζονα ποιεῖν σφαῖραν, ἔχουσαν τὴν διάμετρον ποδῶν ι', εἰ δ' ἐπὶ ἐπιπέδου, μὴ ἐλάσσονα ποδῶν ζ'.* Intpp. Parr. et *Cor. μείω* legunt cum

*) Sic Par. 1. Med. 1. Vat. A. B. Paris. Vet. Intp. *ad superius dicta curandum est. Cor.* sic scripsit: *οὐδὲν δεῖ φροντίζειν... τοῖς ἐπάνω λ.* Intpp. Parr. *τοῖς λεχθεῖσιν* accipiunt de geographo ejusque discipulis, quos supra aliquoties commemorat. Deinde l. 15. *Cor.* ante *προσῆμεν* inseruit [*πέρας*]. Fr.

**) Antea l. 3. pro *οἰκεῖον* Med. 2. *οἰκοῦν*, quod dedit *Cor.* Fons erroris videtur Ald. *οἰκουεῖν*. Tum l. 9. *ἂν* omisit *Cor.* cum Med. 1. et l. 13. pro *ἐπιγένοιτο* Intpp. Parr. et Villeb. conjecerunt *ἴτε γένοιτο*, hic insuper *τὸ ἄχρ. τὸ ἐπί:* illud recepit *Cor.* Fr.

***) Par. 1. 2. Esc. Mosc. Cf. de genuina voce Intpp. ad Hesych. T. II. p. 1547. Alb. Iterum bis recurrit infra L. III. T. I. p. 458. Pro *οἰκημάτων Villebr.* conjecit *ποικιλμάτων* ex Strab. L. II. T. I. p. 320, 15. Sed hic non de *tabulis*, imo de *sphaeris* geographicis agitur. Propius ad verum accedere videtur Intpp. Parr. *σχημάτων*, quod recepit *Cor.* Similiter codd. variant inter *σχῆμα* et *ὄχημα* ap. Eustath. in epist. ante comment. ad Dionys. Perieg., ubi praeferam *οὐ πάντως μετέωρος, οὐδ' ἐκ μετρικοῦ τὰ πάντα λαλῶν ὀχήματος* pro *σχήματος*, quod apparebit comparanti, quae dicta sunt ad Strab. T. VII. p. 260. *Paetzii* sententia haec est: „Quid si legamus *ποιημάτων*? Ita Herodot. IV, 5. habet *χρύσεα ποιήματα, ἄροτρόν τε καὶ ζυγόν*. Sequitur *ποιήσαντα σφαῖραν*. Amat enim noster cognata verba copulare, ut sup. p. 255. *διορίζομένους συνδιορίζεται*. p. 385. *ἄφθονος — ἀφθονία*. T. II. p. 374. *ἐπιφανὰς ἐπὶ τὴν ἐπιστασίαν*. T. IV. p. 79. *δέξασθαι — δεχομένους.*" Fr.

Sieb. Sic sup. T. VII. p. 447. *μείων* et *μείζων* permutabantur. *) Fr.

P. 310. l. 3. *καὶ ἐπιφ.* Med. 1. — *ανείαν* Med. 2. e corr. Tum l. 6. pro *Εἰ δ' οἱ μεσ.* Par. 3. et e corr. Med. 1. *Οἱ δ' οἱ μεσ.* Vet. Intp. *meridiani vero.* Vox *διὰ* deest Med. 1. 2. Mosc. Tz. Ald. Hopp. Addidit *Xyl.* In Par. 1. v. *ἑκάστους* notatur ut suspecta. Deinde Intpp. Parr. offenderunt l. 8. in v. *ἀλλ'*, hoc sine ulla causa **), sed merito in *κῶνον*, cujus loco Med. 1. 2. Mosc. Tz. Vet. Intp. Par. 1. 2. 3. 1408. *μύνον* ***), Mosc. F. *νόνον*, Par. 1. marg. al. m. *κῶνον*. Namque antecedens *μικρὰς*, quod habent Par. 3. 1394. 1408. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Vet. Intp. Ald. Hopp., in *μικρὸν* primus abire jussit *Xyl.* Denique *Cor.* l. 12. pro *γραμμάτων* dedit *γραμμῶν*, quod e corr. exhibet Med. 1. †) Fr.

P. 311. l. 1. *Σαρδῶνα*] *Σαρδόνα* Esc. Mosc. Cor. Vid. supra. Tum l. 6. pro *τοσούτων* Mosc. Vat. B. *τοσουτωνί*, et l. 10. Esc. omittit *τε*, *Cor. καὶ*. Denique l. 18. ed. Alm. *ὁρασθέντων*, ex operarum errore. Med. 1. *ὅρῳ θέντων*. Fr.

---

*) Ibid. l. 12. *ἂν*, *ἀντὶ*] *ἴσαντι* Par. 2. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Ald. Hopp. Xyl. Vet. Intp., sed Med. 1. e corr. *ἐὰν ἀντὶ*. Paris. *ἴσ*, *ἀντὶ*. Par. 1. *ἢν ἀντὶ*. Tum l. 17. *Cor.* demum pro *γεάφομεν* dedit *γεάφωμεν*, addisentibus Eton. Esc. Mosc. Fr.

**) Trita res est *ἀλλὰ* positum post *εἰ*: v. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. XII. p. 162. ad Anth. Palat. T. III. p. 261. Strab. L. XIV. T. V. p. 727. Cui non notum Sophoclis illud *εἰ σῶμα δοῦλον, ἀλλὰ νοῦς ἐλεύθερος*? Simili modo defendendus Polybius contra *Reisk.* et *Schweigh.* X, 32, 8. Fr.

***) „Quod probamus vehementer, quia lineae rectae in plano nunquam conum efficere possunt, sed coni elementum, triangulum. Unde is sensus emergit: tametsi in sphaera meridiani ad unum punctum concurrant, nihil refert, si in plana tabula iidem meridiani per lineas rectas repraesententur paulatim tantummodo coeuntes." Barq.

Neque tamen in textu aliquid mutavit. Ad idem inclinant fere Intpp. Parr. et recepit adeo *Cor.* Fr.

†) Hujus loci obscuritate vehementer sese vexatos esse conqueruntur Intpp. Parr., sic vertentes: „et (sur le globe lui-même) la convergence de ces meridiens, qui, transportés sur la carte plate, y forment de lignes droites, n'est pas, à beaucoup près, aussi sensible que leur courbure circulaire." *Penzel.* sic reddidit: „und wenn man die Zeichnung von einer Kugel auf eine ebne Fläche überträgt, und gerade Linien zieht, so fällt das Zusammengehen der Linien nicht so in die Augen, als das Erhabene der Fläche." Fr.

P. 311. l. 6. περὶ τὰ δυσμικὰ] In multis veteribus libris scriptum est δυσικά. *) Ac mirum, quam saepe illa vox in manu scriptis occurrat: quae ne Graeca quidem videtur esse. Casaub.

[?] P. 311. l. 18. διάνοια συντίθησιν] Malim συντίθησιν, ut modo dixit, ἐκ δὲ τούτων συντίθησιν ἡ διάνοια τὴν τοῦ μήλου νόησιν. Est autem hic locus egregius, et ut si quis alius illustris. Casaub.

P. 312. l. 2. καὶ πλανηθεῖσιν οὓς ἔτυχε τόπους] Fortasse περὶ οὓς ἔτυχε τόπους. Casaub.

P. 312. l. 10. ἥτις πρὸς ἐπιστήμην ὀφθαλμοῦ πολὺ κρεῖττον ἐστί] Lego, κρείττων. **) Quod ait, praestare auditum visui πρὸς ἐπιστήμην, id vero controversia non caret: nec Straboni assentietur Polybius [XII, 27, 1. ubi cf. *Schweigh.* T. VII. p. 133.], qui τὴν ὅρασιν longe praefert. Quum enim, inquit, duo veluti instrumenta nobis sint a natura concessa, οἷς πάντα πυνθανόμεθα καὶ πολυπραγμονοῦμεν, visus haud paullo certior est et ἀληθινώτερος, et, ut ait Heraclitus [V. *Schleiermach.* in Museum d. Alterthumswiss. T. I. P. 3. p. 365. qui h. l. Strab. neglexit.], ὀφθαλμοὶ τῶν ὤτων ἀκριβέστεροι μάρτυρες. Vide reliqua. Equidem Polybium et Strabonem facile conciliari posse existimo: quum sit utriusque sententia meo judicio verissima. Nam etsi certior est ἡ ὅρασις: tamen pauca omnino sic sciri possunt: ideo ἡ ἀκοὴ utilior πρὸς ἐπιστήμην dici merito potest. Nec me fugit, eo nomine visum ab Aristotele commendari idque multis locis: qui, si adhibeatur superior distinctio, nihil huic Strabonis sententiae obsit. et sane ipse philosophus initio lib. De sensu et sensilibus auditum longe praestare εἰς φρόνησιν reliquis sensibus ratione probat validissima: recte tamen adjiciens, fieri id per accidens: sed vide locum. Lactantius planissimis verbis Straboni assentitur Institut. lib. III. (c. 9.) *Quid quod plus est* (inquit) *in auribus, quam in oculis situm? quoniam doctrina et sapientia percipi auribus solis potest, oculis solis non*

---

*) V. *Tzschuck.* ad Strab. T. VI. p. 625. 660. Fr.

**) Sic Par. 1. Eton. Cor. Contra *Wakefield.* Sylv. Crit. T. V. p. 22. multis exemplis docet neutrum saepe poni, ubi accommodatius genus exspectaveris, et „sinistris, ait, avibus Cas. reponere vult κρειττων." V. *Matth.* Gr. Gr. p. 606. sq. *Hermann.* ad Viger. p. 715. Fr.

potest. Vide quaedam a Cuiacio notata hac de re ad titul. 6. Institut. lib. tertio. Quod autem dicitur pluris esse oculatus testis unus, quam auriti duo: id, si in universum accipiatur, falsum est. Nam τῶν ἀκουστῶν et γευστῶν testes oculati sunt inepti, sed τῶν ὁρατῶν testes oculati pluris sunt, quam auriti. Caeteri, quia τῶν αἰσθητῶν sunt plura ὁρατά: idem in hoc dicto sensus visus positus pro universitate sensuum. Nam sententia haec demum erit vera, Testem cujusque rei eum esse plurimi faciendum, qui ipse rem, qua de agitur, perceperit, et sensu, qui ad eam rem desideratur, puta ἀκοῇ τὰ ἀκουστὰ, ὄψει τὰ ὁρατά etc. CASAUB.

P. 512. l. 12. *ἔχοιεν ἄμεινον*] ἄμ. ἔχ. Med. 1. Mosc. Tum l. 15. pro *Τυριγέτας* Par. 1. 2. 3. Med. 1. Mosc. Vet. Intp. *Τυρϑεγέτας*. *Gron.* Varr. Geogr. p. 165. verum nomen videtur *Τυρηγέτας*. *) Quod *Breq.* e Reg. produxit *Ἀρβανοὺς* pro *Ἀλβανοὺς*, merum est vitium. V. T. VII. p. 589. FR.

P. 512. l. 16. *Ἀπήγγελται δ' ἡμῖν*] Hoc est, Exposita etiam sunt a nobis ea, quae de Hyrcania et Bactriania accuratius Apollodorus Artemita **), quam alii, conscripsit. Hanc esse sententiam, apparet ex lib. XI. ubi in descriptione illarum regionum toties citatur Apollodorus Artemita. Interpretes hunc locum aliter accipiunt, quibus non assentior. ***) CASAUB.

P. 512. l. 18. *ἃ πολλῶν ἐκεῖνοι μᾶλλον ἀφώρισαν*] Forte *ἃ τῶν πολλῶν*, vel *ἃ τῶν ἄλλων*. †) *ἀφορίζειν* est accurate explicare alicuius regionis fines ac terminos. CASAUB.

[P] P. 513. l. 2. *ἐμβαλλόντων μετὰ στρατιᾶς νεωστί*]

*) V. *Tzschuck.* ad Strab. T. II. p. 319. FR.

**) De quo nomine cf. supra T. VII. p. 421. et *Heyn.* ad Apollod. p. 459. ed. alt. (p. 1177. ed. pr.) *Tzschuck.* ad Strab. T. V. p. 509. FR.

***) „Male vertit h. l. Cas. Sensus ejus valeret, si Strabo scripsisset *περὶ*, non *ὑπό*." *Villeb.* Vulgo cum *Xyl.* vertunt: *Apoll. multa nobis accuratius cognita tradidit.* Quod omnes fere intpp. retinuerunt: nec immerito. Nam Strabo de terris per alios melius exploratis, non de regionibus a se explicatius descriptis hic agit. FR.

†) „Male. Voces ἃ — ἀφ. parenthesi includas: nam *ἀπήγγελται* spectat *τὰ περὶ* etc. et ἃ *πολλῶν* spectat *τὰ Παρθ.*" *Villeb.* Intpp. Parr. legerunt ἃ *πολλῶν ἄλλων*, quod exhibuit *Cor.*; *Paetz.* corrigit ἃ *πολλῷ μᾶλλον*. Proba vulg. FR.

Malim *ἐμβαλόντων*. *) Historiam habes lib. XVI. [T. VI. p. 445.] CASAUB.

P. 313. l. 5. *στόλος* **) *ἤδη πλεόντων*] Vide lib. XVII. ubi de Alexandria. [T. VI. p. 493.] CASAUB.

P. 313. l. 6. *ἃ πολὺ μᾶλλον*] *ἃ* delendum esse dicit *Paetz.* Antea pro *Ἀραβίου* Paris. Mosc. Tz. *Ἀδρίου*, Med. 2. *Αἴου*. Tum l. 7. *ὑπῆρχε Cor.* mutavit in *ἐπῆρχε*, quod habet Med. 1. Mosc. Tz. Vet. Intp. ***) Deinde l. 11. pro *ἐκ τῶν Πτ.* Par. 1. 3. Med. 1. Esc. Mosc. *ἐπὶ τῶν Πτ.* Primus ita edidit *Breq.* probaruntque *Falc. Gronov. Varr.* Geogr. p. 163. ****) Intpp. Parr. adstipulantibus codd. omnibus Parr., unde recepit *Cor.* FR.

P. 313. l. 15. *καὶ πρὸς τὰς χρείας τὰς πολιτικάς*] Memor est ubique sui instituti. Nam hoc opus eorum potissimum gratia suscepit, qui in Reip. administratione versantur: ut lib. pr. dictum est. †) CASAUB.

P. 313. l. 18. *ποῖόν τι καὶ πόσον μέρος*] Scripti duo, *ποῖόν τι καὶ ποσόν*. ††) CASAUB.

P. 314. l. 1. *Τὸ δὲ καὶ περὶ*] *καὶ* deest Alm. ed. *Τῷ δὲ καὶ περὶ* Med. 1. 2. *Τὸ δὲ καὶ π.* Esc. Mosc. Tum l. 3. v. *σπονδύλου* praefigunt *τοῦ* Med. 1. 2. Stroz. Mosc. Tz. Tum pro *λέγωμεν* †††) conjecit *Paetz. λέγομεν*, idemque mox l. 8. pro *ἐν αὐτῇ ταῦτα* malit *ταύτῃ*, ut exhibuit

---

*) Sic Par. 1. 2. 3. Med. 2. Mosc., unde assumsit *Cor.* FR.

**) Vet. Intp. *classe.* Quod vidit etiam *Tyrwh. στόλοις* legendum censeus; pro errore typogr. habuit *Paetz.* Haud cunctanter reposuit *Cor.* cum Intpp. Parr. FR.

***) V. eandem confusionem ap. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 123. 126. 192. T. IV. p. 465. T. V. p. 47. *Jacobs.* ad Anth. Gr. T. XI. p. 194. FR.

****) Exemplis ab eo collectis vix opus esse hodie dixeris. FR.

†) Statim *Cor.* pro *ταύτας* edidit *ταῦτα*, et l. 16. pro *ἐγγειρεῖν* Par. 2. Mosc. *ἐγχειρεῖ* et Par. 1. marg. al. m. *ἔχει*. *Paetz.* seqq. *τὸ πίπτον εἰς τὸν γεωγρ. πίνακα* absolute dicta putat, *quantum in tabulam geogr. cadit.* Nam accurate de tota terra disputare, alius esse scientiae ex ipsius Strab. sententia p. 350. sq. FR.

††) In Med. 2. desunt *τὸ ποῖόν τι καί*. Med. 1. habet *πῶς ἐστι τὸ μέρος ὅλης τ. γ.* et e corr. *πόσον μ. τ. ὅ. γ. ἐστι*. Eton. Esc. Mosc. et e corr. Med. 2. *πόσον μέρος*, ut edidit *Cor.* FR.

†††) Error operarum in edd. Sieb. Alm. Cas.; reliquae enim *λέγομεν*, ut Mosc. Tz. Phrr. 1594. 1408., unde Intpp. Parr. fecerunt *ἐλέγομεν*, receptum a *Cor.* FR.

cum *Tyrwh.* nunc etiam *Cor.*, qui inter verba χλαμυδοειδὲς *) σχῆμα interseruit [τὸ] et l. 14. pro ἡ ταύτης πρὸς ὀρθὰς dedit ταύτῃ. **) Fr.

P. 514. l. 12. καὶ τῆς τῶν *Αἰγυπτίων*] De hac diximus ad lib. 1. Casaub.

P. 515. l. 1. *Δεῖ δὴ*] *Δ. δὲ* Pleth. Bred. idemque l. 5 ἡ ante οἰκουμένη, quod deesse non posse videtur *Bredow.* l. l. Tum l. 5. pro ἐσχάταις Par. 1. 2. 5. Eton. Mosc. ἐσχάτοις, et Eton. Mosc. καὶ πλευραῖς; Ald. Hopp. παραλλήλους pro — λοις. Vet. Intp. per ipsa paralleli latera ultima, quasi legisset αὐταῖς ἐσχάταις παραλλήλου πλευραῖς. Mox l. 7. pro τὸ οἰκήσιμον Par. 1. τὴν οἰκ., Ald. Hopp. Xyl. τὸν οἰκ. et l. 8. pro ἄρκτους Mosc. Tz. Ven. Pleth. Bred. ***) ἄρκτοις. Verba μέχρι — οἰκουμένης desunt Par. 5. Pleth. Bodl. Fr.

P. 515. l. 5. καὶ ἴσον εἶναι τὸ μέγιστον] Lege cum veteribus codicibus ἴσον, non ὅσον. †) Casaub.

---

*) De hac figura cf. Lips. in physiol. Stoic. 2. diss. 17. et interprr. ad Pomp. Mel. I, 2, 8. coll. Cuper. ad calc. apotheos. Homer. p. 156. Tzschi.

**) Idem docet *Bredow.* in Epist. Pariss. p. 69. ex *Plethonis* Excerptis e Strabone, collatis cum octo codd. Parisiensibus, quorum singulos primis alphabeti elementis notavit. Eadem deinceps ἑσπέρας pro ἑσπερίας cum Par. 5. Med. 1. 2. et sic edidit *Cor.* Sed error manavit ex ed. Cas.; priores omnes habent ἑσπέρας. Sequitur l. 18. καταστρέφουσα, quod non a Plethone, ut *Bredow.* videtur, mutatum est in καταστρέφοντα: nam haec est constans lectio codd. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Vet. Intp. Par. 3. 5. 1394. 1408. et edd. Ald. Hopp., quae primum mutata reperitur in ed. Xyl. Sed antiquam lectt. probabilitate non destitui judicant Intpp. Parr. Fr.

***) Hic l. l. p. 70., quoniam cod. c. d. ᾧ μὲν ἡ, h. ἄρκτον ὧν ἡ μὲν ἡ habet, a prima manu scriptum fuisse πρὸς ἄρκτῳ μὲν ἡ δ. τ. *I.* Si quid mutandum, legas ἄρκτους; nam quod *Bred.* de plurali forma dubitat, refutatum est supra T. VII. p. 179. Idem l. 13. pro ἄρκτων praeclare habere dicit Pleth. ἄρκων, quod et in Par. 1. est; vulgatam sensu carere, quod non dixerim. Tum l. 17. Par. 1. Eton. μεσουρίζειν pro μνουρ. et Pleth. Bred. h. "Ὅτι δὲ χλ. τ. σχ. ἐστι τῆς γῆς, ἐκ τ. Fr.

†) ἴσον habent Par. 1. 2. 3. 5. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. Vet. Intpp. Pleth. Bred. Primus reddidit *Breq.*, tum Intpp. Parr. et *Cor.* Antiquae lectionis patrocinium suscepit *Bred.* l. l. hoc sensu: *ut l. l. respondeat* (*et tanta sit, quanta maxima est*), *et l. l.*; nam ὁμολογεῖν καὶ ἴσον εἶναι idem significare, et τὸ μέγιστον valde claudicare. Epit. sic habet: σχῆμα πλατὺ μὲν ἔχον τὸ νότιον πλευρὸν, στενὸν δὲ τὸ βόρειον, τὸ δὲ ἀνατολικὸν τῷ ὀπτικῷ ἴσον. Fr.

P. 516. l. 1. δ' post κλυζόμενα omisit *Cor.* suadente *Bred.* ex Pleth. Contra Vet. Intp. omittit καὶ ante ἀφαιρεῖν. *) Tum l. 3. idem δυτικαὶ pro δυσμικά. Illam formam saepius ap. eund. et Epitom. reperimus, quamobrem recentiorem putat *Bredow.* Deinde l. 7. verba τὴν μὲν — εἶναι parenthesi includit *Cor.* omisso μὲν, quod deest Par. 5. 5. Med. 1. 2. Vet. Intp. Mox l. 13. δυτικωτάτων — σημείων Pleth. Bred. idemque l. 15. prò κατὰ γραμμὴν πως πρὸς τὴν διὰ Γ. habet κατὰ τὴν γρ. πως πρὸς τὴν δ. Γ., quod excerptoris correctioni nos debere putat *Bred.* l. l., sed recepit *Cor.* Nam prius istud τὴν referunt etiam Med. 1. 2. Eton. Mosc. et πρὸς deest in Par. 5. Neque aliter Vet. Intp. Istae particulae invicem esse extrudere solent: v. *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 1025. b. **) Fr.

[?] P. 516. l. 2. Τοῦτο δὲ δῆλον] Lege sine ῑ, ut in quinque veteribus scriptis. ***) Casaub.

P. 517. l. 1. ἔστι γὰρ τεσσ.] τεττ. †) Med. 1. 2. Mosc. Tz. Verba ἔστι γὰρ — ὁρᾶσθαι desunt Par. 5. Pleth. Bodl. Bred. ††) (Vet. Intp. agnoscit ἡμερῶν, et *Breq.* reposuerat jam ἡ μεγίστη ἡμερῶν e Med.) Tum iidem conspirant cum Fragm. Gronov. ap. *Siebenk.* qui male dedit διεχούσης pro — σῃ. De Eudoxi ἱστορίᾳ τῇ ἐν Κνίδῳ v. *Voss.*

---

*) Quod et ipsum probabile videri potest, propterea quod καὶ simillimum est literae ε, et hinc mox necessarium deest, mox supervacaneum additur. V. de Med. Syll. Pent. p. 343. 372. *Spohn.* de Extr. Odyss. Part. p. 146. *Jacobs.* ad Anthol. Pal. T. III. p. 459. Fr.

**) Ibid. l. 18. τοὺς ἀνέμους φ. τοὺς ἑκατέρωσε φορούς] d'Orvill. ad Charit. p. 312. [p. 389. Lips.] suspicatur τὰς ἀνέμων φ. τὰς ἑκατέρωσε φοράς. Tzsch.

***) Par. 1. 2. 5. Mosc. Tz. Tacite omisit Sieb. ante δῆλον, praeeunte *Breq.* in not. Fr.

†) *Gossell.* ad h. l. corrigendum esse censet 14½. Fr.

††) Hic l. l. p. 70. sq. ἔστι — νυκτῶν glossatoris esse putat, sed veram lectionem τῶν τόπων τούτων, quae interpreti occasionem dederint in marg. explicandi ἐν τῇ παραλίᾳ. τῇ κατὰ Γαδ. καὶ Ἴβ. In reliquis V. D. latina versione obscuratus est. Verba construenda, ut fecit *Cor.*, Ποσ. φησὶν ἰδεῖν, ὃν τεκμαίρεσθαι ἐκ τούτου τε, προελθόντας — ὁμολογεῖν ἀφορᾶν, καὶ ἐκ τῆς ἱστορίας τῆς ἐν Κνίδῳ. Plethonis (Bodl. — μενον) ὁμολογουμένως si verum habeas, explicandum ὁμοθυμαδόν. Neque vero cum Bred. construendum ὁμολογουμένως τοῖς ἐκ τῆς ἱστ., neque lenior ejusdem medela, retento ὁμολογεῖν inserere ὡς ante καὶ ἐκ τῆς ἱστ. Fr.

de Hist. Gr. I, 6. et *Petav.* de doctr. temp. II, 7., quos laudavit *Bak.* ad Posidon. p. 76. Fr.

P. 517. l. 2. *Ἐν τε τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Γάδειρα καὶ Ἰβηρίας ποτε ὁρᾶσθαι*] Quid? non enim dicit, quid illud sit, quod in Hispania conspici possit. Puto autem deesse alicuius sideris nomen. Ipsius fortasse Canopi, de quo etiam in sequentibus loquitur. *) Casaub.

P. 518. l. 2. Pro *τὴν Κνίδον* Eton. Stroz. Ven. *ἡ Κνίδος*. Utraque vox deest in Bemb. Tum pro *ταύτῃ*, quod *Casaubono* debetur, Par. 1. 2. 3. 5. Med. 1. 2. Eton. Mosc. Pleth. Bred. Ald. Hopp. Xyl. Vet. Intp. *ταύτης*. V. supra T. VII. p. 178. Deinde l. 4. *πλέουσι* deest Pleth. Bred. Fr.

P. 518. l. 5. *μικρὰ τῶν Γαδ.*] Malim. *μικρᾷ*. **) Cas.

P. 518. l. 8. *Αἰθερίοις*] *Ἑσπερίοις* Par. 5. marg. Par. 1. Pleth. Bodl., Bred. vero *Ἑσπερίοις καὶ Αἰθ.* et Med. 1. e corr. *ἀπαιθερίοις*. Nullo modo igitur dubitandum, quin verum sit *Ἑσπερίοις*, ut edidit *Cor.* et sibi persuaserunt *Falc.* et Intpp. Parr. ***) Fr.

P. 519. l. 6. *αἱ τέμνουσαι*] *Bred.* p. 72. corrigit *αἳ τέμν.* Nempe merus error typogr. hujus ed., in caeteris recte. Tum l. 7. pro *ἥξει* Pleth. Bred. *ἔξεισι*, Med. 2. e corr. *ἔξει*: et ille l. 10. prave *ποιοῦντας* pro *ἐπινοοῦντας*, pro *ἐφ' ἑκατέραν* Par. 5. *ἐφ' ἑκανέρα*, *Cor.* *ἐφ' ἑκάτερα*. Mox l. 11. pro *κατὰ ταύτην* Intpp. Parr. ex Pleth. probant *ταῦτα*, quod *Cor.* dedit †); *Bred.* p. 72. enotavit *ταυτὰ*,

---

*) Sic *Cor.* e Par. 2. et marg. Par. 1. *Breq.* interpunctione h. l. juvare studuit: *Ἔν τε τῇ — ὁρᾶσθαι, Ποσ. δ' ἀ. τ. λ.* *Cor.* deinde l. 7. habet *Κάνωβον αὐτὸν* [*εἶναι*], *ἐν τοῦ τε τοὺς μικρὸν* pro *Κανν. αὐτὸν, ἐκ τούτου τε, μικρ. ἀ. τ. λ.* quo utroque fortasse non opus est. Intpp. Parr. versionis *καλλιπεσμᾷ* h. l. maculas obtegunt. Fr.

**) Ita *Cor.* Verum *Villeb.* *μικρὰ* pro *μικρὸν* dictum mavult retineri. Hoc vero quum Par. 5. Pleth. Bred. (cod. h. *μικρῶν*) praebeant, nescio cur non praeferamus cum *Gronov.* Var. Geogr. p. 164. Vet. Intp. *pars parva*. V. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 67. 388. T. IV. p. 90. T. VI. p. 215. 685. Fr.

***) Ibid. l. 11. *οἷς δὲ τὰν.* Pleth. Bred. cod. f. *ἧς δὲ τ.* Tum l. 13. *εἶτ'* pro *εἶθ'* error est ed. Cas. et Alm.; nam Pleth. Mosc. Tz. et edd. pr. melius diserte. In *Πυρήνης* geminant *ὁ* Par. 1. 2. 5. Med. 1. 2. Mosc. Tz. Ald. Hopp. Deinde l. 16. pro *ἀντίσσεται* Med. 1. 2. Mosc. Epit. Ald. *ἐπίσσυτ.* et verba *ὁμοίως — ἄρκτον* desunt Pleth. Bodl. Fr.

†) Ibid. l. 13. *καὶ τὸ μέγεθος*]. *κατὰ μ.* Pleth., quod elegantissimum appellat *Bred.*, quod secus videtur. Idem mox da-

quod rectissime se habere dicit. Vet. Intp. haec verba prorsus omisit. Fr.

P. 520. l. 1. τὰς εὐθείας ταύτας] τ. γραμμὰς τ. Par. 5. Pleth. Bred., qui mox l. 6. recipiendas putat lectiones Pleth. καὶ τὰ π. μ. συνεχόμενα ἕξομεν (ita et Par. 5. Pleth. Bodl. Vet. Intp. *colligemus*) — καὶ τὰς πρ. τ. εὐρ. *Cor.* recepit ἐπεργόμεθα e corr. Med. 1. *) Fr.

P. 521. l. 1. ἄλλων ἄλλας] *Cor.* scripsit Ἄλλων [δ'] ἄ., ut vult etiam *Paetz.*, ut transitus ad seqq. fiat mollior. Tum verba καὶ τὰς ἀπ' αὐτῶν χρείας desunt in Pleth. Bred., in Par. 5. desiderantur τὰς ἀπ' αὐτῶν. Vet. Intp. *et varios ipsarum usus abuseuque.* Intpp. Parr. haec omnia non de insulis, quarum praecedit mentio, sed latius intelligunt. **) Fr.

[(] P. 521. l. 4. Τὰς δ' ἐκ κατασκευῆς. τὰς μὲν φύσει δεῖ λέγειν] Lege et distingue, τὰς δ' ἐκ κατασκευῆς. Τὰς μὲν δὴ φύσει λέγειν. †) Xylander hunc locum optime interpretatus est. Casaub.

[(] P. 521. l. 7. καὶ τὰς μὴ πολὺν μὲν] Lege, καὶ τὰς πολὺν μέν. ††) Casaub.

P. 521. l. 10. καὶ μηκέτι οὖσαν ἐκ κατασκευῆς] Lege to-

---

mnat Pleth. Med. 1. 2. Par. 5. et a pr. m. Par. 3. ἀποδηλωθήσεται pro ἀποδηλωθήσεται et vocem μᾶλλον post ἐωθυῖα, qua caret Pleth. Med. Fragm., haud vero Vet. Intp., ut *Gron.* falso refert. Fr.

*) Pleth. Bred. l. 11. καὶ ante ἰσθμοὺς habet et l. 14. cum Par. 5. ἐκνοήθησαν pro ἐνενοήθ., ubi antea pro εὐφυεῖς *Cor.* scripsit cum Intpp. Parr. εὐφυῶς. Pleth. Bred. κοιμιλώματα pro κοιμίλμ. et inverso ordine ὅσων ὁ πίναξ μεστός ἐστιν ὁ γεωγραφικὸς pro χωρογρ. quod et Med. 2. e corr. habet. Denique pro κατεσκαρμένον l. 17. Par. 5. Pleth. Bred. h. — ἴσον, ut edidit *Cor.* Fr.

) Ibid. l. 12. Δημοσθένης ἐπὶ τῶν περὶ *) Ὀλυνθον] „Locus hic in deperditis est." *Paetz.* Imo hic est Philipp. 3. T. I. p. 116. Reisk. Ὀλυνθον — οὕτως ὠμῶς ἀνῃρηκεν, ὥστε μηδένα μηδ' εἰ πώποτ' ᾠκίσθησαν, εἶναι ῥᾴδιον προσελθόντα εἰπεῖν. Unde Strabo facile corrigebatur a *Cor.* ὥστε μηδ' εἰ π. ut habet Med. 2. e corr. probata a *Villeb.* Haud aliter voluit *Paetz.* Denique l. 14. εἰ pro εἰς est error ed. Alm. Fr.

***) V. Staveren. ad Cornel. Nep. Pelop. I, 2. Tzsch.

†) *Breq.* τὰς φ. δεῖ λέγειν, quem sequitur *Cor.* Pleth. Bred. et Par. 5. ὧν αἱ μὲν φύσει διαμένουσιν, αἱ δ' ἐπ. probante *Falc.* Tum καὶ τούτων — τῶν τοιούτων p. 322, 6. desunt Par. 5. Fr.

††) *Paetz.* conj. πᾶν μὴ π. μ. *Cor.* scripsit [ἢ] μὴ π. μ. Tum l. 8. τινὰς pro τινὰ Med. 1 2. Mosc. Ald. Hopp. Fr.

tum hunc locum: intelliges, ni fallor, legendum esse *μηκέτι οὖσαν κατασκευῆ*, vel *ἐκ κατασκευῆς* *), ut paullo ante, vel *κατασκευαστὴν*, ut opponantur *συμφυὴς* et *κατάσκευαστός*. CASAUB.

P. 522. l. 1. *τά γε ἴχνη ποθοῦντες*] Lege cum veteribus *τά γε ἴχνη*. **) CASAUB.

P. 522. l. 4. *ἐνταῦθα καὶ τῆς ὠφ.*] Forte, *καὶ ἐνταῦθα*. Vulgo male haec distinguuntur: *προσκαλουμένης* ***) autem habent veteres quidam, non *προκαλουμένης*. CASAUB.

P. 522. l. 7. *Λέγομεν δ' ἀναλαβόντες*] *λέγομεν δ' ἀν.* Eton. Mosc. Vat. A. B. Ald. Hopp. Xyl. *λέγομεν οὖν ἀν.* Par. 5. Pleth. Sieb. Bred. †) Vet. Intp. Tum l. 10. Pleth. Bred. *τῆς π. τ. ὠκ.* et l. 13. *ἀναγέοντες* pro — *τας*. Mox l. 15. pro *ὅσπερ* Par. 3. et e corr. Med. 1. *ὅπερ*, Med. 2. e corr. *ὥσπερ*. et l. 16. verba *ἐντὸς καὶ* desunt Par. 5. Pleth. Sieb. FR.

P. 522. l. 10. *κατὰ τὸν Ὠκεανὸν πολλοὺς, μεγίστους δὲ τέσσαρας*] In hac brevi Institutione sequitur Geographus Eratosthenem: sicut et Dionysius Periegetes, qui hanc sententiam sic expressit: loquitur de Oceano. (v. 43.)

Κόλπους δ' ἔνθα καὶ ἔνθ' ἀπερεύγεται ἔνδοθι βάλλων
Εἰς ἅλα· τυτθοὺς μὲν πλέονας, πίσυρας δὲ μεγίστους.
CASAUB.

P. 522. l. 11. *ὧν ὁ μὲν βόρειος*] Fallitur. Caspium enim mare non Oceani sinus, sed mare per se. Vide ad lib. XI. CASAUB.

P. 523. l. 2. *Ἡρακλείους*] — *εἰας* Pleth. Bred. Med. 2. et *μηκυνομένου* Med. 2. Esc. Mosc. Ald. Hopp. pro — *μένη*. FR.

P. 523. l. 3. *ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ πλάτει*] Lego, *ἐν ἄλλῳ καὶ ἄλλῳ πλάτει*. ††) CASAUB.

---

*) *Cor.* scripsit *μ. οὖ.* [*τὴν*] *παρασκευήν*. FR.

**) Sic Par. 1. Esc. Mosc. *τά τ'* Par. 2. 3., unde sic *Breq. τὰ δ'* Med. 1. 2., sed ille corr. *τά γ'*, quod recte praetulit *Cor.* FR.

***) Sic Cas. Alm., sed Ald. Hopp. Xyl. Breq. Cor. *προκαλ.* cum Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. FR.

†) Hic cum Fragm. Vat. novam h. l. orditur quasi partem addita inscriptione: *περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης*. De Vat. cf. *Siebenk.* in praef. T. I. p. XXXV., ubi seqq. sic ordinantur l. 14. *μάλιστα· ὁ δ' Ἀράβιος, ὃν καὶ ἐρυθρὰν καλοῦσι θάλατταν, τ. Π.* FR.

††) Sic Par. 5. Pleth. Bred. Breq. Cor. Intpp. Parr. *ἐν ὅλῳ* Med. 1. e corr. FR.

P. 323. l. 5. εἰς δύο κόλπους πελαγίους] τῷ μεγέθει videlicet. *) Casaub.

[P] P. 323. l. 10. ἧττον δ' οἱ λοιποί] De Caspii ostio merae nugae, ut iam diximus. **) De Persico sinu non fallit: Nam habet ostium latum stad. ICC. si vera est Arriani vel lectio vel assertio: vide ad lib. XVI. At maris mediterranei ostium vix LXX. stad. latum est, ἧ στενώτατον. Arabicum quoque sinum ostio esse angustiore VII. milliarium Italicorum constat. ***) Casaub.

P. 324. l. 6. ἢ ἡ ἐκτός] ἡ deest Mosc. Vat. B. Tum l. 7. καὶ τὸ γνώριμον agnoscunt Par. 1. 2. 3. 5. Med. 1. 2. Vat. A. Eton. Esc. Mosc. Pleth. Bred. Vet. Intp. Exciderunt tantummodo ea verba in ed. Cas. et Alm. †) Fr.

P. 325. l. 3. περιπλεύσαντι] παραπλ. Pleth. Bred. Cor. et l. 6. pro εἶτ' ὄψις Par. 1. 2. Mosc. Fragm. Med. Vet. Intp. ἥ τ' ὄ. Mox l. 9. Mosc. Tz. Νάρβῶνα (sic) et Pleth. Bred. ††) Ναρβάν. Fr.

[P] P. 325. l. 17. Λέγεται δὲ σταδίων μυρίων καὶ δισχιλίων] Cum dicit λέγεται, indicat, se referre, quod vulgo credebatur. Ideo legendum puto τρισχιλίων. Nam ita supra scribitur: ubi vulgo receptam τῆς οἰκουμένης longitudinis dimensionem refert: εἶτα τὸ δίαρμα τὸ ἐπὶ στήλας ἀπὸ πορθμοῦ μυρίους τρισχιλίους. Casaub.

P. 326. l. 4. ἐπὶ τὴν κατ' ἀντικρὺ Λιβύην] Distinctius Epit. ἕως Σίσαρος ποταμοῦ Λιβυκοῦ. Tum l. 7. Σαρδώνιον, pro quo Esc. Σαρδόνιον, quod assumsit Cor. V. not.

---

*) Tum l. 10. pro μᾶλλον δὲ Breq. bene dedit μ. μὲν e Med., ut habent Pleth. Bred. Par. 5. Cor. et l. 12. Pleth. Bred. et Par. 5., ut Pleth. Sieb. Postremo l. 16. ἡ δ' — περιηγήσεως p. 324, 17. desunt fragm. Vat. Fr.

**) V. Kephalid. de hist. Mar. Casp. p. 71. sqq. Tzschuck. ad Mel. III, 5, 3. p. 131. not. exeg. Fr.

***) V. Tzsch. l. l. III, 8, 2. p. 288. sqq. Fr.

†) Ibid. l. 11. αἵ τε χρεῖαι] τε abest Ald. Hopp. Xyl. Cas. Alm. Addidit e Reg. et Vet. Intp. Breq., e Par. 3. 5. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Cor. Tum l. 13. ταῦτα — καλῶς desunt Par. 5. itemque l. 15. τὰ τ. ὡς ἔφ. Denique αὐτῆς ante τῆς περ. inserit Pleth. Bred. Fr.

††) Ibid. l. 13. ἑπτὰ σταδίοις] Pleth. Bred. ἑπτὰ σταδίους. Mosc. Tz. ἑπτὰ σταδίοις et ων sup., ut Esc. et Epit. Sed ἑπταστάδιοις Par. 5. et e corr. Med. 1., unde Cor. scripsit ἑπταστάδιος. Deinde l. 15. pro ἐπὶ τὸ ἑπταστάδιον Epit. ἕως Σικελίας, et ante τῶν στ. Pleth. omittit τῆς cum Vet. Intp. probante Bred. Fr.

T. VII. p. 397. Epit. *Σαρδῶον*. Pleth. Bred. *Σαρδῶον*. V. *Schaef.* ad Apoll. Rhod. Schol. p. 535. Mox l. 8. ante *Σικελ.* deest *τῆς* Ald. Hopp. Xyl. Fr.

P. 326. l. 12. *ἐστὶ μεγίστη*] Magis placet ordo verborum, qui in veteribus reperitur, *αὕτη δὲ τῶν ἄλλων τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστὶ μεγίστη καὶ ἀρίστη.* *) Casaub.

P. 326. l. 14. *Πανδαταρία*] Hoc nomen, et *Ebusi*, correxi ex aliis ipsius Strabonis locis. **) De Automalis mox est locus mutilus. Vide ipsum Strabonem, pene sub operis hujus calcem p. 836. Xyland.

P. 326. l. 15. *καὶ Ἴλουα*] Reprehenditur ab eruditis viris Strabo, quod Aethaliam et Iluam separet, quasi duae essent insulae: quum una sit et eadem insula: licet Ptolemaeus [Geogr. III, 1.] duas faciat: cujus similia in eadem re peccata alibi arguemus. Ad Strabonem vero quod attinet, cum sciremus, insulas Tyrrheni maris eum descripsisse visas sibi, non *ἐξ ἀκοῆς* tantum, putabamus, trajectione verborum hunc locum fuisse corruptum: quum ipse ita scripsisset, *πρόσγειοι δὲ, Αἰθαλία τε (ἣ καὶ Ἴλουα) καὶ Πιθ.* Sed postea jusserunt nos esse securos veteres codices. In quatuor enim ***) antiquis manu scriptis illa non reperiuntur *καὶ Ἴλουα*: nimirum ex Ptolemaeo aliquis Strabonis Geographiam amplificavit: quod alibi quoque factum deprehendimus. Casaub.

Haec duo verba etiam expungit Ph. Cluver. Ital. Ant. L. II. c. 2. p. 504. Almel. *in Addend.* †)

P. 326. l. 16. *Λευκωσία*] Lectionem Casaubonus emendavit, putavitque ex Manuss. *Λουκασία* legendum

*) Sic *Cor.* et *Sieb.* haud dubie e codd. Vulg. *αὕτη δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐστὶ μεγίστη τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ ἀρίστη.* Fr.

**) Vulg. *Πανδαρία*, ut codd. etiam fere omnes. V. *Tzschuck.* ad Mel. II, 7, 18. p. 591. sq. not. crit. Tum pro *Πονσία* Par. 1. 3. Mosc. Vat. A. B. Stroz. *Παντία*. V. eund. Fr.

***) Desunt Par. 1. 2. Eton. Vat. A. Esc. Mosc., sed eorum loco Par. 3. 5. Fragm. Vat. Pleth. Bodl. Bred. *καὶ ἄλλαι*, quod agnoscit et Vet. Intp. Hoc quum abundaret ex seqq. repetitum, mutasse aliquem judicat *Breq.* in nomen insulae a Ptolem. subministratum. Omiserunt Intpp. et *Cor.* V. *Tzsch.* ad Mel. II, 7, 19. exeg. Fr.

†) Ibid. *Πιθήκουσαι*] — *ἠσουσα* Par. 1. 2. Pleth. Bred. — *ἠσουσαι* Mosc. F. — *οὖσσα* Mosc. Tz. — *οὖσσαι Cor.* Tum l. 16. pro *Καπρέαι* Par. 1. 2. 3. 5. Med. 1. 2. Mosc. Pleth. Bred. Ald. Hopp. *Καπρίαι*. V. *Tzschuck.* l. l. II, 7, 18. p. 874. Fr.

esse. *) Certum autem est, vitio librariorum accidisse, ut *Λευκασία* dicatur, cum *Λευκωσία* scribendum sit. Sic enim Lycophron v. 722.

Ἀκτὴν δὲ τὴν προὔχουσαν εἰς Ἐνιπέως
Λευκωσία φυφεῖσα τὴν ἐπώνυμον
Πέτραν ὀχήσει δαφόν.

Ibi et *Leucosiam* insulam, et *Leucosiam* Sirena aperte nominat; nec *Λευκασία* in illo versu locum habere potest, secunda brevi. Cum igitur ab illa Sirene sic nominata insulae nomen datum plures auctores sint, *Leucosiam* insulam esse dicendam, non *Leucasiam*, satis inde constare potest. Nec enim duae sunt diversae insulae *Leucasia* et *Leucosia*, quarum illa ab Aeneae consobrina, haec ab una Sirenum nomen sortita sit. Sed eamdem insulam unamque *Leucosiam* alii ab Aeneae consobrina ibi sepulta, alii a Sirene *Leucosia* in illud littus ejecta dictam scripsere. Strabo L. VI. p. 252. *ἐντεῦθεν ἐκπλέοντι τὸν πόντον, νῆσος Λευκωρία, μικρὸν ἔχουσα πρὸς τὴν ἤπειρον διάπλουν, ἐπώνυμος μιᾶς τῶν Σειρήνων ἐκπεσούσης δεῦρο.* et p. 258. *καὶ ἡ Λευκωσία.* *Λευκωσία* postremo Graecum est, non *Λευκασία*. *Λευκῶσαι* est *albare*, unde *λεύκωσις*, et *Λευκωσία* proprium nomen: *λεύκωμα*, *album*. SALMAS. Exerc. Plin. edit. Traject. p. 49. colum. b. lit. C. D. E. ALMEL.

P. 527. l. 5. *ἥ τε Γυμνησία* **) *καὶ Ἔβυσος*] De his accuratius ad lib. III. Dionysius poeta versatur in eodem errore (v. 457.):

Νῆσοι δ' ἐξείης Γυμνήσιαι, ἄγχι δὲ Βοῦσος.

quem poetae locum quum omnes codices, tum etiam meus scriptus cum antiquis scholiis ita scriptum habeant, nescio an mutanda fuerit lectio Aldina ***) *καὶ Βοῦσος*, quam lectionem etiam Eustathius †) et Stephanus confirmant. CASAUB.

---

*) Ita Par. 1. 5. Esc. Mosc. Ven. A. Vet. Intp., nec aliter voluit *Λουβασίας* Pleth. Bred. V. *Cellar.* N. O. A. II, 10, 29. FR.

**) Intpp. Parr. legendum censent *αἵ τε Γυμνήσιαι*. Atque sic sane L. III. T. I. p. 426. *αἵ τε Γυμνήσιαι νῆσοι — καὶ ἡ Ἔβυσος.* L. II. p. 343. *αἵ τε Γυμνήσιαι καὶ ἄλλα νησίδια.* coll. L. III. T. I. p. 447. sqq. FR.

***) Imo *Βυσσος*, ut Hopp. Par. 1. 2. 3. 5. Esc. Mosc. Pleth. Bred. Vet. Intp. FR.

†) Ad Dionys. l. l. *ἡ Βοῦσός ἐστιν, ἣν Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ παθόλου προσῳδίᾳ ὑξύνει, Βουσὸς ἀναγινώσκων.* Steph. Byz. s. v.

P. 527. l. 4. *Αἰγίμουρος*] Sic L. VI. T. I. p. 283. L. XVII. T. VI. p. 677. Sed codd. Pleth. Bred. et Fragm. Vat. *Αἰγίμορος*, ut Steph. Byz. s. v. et Plin. H. N. V, 7. ubi cf. *Hard.* Tum l. 5. pro *Λιπαραίων νῆσοι* Par. 1. 2. 3. 5. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. Vat. A. B. Fragm. Vat. Stroz. Pleth. Bodl. Vet. Intp. *Λιπαραιῶναι*. Pleth. Bred. *Λιπάραι*. Illud corrupte, hoc usitate. V. *Tzsch.* l. l. p. 869. sq. *) Fr.

[P] P. 527. l. 15. *Μῆνιγξ*] Passim reperies alteram *γραφὴν*, quam ex veterib. lib. **) annotavimus, *Μῆνιξ*. Casaub.

P. 527. l. 17. *τὸ δὲ βάθος*] *Βάθος* vocat spatium, in quod effunditur Syrtis maior a Libyco littore in continentem penetrans. ***) Casaub.

P. 528. l. 1. *ἀφ' Ἑσπερίδων εἰς Αὐτόμαλα* †)] Xylander *ἀφ' Ἑσπερίδων* interpretatur, *ab Hesperidum insulis*. Vellem docuisset nos, ubi eae essent, quas intelligebat. Non enim, sat scio, intellexit de iis, quas commemorat Plin. lib. VI. c. 31. Et tamen quasnam alias vellet intelligi, nescio. Enimvero insulas hic nullas Strabo commemorat. Nam ut indicet *τὸ βάθος* Syrtis majoris, effundi eam ait ab Hesperidibus ad Automala. Hesperides ††) vocabantur olim teste Ptolem. [IV, 4.] Berenice, urbs maritima in Cyrenaica ditione. Stephanus: *Ἑσπερὶς πόλις Λιβύης, ἡ νῦν Βερενίκη*. Plinio (IV. c. 5.) vero, cui potius assentior, ea urbs non *Ἑσπερί-*

Βυσὸς, ἔθνος, (leg. *νῆσος*) *καὶ ὀξυτόνως, ὡς Ἡρωδιανός. λέγεται καὶ Ἐβυσός*. Contra *Casaub.* disputant *Surit.* ad Antonin. Itiner. p. 511. ed. Wessel. et *Siebenk.* ap. *F. C. Matthiae* p. 335. Utraque forma proba videtur. V. *Tzsch.* l. l. II, 7, 21. et *Gronov.* Diatr. in Stat. T. I. p. 137. ed. Hand. Fr.

*) Ibid. l. 9. *Αὐσόνειον*] Recte hoc tanquam poeticum sprevit *Gronov.* Varr. Geogr. p. 165. assumto *Αὐσόνιον* e Med., quod habent Par. 3. 5. Eton. Esc. Mosc. et dederunt *Breq.* et *Cor.*, quanquam ille ex Steph. Byz. utrumque sine discrimine afferri monet. Vox *ἔχουσα* ignoratur Par. 1. 2. 3. 5. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. Pleth. Bodl. Bred., omissa etiam a *Cor.* Fr.

**) Par. 1. 2. Esc. Mosc. Pleth. Bred., *Μίνιξ* Eton. V. *Tzsch.* ad Mel. II, 7, 7. p. 497. not. crit. Fr.

***) Verba *τὸ δὲ β. χ. ὀκτ.* desunt Par. 5. Pleth. Bodl. Fr.

†) Corrupte *αὐτὸ μάλιστα* Pleth. Bodl. Bred. Fr.

††) V. *Tzschuck.* l. l. I, 8. 2. p. 209. not. exeg. *Seidel.* ad Eratosth. fragm. p. 128. Vet. Intp. *ab Hesperidum agro*. Fr.

δες, nec Ἑσπερὶς, sed Ἑσπερίδων dicitur. *Berenice in Syrtis extremo cornu est, quondam vocata Hesperidum supradictarum, vagantibus Graeciae fabulis.* Strabonis lib. XVII. [T. VI. p. 690.] in eo tractu est λιμὴν Ἑσπερίδων. Vide locum. *Automala* autem urbs fuit in ipso μυχῷ majoris Syrtis. Inspice Ptolem. tabulas. Facile intelliges, quam recte τὸ βάθος majoris Syrtis ab Hesperidum urbe ad Automala dimetiatur Geographus.*) CASAUB.

P. 528. l. 4. καὶ πενταποσίων] καὶ deest Par. 1. 2, Mosc. Vat. A. B. ἀφ' Pleth. Bred., qui pro καὶ τὸ πλ. dat κατὰ πλ. Tum l. 7. Mosc. Tz. Par. 3. Ῥηγίνης et pro τοῦ μεταξὺ πόρου Pleth. Bred. τὸ μ. π. scil. πέλαγος. Ald. Hopp. Xyl. τὰ μ. π. Sed τοῦ μ. π. agnoscit etiam Vet. Intp. Post Παχύνου l. 9. Pleth. Sieb. Bred. addunt ἄκρου.**) Deinde l. 11. Pleth. Bred. Κορ. πόλιν. καὶ. πρὸς ἄρκτον δὲ ἐπ. et l. 13. Mosc.***) καὶ τ. Ἠπ. — Ἀμβρ. πολιχνον ignorat. Tum l. 17. Pleth. Bred. Ἀνθρίου καλουμένου pro Ἀθρ. λεγ. FR.

ὀνων δὲ ἡ διαχυλίων. Et Hispanicum potius esse angustiorem probari facile possit. *) Plinius (IV. c. 20.): *A Pyrenaei promontorio Hispania incipit, angustior non Gallia modo, verum etiam semetipsa.* Et Strabo igitur idem voluisse hic indicare videtur: itaque ejus verba aut legit, aut accepit vetus interpres, qui ita vertit, quasi legisset, παρὰ τὸ Ἰβηρικὸν πέλαγος. Ego vero suspicabar, deesse vocem πλευρὸν, quam librarius omisisset, quia eadem mox sequitur, ut supervacaneam. Docti cogitent. CASAUB.

P. 566. l. 15. *Νέριον*] Pessime legebatur Ἱέρνην. patet ex iis, quae ipse Strabo infra de hoc promontorio docebit. Caeterum qui Χρηστομαθείας Strabonis scripsit, hunc librum cum secundo eundem facit, cum alii partem secundi huic praeposuerint ultimam. Sed et apud Stephanum observavi libros aliter citari hos, quam hodie distinctos nos habemus. XYLAND.

Secuti sumus Xylandri emendationem vocis *Νέριον* pro Ἱέρνη: quae emendatio Strabonis ipsius auctoritate nititur. Verumtamen, quum apud Melam [III, 1, 8. ubi cf. *Tzschuck.* in not. crit. p. 34. sqq.] nominetur in eodem tractu fluvius Ierna, dubitamus aliquod gravius malum huic loco subesse. **) CASAUB.

---

*) Caecutiit vir oculatissimus. Nam expressis verbis asserit Strabo Gallicos sinus Hispanicis esse majores; breviorem ergo et contractiorem Galliarum isthmum dicere debuit. Quin et re ipsa isthmus ille Hispanico angustior est, quod primo intuitu tabulae unusquisque perspiciet. V. Marc. Hispan. I, 14. p. 79. BREQ.

**) Recte notat Cas. ex ipso Strabone ita esse legendum, siquidem infra [T. I. p. 410.] Τοτατοι δ' οἰκοῦσιν Ἀρταβροι περὶ τὴν ἄκραν, ἣ καλεῖται Νέριον. Idem observavit Merula Cosmogr. II, 2, 5. quo loco addit, *speculum Britanniae* vocari ab Aethico et Orosio, hodie vero a nautis *Cabo de Finis Terrae.* ALMEL. *in Addend.*

Νέριον susceperunt *Breq. Intpp. Parr. Cor.* Mox l. 18. τὸ ante ἀντικείμενον inseruit *Cor.* e Par. 1. 3. Med. 1. 2. idemque tum p. 367. l. 2. cum Med. 2. δυεῖν exhibuit et l. 5. pro τοῖς πρώτοις τῆς Ἀσβ. dedit τοῖς πέρασι τ. Α. ex Epit. πρὸς δύσιν προϊοῦσι τὰ περὶ τὸ ἱερὸν ἄκρον τῆς Ἰβηρίας τῶν Ἀσβιστῶν περάτων ac Strab. L. I. T. I. p. 6, 9. Ἰβηρίας — πέρας. Veruntamen tantum est in Epitomatore variandi studium, ut, qui ex eo solo varr. lectt. in talibus locutionibus haurit, vanissimo decipiatur aucupio. Deinde l. 6. καὶ post χιλίους deest ed. Alm. FR.

P. 367. l. 7. τῇ Λατίνῃ φωνῇ καλοῦσι Κόνειον] Verba Strabonis nihil habent aut obscuri aut ambigui: satis enim aperte significat, tractum vicinum promontorio Sacro Cuneum agrum esse appellatum. Sed haec parum consentiunt cum iis, quae ab aliis traduntur. Nam Aeliano quidem auctore non ager vicinus, sed ipsum promontorium Cuneus appellatur: idque rationi videtur esse magis consentaneum, ut quivis tabulas intuens facile judicabit. Mela [III. c. I. §. 6. ubi multa dabit *Tzsch.* Not. Exeg. p. 18. sqq.] tamen et ipse Cuneum agrum vocari tradit. Nam quod eruditissimus Pincianus putabat emendandum Melae locum legendumque *Cuneus a Graecis dicitur*, non *Cuneus ager dicitur*, id vero ferri non potest. Quis enim mihi persuadeat, voce Graeca illum locum Hispanos nominasse? et Strabo diserte ait, Latinam vocem eos usurpasse. *) quod mirum non est: nam et Romanis parebant illo tempore Hispaniae, et linguae Latinae usu fuisse delectatos Hispanos, praeterquam quod testatur paulo post Geographus, infinita locorum nomina docere possint, apud Plinium praesertim. Plinio (IV. c. 22.) non ager promontorio Sacro vicinus, sed aliud quoddam promontorium Cuneus appellatur. Appiano [Reb. Hisp. c. 57. sq.] vero quid faciemus, obsecro, Cuneos populos saepius appellanti? Ego Cuneos ab eo quodam loco appellari observavi, quos Strabo Celticos vocat in mentione urbis Conistorsis. Cas.

P. 367. l. 10. Προσλαμβάνειν **) δὲ τῷ σχήματι νησίδια τρία] Mirum est, nec Plinium, nec Melam ullam fecisse harum insularum mentionem. Rursusque mirum est, Strabonem nullam eorum promontoriorum facere mentionem, quorum hic meminere et Plinius et Mela. Ille (IV. c. 22.) enim, ut dixi, Cuneum esse ait promontorium a Sacro diversum. Hujus autem verba sunt haec (III. c. 1.): *Lusitania trans Anam, qua mare Atlanticum spectat, primum ingenti impetu in altum abit, deinde resistit, ac se magis etiam, quam Baetica, abducit: qua prominet, bis in semet recepto mari in*

*) Quum vero jam Herodot. II, 33. IV, 49. commemoret *Κύνητας* et *Κυνησίους*, Intpp. Parr. Celticae s. Ibericae originis esse h. v. perhibent. Fr.

**) Epit. *περὶ αὐτὸ ἴχον γ' νησ.* Tum l. 12. pro *ἰφόρμους Cor.* scripsit *ὑφόρμους*. Eadem confusio T. V. p. 680. Fr.

tria promontoria dispergitur. Anae proximum, quia lata sede procurrens se ac sua latera fastigat, Cuneus ager dicitur: sequens Sacrum vocant. Magnum, quod ulterius est. Sed qui hunc locum Strabonis cum verbis Melae diligenter comparabit, facile intelliget, Artemidori insulas non esse alias, quam quae Mela appellat promontoria ab utroque latere Sacri. Ego autem saepius observavi insulas et promontoria apud Geographos confundi: ita ut, quod alius ἄκραν sive promontorium esse dixerit, alius insulam aut peninsulam appellet. Sic, quam paullo post Scombrariam insulam vocat noster, Ptolemaeus [II, 6.] ἄκραν, hoc est [?] promontorium. *Καινὸς* in Italia Straboni [L. VI. T. II. p. 226 et 251.] et Stephano insula esse dicitur, Plinio [III, 5. s. 10.] promontorium. *Minoa* ante *Megara* Straboni [L. IX. T. III. p. 336.] insula, Thucydidi [III, 51.] ἄκρα. *Leucas* Ptolemaeo ἄκρα dicitur, Straboni et Thucydidi insula semper vel peninsula. Possem alia referre. Ergo hic quoque ἄκραι Melae sunt *νησίδια* Artemidori: ut valde mirer, viris doctissimis, qui in explicandis Mela et Plinio laborarunt, haec non venisse in mentem. CASAUB.

P. 567. l. 15. *Ἡρακλέους δ' ἱερὸν ἐνταῦθα δείκνυσθαι*] Quis non videt, legendum esse *οὐ δείκνυσθαι?* *) CASAUB.

P. 568. l. 1. *στρέφεσθαι*] Locus hic non est integer. non enim video, quid sibi *ψευδοποσεῖσθαι* velit. et forte scriptum fuit *στέφεσθαι*, ut coronarint saxa illa voti causa. Sed et illud *ψεύσασθαι Ἔφορον* non est, puto, genuinum, neque Ephorum credo hoc scripsisse.**) XYL.

---

*) *Cor.* dedit [*μὴ*] *δεῖκν.* Contra *Brequignyus* monet: „Sententia Strabonis est, ibi monstrari Herculis fanum; verum id, quod monstrabatur, finxisse Ephorum fanum fuisse Herculis, cum neque Herculis, neque ullius deorum fanum esset, sed aggestio trium vel quatuor lapidum," Nec *Falc.* cum *Paetz.* negat, abesse posse *οὐ*. Tum Par. 1. 3. Med. 1. 2. Ven. *οὔτ' ἄλλον τῶν θεῶν*. Vet. Intp. *nec deorum cuipiam.* Hinc *Gronov.* Var. Geogr. p. 168. legendum censet *οὔτ' ἄλλον τῶν τ. θ.* quod amplexus est *Cor. οὔτε ἄλλου τῶν θεῶν* habet *Brq.* Mox *εἶναι* deest Med. 1. 2. Stroz. Bemb. Vet. Intp. FR.

**) *Gossellini* rationem audire juvabit, ipsius tamen verbis appositis: „Ils paroit que ces pierres mobiles étoient semblables à celles que l'on trouve encore dans plusieurs contrées de l'Europe et de l'Asie. Ce sont des espèces d'obélisques, des pierres énormes posées debout, et dont l'extrémité inférieure, au lieu d'une base unie, présente une petite conca-

P. 568. l. 2. *καὶ μεταφέρεσθαι ψευδοποιησαμένων*] Non ausim affirmare, locum menda carere. Sententia tamen perspicua est. Dixerat Ephorus [Fragm. ed. *Marx.* p. 144.] in eo tractu esse templum Herculis: id Artemidorus negat, et, unde ortum sit mendacium, indicat: nempe ex eo, quod illius loci accolae dicerent, sacrum eum esse Diis nescio quibus, ac de lapidibus referrent, qui in speciem aras collocati fuissent, eos vel sua sponte migrare et subinde locum mutare, vel a Diis ipsis transferri solitos. *) Apud Justinum (XLIV. 3.) de religione hujus loci sic scriptum reperio. *In hujus gentis finibus sacer mons est, quem ferro violari nefas habetur: sed, si quando fulgure terra proscissa est, quae in his locis assidua res est, detectum aurum velut Dei munus colligere permittitur.* **) CASAUB.

P. 568. l. 10. *μείζω δύνειν τὸν ἥλιον*] Mirum non est, hominibus imperitis ita fuisse visum, cum certum sit, et solem et alia corpora coelestia majora videri, cum oriuntur aut occidunt, quam quum *μεσουρανοῦσι*. cujus rei rationem Physici atque etiam Optici varie explicant,

---

xité; de sorte que ces pierres sont toujours un peu inclinées, et que le moindre effort, le vent même, suffit pour changer leur inclinaison, en les faisant pencher tantôt d'un côté, tantôt d'un autre, sans perdre leur à-plomb. Ces étranges monumens appartiennent à un peuple très-ancien, dont il ne reste aucun souvenir historique." Vet. Intp. *advolvunt, eos ita migrasse mentientes.* Similiter *Siebenk.* in not. MSS. explicat: lapides *sistere* memoriae vel religionis causa. *Penzel.* in Vers. Teut. T. I. p. 605. praefert *στήσασθαι* cum *Xyl.* FR.

*) *Gronov.* l. l. rectius ad homines advenas refert et pro *ψευδ.* corrigit *ἐνέχας ποιησαμένων* vel *ἐνεποιησαμένων*, quam v. nescio an jure inde receperit *Schneid.* in Lex. Gr. *Paetz.* in not. MSS. cum *Cas.* sic interpretatur, ut lapides quidem converti soliti sint ab iis, qui locum istum frequentarent, sponte tamen locum mutare ab iisdem fingeretur. *Cor.* scripsit e conj. *σπουδοποιησαμένων*. FR.

**) P. 368. l. 9. *Ποσειδώνιος*] Fragm. ed. *Bak.* p. 69. sqq. Tum *Cor.* infert [*καὶ*] *μετὰ ψόφου*, pro quo ante *Cas.* legebatur *ψόφον*. Rem ipsam pluribus illustrat *Köler.* Geogr. Vet. T. I. p. 545. Mox l. 13. ante *καὶ τὸ παραχρῆμα Cor.* addidit *καὶ τοῦτο* e Par. 3. et Vet. Intp. et l. 18. pro *παραφωτισμοῦ* Eton. *περιφωτ.* Vet. Intp. *ob diffusam circum-circa lucis claritatem.* Quare Intpp. Parr. et Cens. Bak. Jenens. p. 333. recte videntur posteriorem formam probasse, licet eam spreverit *Cor.*, qui statim pro *πλεῖον* e Par. 3. recepit *πλεῖω*. FR.

et Strabo mox veram aperit: quae et παρηλίων, qui cerni videntur, causa est. Casaub.

P. 568. l. 11. σίζοντος τοῦ πελάγους] Quasi sol nihil aliud esset, quam μύδρος διάπυρος, et ardens aliquod corpus, quod Oceano immersum perinde strideret, ut ferrum candens aquae immissum: quae merae sunt nugae et aniles quidem. Et tamen reperti sunt olim Philosophi, qui solem μύδρον esse διάπυρον pronuntiarent: in primis autem Epicurus fidem habens Hispanis hac in parte. Cleomedes [Cycl. Theor. II. p. 425. sqq.] de Epicuro: Ἀλλὰ γὰρ μυθάριῳ γραώδει πιστεύσας, ὡς τῶν Ἰβήρων ἱστορούντων, ἐμπίπτοντα τὸν ἥλιον τῷ Ὠκεανῷ, ψόφον ἐμποιεῖν σβεννύμενον, ὡς διάπυρον σίδηρον ἐν ὕδατι, ἐπὶ ταύτην ἦλθε τὴν δόξαν. Meminit hujus rei et doctissimus poëta Ausonius initio epistolae ad Paulinum XIX.

Condiderat jam Solis equos Tartesia Calpe,
Stridebatque freto Titan insignis Hibero.

Narrat etiam Tacitus [de Germ. c. 45. ubi v. Ernest. Tz.] tale quid de mari Germanico. Casaub.

P. 569. l. 5. διὰ τὸ τὰς ἀναθυμιάσεις *)] Non dubium, quin haec sit vera ejus rei causa. Vide praeter alios Cleomedem [l. l.] **) Casaub.

---

*) Intpp. Parr. monent, non satis accurate Strabonem usum esse h. v. pro ἀτμίδας vel ἀτμοὺς cit. *Schneid.* Eclog. Phys. T. I. p. 399. V. *Ruhkopf.* ad Senec. N. Q. I, 1, 6. Fr.

**) Ibid. l. 6. ὡς δι' αὐλῶν κλωμένην τὴν ὄψιν] Quid quaeso tibiae aut fistulae apud Veteres praestitere ad dilatandum visum? Lege itaque ὑάλων. Crystallo enim et vitro hanc potissimum vim inesse nemo est qui nesciat. Plura de ratione et causis, cur magnitudo solis subinde oriatur, vid. ap. *Is. Vossium* ad Pomp. Mel. L. I. c. 18. Almel. in *Add.*

V. et Wesseling. Probab. c. 11. p. 91. sq. Caylus in Mém. — de Paris. Hist. T. 27. p. 58. telescopii hic agnoscit vestigia et ipsum telescopium auctor libri de l'origine et des découvertes attrib. aux modernes T. I. c. 10. p. 223. Plura de h. l. Ameillhon in Mém. de Paris T. 42. p. 498. sq. Tzsch.

Strabo refractionem luminis per vapores explicandam suscipit; quam ut manifestius declaret, poros et interstitia guttularum, a quibus vapores formantur, quasi fistulas quasdam repraesentat, quibus interclusi radii divergere coguntur et refractiones pati, quarum ope res aspectabiles videntur ampliores. Breq.

Speculum grandiores imagines faciens Strabonis aetate notum non erat. Tibia κλωμένην τὴν ὄψιν reddit (i. e. amputatis radiis), et vapores ex humido exorti idem efficiunt. Falc.

Intpp. Parr. e Senec. Nat. Quaest. I, 6, 5. *Omnia per aquam*

[P.] P. 370, l. 9. *Ὁ δ' Ἄνας πρὸς νότον ἐπιστρέφει*] Intelligit flexum Anae, quem his verbis Ptolemaeus [II, 4. p. 81.] indicavit: *Καὶ ἡ ἐντεῦθεν γραμμὴ γραφομένη παρὰ τὴν Ταρρακωνησίαν ὡς ἐπὶ τὰ Βαλεαρικὸν πέλαγος.* *) Cas.

P. 370. l. 10. *ἣν Κελτοὶ νέμονται τὸ πλέον*] Manuscripti libri **) *Κέλτιοι*. Lego *Κελτικοὶ*, ut alibi [p. 411.] in hoc libro. Plinius (III. c. 1.) de Baetica: *Celticos a Celtiberis ex Lusitania advenisse manifestum est, sacris, lingua, oppidorum vocabulis, quae cognominibus in Baetica distinguuntur.* Casaub.

P. 370. l. 13. *καὶ Καρπητανοὶ καὶ Ὠρητανοὶ*] Quod ait hos populos esse *ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι τῆς Βαστικῆς*, convenit cum Plinio [III, 1.], qui Tarraconensem a Baetica ac Lusitania jugis Oretanis Carpetanisque distingui ait. Sed quod Baeticae ***) hos videtur attribuere, dissentit Ptolemaeus [II, 6.], qui in *περιηγήσει* Tarraconensis provinciae eos recenset. videntur autem Carpetani ii esse, quos alii Graeci Carpesios appellant. Ste-

---

videntibus longe esse majora. Literae quamvis minutae et obscurae, per vitream pilam aqua plenam majores clariores-que cernuntur — sidera ampliora per nubem adspicienti videntur, quia acies nostra in humido labitur, nec apprehendere, quod vult, fideliter potest. — Quidquid videtur per humorem, longe amplius vero est — correxerunt *ὡς διαυγῶν*, receptum a *Cor.* Cens. Bak. Jenens. p. 334. conjecit *δι' ὑδάτων* vel *δι' αὐλώνων* propter Cleomedis verba: *λέγεται δὲ καὶ ἐκ βαθέων θεωρούμενος φρεάτων ὁ ἥλιος — πολὺ μείζων φαντάζεσθαι, ἅτε διὰ τοῦ νοτεροῦ τοῦ ἐν τῷ φρέατι ἀέρος ὁρώμενος.* Nisi fortasse vulgata explicari potest ex Senec. l. l. I, 11. *radii per angusta foramina nubium tenues.* Tum *Schneider.* l. l. T. II. p. 273. ulcus subesse putat in vv. *νέφους ξηροῦ καὶ λεπτοῦ*, unde Intpp. Parr. posterius mutare cupiunt, sed dubitanter admodum, in *λευκοῦ*. Sed aperte *νέφος ξηρὸν καὶ λεπτὸν* opponitur *ὑγρῷ καὶ πυκνῷ*. Mox iidem ad vv. *ἐνεφυὲς φαίνεσθαι τὸ ἄστρον* citant ex Aristot. Meteor. III, 4. *Καὶ δι' ἀχλύος καὶ καπνοῦ ὁ ἥλιος φαίνεται φοινικοῦς.* coll. Chandler. Trav. in As. min. c. 1. Caeterum l. 16. mutato ordine *νύκτ. μηδ.* Par. 1. 3. Med. 1. et l. 17. pro *δυνομένου* Par. 1. 3. Med. 1. 2. *δυομ.* Fr.

*) Ibid. l. 8. *ἀποδίδωσι*] *ἐπιδίδ.* Paris. Med. 1. 2. *elabitur* Vet. Intp. *ἐκδίδ.* Epit. Fr.

**) Sic Eton. *Celtae* Vet. Intp. *Cor.* dedit *Κελτικοὶ*. V. *Tzsch.* ad T. II. p. 320. Fr.

***) Immerito Strabonem vituperari censent Intpp. Parr.; nam verba *ἐν τοῖς ἄνω μέρεσι τῆς Βαστικῆς* satis definire eorum regionem. Fr.

phanus: *Καρπήσιοι ἔθνος Ἰβηρικὸν τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ.* Polybius sane libro III. [c. 14. ubi v. *Schweigh.* T. V. p. 515.] *Καρπησίους* appellat, quos *Carpetanos* Livius in eadem historia lib. XXI. (c. 5.) *Καρπησίους* tamen idem Polybius [X, 7. *Καρπητανοῖς*] agnoscit alibi, nisi nobis nostri imponunt libri. ut et Livius *Carpesiorum gentem* lib. XXIII. (c. 26.) Legimus apud Stephanum [s. v. *Κάλπαι*], existimasse quosdam, *Καρπητανοὺς* eos esse, qui Calpen accolerent, sic dictos quasi *Καλπιανοὺς* aut *Καλπιτανοὺς* potius. CASAUB.

καὶ Οὐεττάνων] *Οὐεττώνων*, ut infra et apud Ptolemaeum [II, 5.]. Silius Italicus (III. 378.) *)

At Vettonum alas Balarus probat aequore aperto. **)

Ptolemaeus Lusitaniae hos adscribit, ut et Plinius lib. IV. cap. 22. qui tamen alibi [III, 3.] in Hispania citeriore eos collocare videtur: quanquam eo loco male legitur Vectones, ut et cap. 20. lib. IV. nisi quis putet, Vectones hoc posteriore loco alios esse a Vettonibus. CASAUB.

P. 370. l. 16. *πρὸς ἅπασαν κρινομένη τὴν οἰκουμένην*] Plinius (III. c. 1.) de Baetica: *Cunctas provinciarum diviti cultu et quodam fertili ac peculiari nitore praecedit.* ***) CASAUB.

[P] P. 371. l. 8. *ἀπὸ δὲ τῶν ἐνοικούντων, Τουρδιτανίαν*] Scribe †) *Τουρδητανίαν*, ut infra. Etiam Stephano Turdetania et Baetica voces sunt synonymae. *Τουρδιτανία*, ait, Hispaniae est regio, quae et Baetica vocatur, circa Baetin. Incolae *Τουρδιτανοὶ* vocantur et *Τουρδοῦλοι.*

---

*) In Caesare [B. C. I, 38.] confines sunt Lusitanis. De eorum sedibus disquirit Florez in España sagrada T. I. p. 206. sq. et Resendius in Antiqq. Lusitan. De scriptura v. Staver. ad Nepot. Hamilc. 4, 2. TZSCH.

Ed. Alm. *Οὐεττάνων*, quod *Breq.* mutavit in *Οὐεττώνων* e Reg. Idem probat *Schweigh.* ad Appian. T. III. p. 268. Haud obsecutus est *Cor.* FR.

**) Prudent. Hymn. IX. in Eulal. v. 186. *Clara colonia Vettoniae.* FR.

***) P. 371. l. 2. *ἀπὸ τῶν αὐτῶν μερῶν*] Fontes Anae et Baetis sunt vicini, sed Tagi fons longe distat: ideoque forsan Strabo eam seriem montium intelligi voluit, unde plurimi Hispaniae fluvii oriuntur. FALC.

†) *Breq.* e Steph. Byz. scripsit *Τουρδετ.*, quod improbat *Tzsch.* ad Mel. III, 1, 3. not. exeg. p. 10. plura daturus. Rectius cum Epit. *Τουρδητ.* *Cor.* constanter. FR.

Addit deinde, vocatam hanc regionem ab Artemidoro *Τουρτιτανίαν*, et incolas ejus *Τουρτους καὶ Τουρτιτανούς*. Turdulorum autem appellationem non uni tantum Hispaniae populo convenire, recte videntur docti viri annotasse. Plinius (III. c. 1.) *Turdulos*, ait, *Lusitaniam et Tarraconensem accolere*. lib. autem IV. cap. 22. aliorum meminit, qui et *Barduli* appellentur. Ptolemaeo [II, 4.] Turdetani et Turduli diversi quidem sunt populi, sed ejusdem regionis, nempe Baeticae, quanquam Turditanorum regionem etiam trans Anam extendit. CASAUB.

P. 371. l. 10. *οἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς νομίζοντες*] Scribe *νομίζοντες*. vel *οὓς οἱ μέν*. *) CASAUB.

P. 371. l. 11. *τοῖς Τουρδετάνοις πρὸς ἄρκτον*] Ptolemaeo Turduli Turdetanis sunt *πρὸς ἀνατολὰς καὶ νότον*. At Strabo infra [p. 404.] Augustam Emeritam in Turdulis collocans, ubi eos velit intelligi, satis docet. CAS.

P. 371. l. 15. *Καὶ νόμους ἐμμέτρους ἑξακισχιλίων ἐτῶν*] Non male convenit haec lectio cum eo, quod dixit supra, *καὶ τῆς παλαιᾶς μνήμης ἔχουσι τὰ γράμματα*. Tamen si quis mavult legere *ἐπῶν* **), solvitur *τὸ ἄτοπον*, et puto sic legendum. PALMER. [in Exercitt.] ALMEL.

P. 371. l. 17. *οὐδὲ γὰρ γλώττῃ ἰδίᾳ*] Vetus lectio, *γλώττῃ μιᾷ*. ***) CASAUB.

---

*) Eton. Med. 1. 2. *νομίζοντες*, quod praetulerunt *Breq.* et *Cor.* Contra *Gron.* Var. Geogrr. p. 169. e Med. mavult *προσαγορεύοντες οἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς νομίζουσι*. Vet. Intp. *sunt qui arbitrantur esse*. Polybii locus est inter fragm. lib. XXXIV. c. 9. T. IV. p. 640. ed. *Schweigh.* FR.

**) Idem malit Villois. in proleg. ad Homer. p. 57., nisi obstet *ὡς φασι* et antiquitatis populorum vana jactantia. Vulgatam tuetur etiam Katancsich de Istro p. 297. TZSCH.

Vulg. recte defendunt Intpp. Parr. et *Falc.* eodem jure *Bocharti* sententiam Chan. L. I. p. 665. chiliadum loco totidem annorum centurias numerantis improbat. Antea *τὰ* ante *συγγράμματα* ignorant Par. 1. Med. 1. 2. Par. 1393., unde *Intpp. Parr.* et *Cor.* deleverunt. Epit. *καὶ γραμματικὴν τέχνην καὶ ποιητὰς καὶ ἱστορικοὺς* (*ὥς φασιν*) *ἐπὶ τῶν Σεράβιωνος χρόνων ἐτῶν ς ἔχοντες*. FR.

***) Epit. *ἀλλὰ καὶ ἄλλοι Ἴβηρες οὐχ ὁμόγλωσσοι ὄντες γραμματικαῖς χρῶνται τέχναις ἕκαστος κατὰ τὴν ἰδίαν γλῶτταν*. Vet. Intp. *haud enim una lingua est*. *Cor.* cum *Breq.* et *Intpp. Parr.* scripsit *γλ. μιᾷ*, ortum ratus *ἰδίᾳ* ex antegresso *ἰδίας*. Idem praefert *Falc.* FR.

P. 372. l. 1. *Τείνει δὲ ἡ χώρα αὕτη*] Baetica, cujus *περιορισμὸν* longe alium vide apud Ptolemaeum [II, 2.].*) Casaub.

P. 372. l. 7. *τῆς δὴ παρ.*] *δὴ*, et *εἰς ἥν*, non *ἣν*.**) Cas.

P. 372. l. 12. *τῶν καλουμένων Βαστιτανῶν*] Vetus lectio *Βαστιτανῶν* et apud Ptolemaeum *Βαστητανοὶ*, et ita in Strabone paulo post. ***) Sed Ptolemaeus distinguit inter Bastulos et Bastitanos, quos hic confundit Strabo. Bastulos Ptol. [II, 4.] ibi collocat, ubi et Strabo, sed Batetanos in citeriore Hispania. †) Casaub.

P. 372. l. 13. *τῷ δ' ὕψει μέγα*] Paulinus ad Ausonium:

Discussit bimarem celso qui vertice Calpen. Cas.

P. 372. l. 14. *ὥςτε πόρρωθεν νησοειδὲς* ††) *φαίνεσθαι*]

---

*) Ibid. l. 3. *ἀπὸ τῶν ἐμβολῶν μέχρι τῆς παραλίας τῆς τοῦ Ἄνα μέχρι στηλῶν*] Vet. Intp. *et usque ad col.*, unde Intpp. Parr. scriptum fuisse suspicantur *ἐκβολῶν καὶ τῆς παρ. κτλ. Cor.* vero dedit [*καὶ*] *μέχρι στ.* Ibid. a vv. *περὶ αὐτῆς* incipiunt Mosc. et Par. 2., sed in hoc multa desunt, aliaque mire perturbata. Fr.

**) In Ald. Hopp. Xyl. *Τῆς δὲ* et *εἰς* omissum. Posterius supplevérat etiam ap. *Tzschuck.* V. D. anonymus, cujus notata margini ed. Ald. allita miserat *Weigelius.* Tum l. 8. *ὁ* ante *Ἄνας* inserunt Mosc. Esc. Med. 1., quod fecit *Cor.* et l. 9. *τὸ* ante *μεταξὺ* idem addidit praeeunte *Breq.* ex Eton. Esc. Mosc. Med. 1. 2. Reg. Fr.

***) *Βαστιτανῶν* Par. 3. Esc. Mosc. Vet. Intp., quod revocavit *Breq.* De re ipsa cf. *Tzschuck.* ad Mel. III, 1, 3. not. exeg. p. 11. Fr.

†) Ibid. l. 13. *τῇ περιοχῇ μὲν οὐ μέγα*] *οὖν μέγα* Ald., quod V. D. anon. ap. *Tzsch.* correxit. Fr.

††) Leg. *στηλοειδὲς.* Ipse emendationi huic subscribit Geogr. *Ἔνιοι δὲ στήλας ὑπέλαβον τὴν Κάλπην καὶ Ἄβύλυκα.* Vid. seqq. et maxime quae Eustath. annotat ad Dionys. v. 64. *στήλας εἰκάζονται. ἔχομεν γάρ τινα ἐμφαίνουσι καὶ αὐτὰ, οἷαν καὶ αἱ στῆλαι καὶ αἱ στηλίδες. καὶ διὰ τοῦτο τὰ τοιαῦτα στήλας ἂν λέγοιντο.* Nec aliud sensit Mela l. a Cas. I. et I. c. 5. *Deinde est mons praealtus, ei, quem ex adverso Hispania attollit, objectus: hunc Abylam, illum Calpen vocant, columnas Herculis utrumque.* Quae evincunt etiam, non *parva*, sed *alta* vel *pervia*, aut tale quid potius apud Avienum legendum v. 343.:

Sunt parva porro saxa prominentia
Abila atque Calpe.

Hic ut *pervia* legatur, praeter lectionis affinitatem suadent illa quae sequuntur apud Melam loc. pr. *Is mirum in modum concavus, ab ea parte, qua spectat occasum, medium fere latus aperit: atque inde egressus totus admodum per-*

Mela (II. c. 6.) de Abyla et Calpe montibus: *Uterque quidem, sed Calpe magis et pene totus, in mare prominens.* Vide quae sequuntur. Nam Mela illum montem accurate descripsit. CASAUB.

[P] P. 372. l. 16. *Καὶ πρὸς αὐτῷ Κάλπη πόλις*] Legendum censeo *Καρτηΐα πόλις*. Nam eam urbem hic intelligi, et res ipsa docet, et ex eo colligi potest, quod toties eam infra nominans, nihil tamen de ejus situ alibi dixisse reperitur. Carteiam autem esse vicinam τῇ *Κάλπῃ* monti, satis constat. Mela (II. c. 6.) postquam Calpen descripsit, *Sinus ultra est, in eoque Carteia.* Plinius (III. c. 1.): *Carteia, Tartessos a Graecis dicta, mons Calpe.* Idem traditur a Ptolemaeo. At Calpen urbem nemini veterum, ne nominatam quidem, reperio. *) Nam quod in Antonini Itinerario [p. 406. sq. ubi

---

vius, prope quantum patet specus. VLITIUS ad M. Aurel. Olymp. Nemes. Cyneg. v. 252. ALMEL. in *Addend.*

Hanc emendationem alii etiam amplexi sunt, quos v. ap. *Tzschuck.* ad Mel. II, 6, 8. not. exeg. p. 547. Recte vero *Fale.* et Intpp. Parr. speciosiorem, quam veriorem eam appellant. FR.

*) H. l. infeliciter sollicitat Cas. Etenim auctor est Stephanus, *Κάλπην* et *Κάλπειαν* a nonnullis urbem hanc esse dictam. *Κάλπη*, inquit, *πόλις Ἰβηρίας, ἐθνικὸν Καλπιανός. λέγουσι γὰρ καὶ τὴν πόλιν Κάρπειαν, τινὲς τούτους Καρπητανούς, οὐ Καλπιανούς φασι.* Qui locus sic a nobis restitutus est. Emendationem vero nostram ipse confirmat Stephanus in *Καρπηΐα*, cum ait: *Εἴρηται ἐν τῷ Κάλπη, ὅτι τινὲς Κάρπειαν τὴν πόλιν φασὶ καὶ Καρπητανοὺς τὸ ἐθνικόν.* Pro *Κάρπειαν* forte legendum est *Κάλπειαν*, ut pr. l.: tamen Pausanias Eliac. II. [L. VI. c. 19. T. II. p. 198. ed. Fac. qui *Καρτηΐαν* scribendum esse putat. FR.] *Καρπίαν* nominat. *Εἰσὶ δ' οἳ Καρπίαν Ἰβήρων πόλιν καλεῖσθαι νομίζουσι τὰ ἀρχαιότερα Ταρτησσόν.* Quid quod et Appianus in Hispan. [c. 2. ubi v. *Schweigh.* T. III. p. 203. sqq.] eandem *Καρπησσὸν* vocat, credo ad antiquam τῆς *Ταρτησσοῦ* appellationem alludens. Sic enim priscis temporibus nominata esse dicitur, teste Strabone, Pausania, Mela ac Plinio. Quanquam Silius Ital. III, 396. et distinxit simul et confudit:

Arganthoniacos armat Carteja nepotes.
Rex proavi fuit humani ditissimus aevi
Ter denos decies emensus belliger annos.
Armat Tartessos stabulanti conscia Phoebo.

HENR. VALES. in adnot. ad Exc. Nicol. Damasc. p. 72. [p. 208. sq. ed. Orell.] ALMEL. in *Addend.*

Lud. Nonnius in descr. Hispan. c. X. vulg. tuetur. Antonin. Itinerar. ut depravatum rejicit Cas.; sed quam vere, vi-

P. 372. l. 1. *Τείνει δὲ ἡ χώρα αὕτη*] Baetica, cujus *περιορισμὸν* longe alium vide apud Ptolemaeum [II, 2.].*) Casaub.

P. 372. l. 7. *τῆς δὴ παρ.*] *δὴ*, et *εἰς ἣν*, non *ἥν*.**) Cas.

P. 372. l. 12. *τῶν καλουμένων Βαστιτανῶν*] Vetus lectio *Βαστιτανῶν* et apud Ptolemaeum *Βαστήτανοι*, et ita in Strabone paulo post. ***) Sed Ptolemaeus distinguit inter Bastulos et Bastitanos, quos hic confundit Strabo. Bastulos Ptol. [II, 4.] ibi collocat, ubi et Strabo, sed Basetetanos in citeriore Hispania. †) Casaub.

P. 372. l. 13. *τῷ δ' ὕψει μέγα*] Paulinus ad Ausonium:

Discussit bimarem celso qui vertice Calpen. Cas.

P. 372. l. 14. *ὥστε πόρρωθεν νησοειδὲς* ††) *φαίνεσθαι*]

---

*) Ibid. l. 3. *ἀπὸ τῶν ἐμβολῶν μέχρι τῆς παραλίας τῆς τοῦ Ἄνα μέχρι στηλῶν*] Vet. Intp. *et usque ad col.*, unde Intpp. Parr. scriptum fuisse suspicantur *ἐκβολῶν καὶ τῆς παρ. κτλ. Cor.* vero dedit [*καὶ*] *μέχρι στ.* Ibid. a vv. *περὶ αὐτῆς* incipiunt Mosc. et Par. 2., sed in hoc multa desunt, aliaque mire perturbata. Fr.

**) In Ald. Hopp. Xyl. *Τῆς δὲ* et *εἰς* omissum. Posterius supplevérat etiam ap. *Tzschuck.* V. D. anonymus, cujus notata margini ed. Ald. allita miserat *Weigelius.* Tum l. 8. *ὁ* ante *Ἄνας* inserunt Mosc. Esc. Med. 1., quod fecit *Cor.* et l. 9. *τὸ* ante *μεταξὺ* idem addidit praeeunte *Breq.* ex Eton. Esc. Mosc. Med. 1. 2. Reg. Fr.

***) *Βαστιτανῶν* Par. 3. Esc. Mosc. Vet. Intp., quod revocavit *Breq.* De re ipsa cf. *Tzschuck.* ad Mel. III, 1, 3. not. exeg. p. 11. Fr.

†) Ibid. l. 13. *τῇ περιοχῇ μὲν οὐ μέγα*] *οὖν μέγα* Ald., quod V. D. anon. ap. *Tzsch.* correxit. Fr.

††) Leg. *στηλοειδὲς*. Ipse emendationi huic subscribit Geogr. *Ἔνιοι δὲ στήλας ὑπέλαβον τὴν Κάλπην καὶ Ἀβύλυκα.* Vid. seqq. et maxime quae Eustath. annotat ad Dionys. v. 64. *στήλας εἰκάζονται. ἔχουσι γάρ τινα ἐμφαίνουσι καὶ αὐτὰ, οἷαν καὶ αἱ στῆλαι καὶ αἱ στηλίδες καὶ διὰ τοῦτο τὰ τοιαῦτα στήλας ἂν λέγοιντο.* Nec aliud sensit Mela l. a Cas. l. et L. I. c. 5. *Deinde est mons praealtus, ei, quem ex adverso Hispania attollit, objectus: hunc Abylam, illum Calpen vocant, columnas Herculis utrumque.* Quae evincunt etiam, non *parva*, sed *alta* vel *pervia*, aut tale quid potius apud Avienum legendum v. 343.:

Sunt parva porro saxa prominentia
Abila atque Calpe.

Hic ut *pervia* legatur, praeter lectionis affinitatem suadent illa quae sequuntur apud Melam loc. pr. *Is mirum in modum concavus, ab ea parte, qua spectat occasum, medium fere latus aperit: atque inde egressus totus admodum per-*

Mela (II. c. 6.) de Abyla et Calpe montibus: *Uterque quidem, sed Calpe magis et pene totus, in mare prominens.* Vide quae sequuntur. Nam Mela illum montem accurate descripsit. CASAUB.

[P] P. 372. l. 16. *Καὶ πρὸς αὐτῷ Κάλπη πόλις*] Legendum censeo *Καρτηΐα πόλις*. Nam eam urbem hic intelligi, et res ipsa docet, et ex eo colligi potest, quod toties eam infra nominans, nihil tamen de ejus situ alibi dixisse reperitur. Carteiam autem esse vicinam τῇ *Κάλπῃ* monti, satis constat. Mela (II. c. 6.) postquam Calpen descripsit, *Sinus ultra est, in eoque Carteia.* Plinius (III. c. 1.): *Carteia, Tartessos a Graecis dicta, mons Calpe.* Idem traditur a Ptolemaeo. At Calpen urbem nemini veterum, ne nominatam quidem, reperio. *) Nam quod in Antonini Itinerario [p. 406. sq. ubi

---

vius, prope quantum patet specus. VLITIUS ad M. Aurel. Olymp. Nemes. Cyneg. v. 252. ALMEL. in *Addend.*

Hanc emendationem alii etiam amplexi sunt, quos v. ap. *Tzschuck.* ad Mel. II, 6, 8. not. exeg. p. 547. Recte vero *Fale.* et Intpp. Parr. speciosiorem, quam veriorem eam appellant. FR.

*) H. l. infeliciter sollicitat Cas. Etenim auctor est Stephanus, *Κάλπην* et *Κάλπειαν* a nonnullis urbem hanc esse dictam. *Κάλπη*, inquit, *πόλις Ἰβηρίας, ἐθνικὸν Καλπιανός. λέγουσι γὰρ καὶ τὴν πόλιν Κάρπειαν, τινὲς τούτους Καρπητανούς, οὐ Καλπιανούς φασι.* Qui locus sic a nobis restitutus est. Emendationem vero nostram ipse confirmat Stephanus in *Καρπηΐα*, eam ait: *Εἴρηται ἐν τῷ Κάλπη, ὅτι τινὲς Κάρπειαν τὴν πόλιν φασὶ καὶ Καρπητανοὺς τὸ ἐθνικόν.* Pro *Κάρπειαν* forte legendum est *Κάλπειαν*, ut pr. l.: tamen Pausanias Eliac. II. [L. VI. c. 19. T. II. p. 198. ed. Fac. qui *Καρτηΐαν* scribendum esse putat. FR.] *Καρπίαν* nominat. *Εἰσὶ δ' οἱ Καρπίαν Ἰβήρων πόλιν καλεῖσθαι νομίζουσι τὰ ἀρχαιότερα Ταρτησσόν.* Quid quod et Appianus in Hispan. [c. 2. ubi v. *Schweigh.* T. III. p. 203. sqq.] eandem *Καρπησσὸν* vocat, credo ad antiquam *τῆς Ταρτησσοῦ* appellationem alludens. Sic enim priscis temporibus nominata esse dicitur, teste Strabone, Pausania, Mela ac Plinio. Quanquam Silius Ital. III, 396. et distinxit simul et confudit:

Arganthoniacos armat Carteja nepotes.
Rex proavi fuit humani ditissimus aevi
Ter denos decies emensus belliger annos.
Armat Tartessos stabulanti conscia Phoebo.

HENR. VALES. in adnot. ad Exc. Nicol. Damasc. p. 72. [p. 208. sq. ed. Orell.] ALMEL. in *Addend.*

Lud. Nonnius in descr. Hispan. c. X. vulg. tuetur. Antonin. Itinerar. ut depravatum rejicit Cas.; sed quam vere, vi-

cf. *Wesseling.*] Calpe et Carteia distingui tanquam urbes duae diversae videntur: id vero me nihil movet, cum ille totus locus ita sit perturbatus et corruptus, ut ex eo certi constitui nihil possit. Carteiam Appianus semper *Καρτησσὸν* vocat. CASAUB. *)

Recte magnus Casaubonus conjicit, scribendum *Καρτηΐα πόλις;* cum verissimum sit, *Heraolea* Carteiae fuisse vetus nomen, tanquam ab Hercule conditore. Herculem enim suum Phoenices *Μέλκαρθον* appellabant. Philo Byblius ex Sanchoniathone apud Eusebium lib. 1. Praeparat. *τῷ δὲ Δημαρούντι γίνεται Μέλκαρθος ὁ καὶ Ἡρακλῆς. Μέλκαρθος* autem est מלך קרחא, *Melech Kartha* **), Rex urbis, id est, Tyri. Idem Graecis *Melicertes* sive *Palaemon* maris Deus, quem Cadmi nepotem esse fingunt. Hinc Hesychius: *Παλαίμων, ὁ Ἡρακλῆς.* Et Amathusiis in Cypro מליך *malich.* Hesychius rursus: *Μάλικα, τὸν Ἡρακλέα, Ἀμαθούσιοι.* Omnino igitur ex *Melcartho* vel מלך־קרחא *Melech-Kartha*, quasi *Ἡρακλείαν* dixeris; deinde per aphaeresin *Cartheja* vel *Carteja:*

derit lector. Interim parum firmae ejus rationes, ut a codd. omnium consensu recedam, videntur: praesertim cum eo loci hodierno aevo urbs sita est, *Gibraltar* dicta, qua Poeni primum in Hispaniam irrupere, acciti a Juliano comite, nomenque illius priscum in ducis *Tarif* memoriam mutatum. Conjecturae meae favent Ambr. Morales L. XII. c. 68. et P. Joann. Mariana Rer. Hispan. L. VI. c. 22. vocat *Gibraltar, Heracleam.* V. et Forbesii Instruct. Historico-Theol. L. IV. c. 17. n. 9. ALMEL. in *Addend.*

Cellarius in Not. O.A.L. II. c. 1. §. 34. „Nulla correctione Strabonem egere, observarunt Ez. Spanhem. †) de Pr. et Us. Num. p. 766. et Henr. Noris. Cenotaph. Pisan. p. 207. Ex numo enim augustae Christinae Suecicae inscriptionem non dubitandam proferunt C. I. CALPE i. e. Colonia Julia Calpe." *Gossell.* ad h. l. *Casaubono* adstipulatur hanc unam ab causam, quod Calpe fuerit ad radices montis, Strabo vero eam 45 st. removeat. Sed v. *Tzschuck.* ad Mel. II, 6, 8. not. exeg. p. 547., qui plura collegit. FR.

†) At idem Spanhem. monuit Diss. XIII. T. II. p. 60. Vaillantium Num. Col. P. II. p. 212. docuisse literas erosi numi non de Calpe, sed de Carthagine explicandas. Quae quum pendeant ex accurata inspectione numi illius, quem hucusque vulgatum esse non novimus, res in medio videtur relinquenda. BREQ.

*) Casaubonum reprehendit Holsten. ad Steph. Byz. p. 162. b. TZSCH.

**) Vid. Fulleri Miscell. sacr. c. 18. lib. 3. p. 372. TZSCH.

quae aphaeresis apud Hebraeos frequentissima est in nominibus locorum compositis; v. g. *Hermon*, pro *Baalhermon*, *Salem*, pro *Jerusalem*. Bochart. *in Chanaan lib.* 1. *cap.* 34. *pag.* 615. Almel.

P. 373. l. 1. *ναύσταθμόν ποτε γενομένη*] Vetus lectio *ναυσταθμόν*. Utroque genere efferunt auctores: atque in hac voce mire variant veteres codices. *) Casaub.

P. 373. l. 6. *Εἶτα Μελλαρία*] Omnes ita appellant praeter Ptolemaeum, ubi *Μενρουλία* [II, 4.] constanter scribitur.**) Estque ei alia etiam Menlaria, urbs Contestanorum prope Surconem. Apud Stephanum reperio, etiam *Μηλαρίαν* appellasse Graecos hanc urbem. Cas.

P. 373. l. 7. *καὶ μετὰ ταῦτα Βελὼν πόλις καὶ ποταμός*] Apud Ptolemaeum [II, 4.] *Βαιλὼν* et urbis et fluvii nomen scribitur. Sed Strabo scripsit *Βελὼν*, ut ex Stephano cognoscimus. Nonnulli tamen e Latinis Bello scribunt. ***) Casaub.

P. 373. l. 8. *ἐντεῦθεν οἱ διάπλοι μάλιστα εἰσὶν εἰς Τίγγιν*] In Antonini Itinerario [p. 425. ed. *Wess.*] maritimo scriptum est: *A Bellone trajectus in Tingi Mauritanam, stadia CCXX.* Plinius vero lib. v. cap. 1. de Tingi: *Abest a Belone oppido Baeticae proximo trajectu XXX. M. pass.* quem si sequimur, apud Antoninum scribendum fuerit CCXL. Apud Melam (II. c. 6.) locus est depravatissimus, quem ut existimem corrigendum, hic indicabo. Vetus lectio ita habebat: *Atque unde nos sumus Cingenterarum Mellaria, et Belo*, qui locus viros doctos mire hactenus torsit. Novissime autem vir eruditus. Andreas Schottus veram lectionem sibi visus est invenisse, quam ego sane multis nominibus probare nequeo. Lego autem, *Atque unde nos sumus, Tingi contraria Mellaria:* aut, *Tingi e regione sita Mellaria.* Nam Tingis factam hic a Mela mentio-

*) Ald. Hopp. Xyl. *ναύσταθμος*. V. *Tzschuck.* ad Strab, T. III. p. 182. T. V. p. 69. sq. 335. 405. T. VI. p. 596. *Schweigh.* ad Polyb. T. VI. p. 166. Pro *ποτε* Par. 3. Med. 1. 2. *τε* habent. Fr.

**) *Μελλαύρια* Esc. *Μενλάρια* Vet. Intp. Mosc. (sed *λλ* sup. Tz.) Fusius de ea disputat *Tzschuck.* ad Mel. II, 6, 9. not. exeg. p. 554. Fr.
Berkel. ad Steph. Byz. p. 221. restituit *Μηλάρια*. Almel. in *Addend.*

***) V. *Tzschuck.* ad l. l. p. 555. sq. Fr.

nem, mihi est persuasissimum: primum quidem veterem lectionem spectanti, quae est, ut dixi, Cingenterarum, aut etiam in suis libris doctissimus Elias Vinetus reperit Tingentera: ut jam de eo dubitari non possit. Deinde autem video morem Melae hunc esse, ut locorum in altera ora oppositorum mentionem faciat. *) Sic alibi (III. 8.) *Majorem Sabaei tenent partem, ostio proximam et Carmanis contrariam Macae.* Nec moveri quisquam debet, quod alii Tingin Beloni, non Mellariae, faciunt contrariam. Nam Belo et Mellaria ita sunt vicinae, ut mirari hoc nemo debeat. Sane qui Ptolemaei tabulas inspexerit, et hujus rei desinet causam quaerere, et mihi, nisi fallor, assentietur. Cas.

P. 373. l. 9. *Ἦν δὲ καὶ Ζέλις τῆς Τίγγιος ἀστυγείτων*] Scripserat, ut puto, Strabo *Ζῆλις* hic quoque, ut lib. XVI. [T. VI. p. 648.] quanquam istis in nominibus Barbaris nullam secuti sunt veteres certam analogiam. Plinio v. c. 1. *Zilis.* Ptolem. [IV, 1.] *Ζιλία* vocatur. **) Casaub.

P. 373. l. 10. *ἀλλὰ μετῴκισαν ταύτην εἰς τὴν περαίαν Ῥωμαῖοι*] Plinius V. c. 1. aliter rem narrat: *Zilis*, inquit, *regum ditioni exempta, et jura in Baeticam petere jussa.* Sed a Strabone stare Ptolemaeus [II, 4.] videtur, qui in hac Hispaniae ora oppidum quoddam memorat, cui nomen Transducta, in quod scilicet collocati fuerint isti, de quibus nunc loquitur Strabo: et de quibus dubitavi aliquando an haec Melae (II. 6.) verba essent accipienda: *In eaque Carteia, ut quidam putant, Tartessos, et quam transvecti ex Africa Poeni* (al. *Phoenices*) *habitant.* Nam videbatur satis aperte Transductam Ptolemaei *περιφράζειν*. Nunc iis assentior, qui ad Carteiam ea referunt. ***) Casaub.

[P] P. 373. l. 13. *καὶ ὠνόμασαν Ἰουλίαν Ἰόζαν*] Juliae Jozae †) mentionem adhuc, quod quidem meminerim, non reperi. Puto autem, ut dixi, esse quam Ptolemaeus

---

*) V. *Tzschuck.* ad l. l. not. crit. p. 456. sqq. Fr.

**) *Ζέλις* Gron. Esc. Mosc. Tz. *Breq. Cor.* V. *Tzschuck.* ad Mel. III, 10, 6. not. exeg. p. 423. sq. Mox pro *Τίγγος*, quod fluxit e Xyl., *Cor.* scripsit *Τίγγιος*, ut jam habent Ald. Hopp. et antea pro *ἐμπόρια* recepit e Par. 1. *ἐμπορεῖα*. Fr.

***) Plura suppeditat *Tzschuck.* ad l. l. not. exeg. p. 552. sqq. Fr.

†) Pro *Ἰόζαν* legit *Κοσταντίαν* Heringa observv. p. 100. Salmas. ad Solin. p. 204. a. F. reponit *Ἰουλίαν Τρανσδοίκταν*. Tzsch.

Transductam nominat. Plinius v. c. 1. quidem est auctor, Tingi mutato nomine appellatam fuisse *Traductam Juliam*, sed id ad hunc locum nihil facit. *) Casaub.

Mauri scilicet barbari, Phoenice vel Palaestina oriundi; nam Romani Juliam Transductam nominabant, quod unum et idem esse, et *Transductam* esse interpretamentum τοῦ Ἰοζαν, seu Γιουαν, docuit nos doctissimus Samuel Bochartus in suo reconditae eruditionis pleno de Phoenicum coloniis tractatu. Chan. I. 34. p. 614. Palmer.

P. 373. l. 13. *Εἶτα Γάδειρα*] Latini *Gades* fere vocant, sed Graeci propius ad vocis originem accedentes dicunt τὰ Γάδειρα et τὴν Γάδειραν, ut Eratosthenes teste Stephano. Nam ea vox, ut ex Plinio et Solino intelligere est, qui sepem interpretantur, origine Hebraica est. **) Nam Hebraeis גדר id significat. Ineptum est nimis quod Graeci Grammatici volunt nobis persuadere, dictam *Γαδειραν*, quasi γᾶς δειράν. (Inepta sunt etiam, quae de hac voce leguntur in Etymologico magno.) Melius Hesychius, *Γάδειρα, τὰ περιφράγματα Φοίνικες.* Cas.

P. 374. l. 1. *ἀνδρείᾳ δὲ τῶν ἐνοικούντων*] *Ἀνδρείαν* vocat, quam melius *ἐμπειρίαν* dixisset, ut docet Philosophus Nicomacheorum libro III. ita autem scripsisse Strabonem etiam ex Eustathio constat. ***) Sed et lib. XVI. [T. VI. p. 358.] etiam apertius *ἀνδρίαν* posuit *ἀντὶ τῆς ἐμπειρίας.* Ibi enim de Tyro loquens, esse eam ait *δυσδιαγώγητον μὲν* propter multitudinem *τῶν βαρβάρων, πλουσίαν δὲ διὰ τὴν τοιαύτην ἀνδρίαν.* Casaub.

P. 374. l. 2. *καὶ φιλίᾳ πρὸς Ῥωμαίους*] Vetus lectio *φιλίᾳ.* Recte. †) Vide totam Ciceronis orationem pro Cornelio Balbo. Dio lib. XLI. testatur, Gaditanis omnibus datam a Caesare civitatem, cum initio belli civilis in Hispaniam venit. Casaub.

---

*) Intpp. Parr. facillime fieri potuisse ajunt, ut Strabo scripserit eodem sensu *Ἰουλίαν ἀνοσίαν.* Med. 2. e corr. *Οὐλίαν* et Mosc. Tz. *Ἰόζαν.* Mox l. 14. Epit. *τὰ Γάδ. ἀπέχει τῆς Βαιτικῆς τοῦ αἰγιαλοῦ σταδ. φν'.* et l. 16. *ἔστι δ' ἡ νῆσος* Med. 1. Esc. Mosc., ut olim *Breq.* scripsit, nunc *Cor.* Fr.

**) Multa affert *Tzschuck.* ad Mel. II, 7, 1. not. exeg. p. 558. sqq. Fr.

***) ad Dionys. v. Γ. 𝔏. *ἀνδρεῖοι δὲ περὶ ναυτιλίας οἱ Γαδειρῖται. διὸ καὶ ἰσχάτη οἰκ. ἡ νῆσος ὅμως ὀνομαστοτάτη ἐγένετο.* Fr.

†) Sic Vet. Intp. Ante *Casaub. φιλίας.* Fr.

[illegible] ὁ *Μενεσθέως καλούμενος λιμὴν*] Etiam [illegible] 4.] hujus meminit. Menestheus autem [illegible]um fuit dux belli Trojani tempore. *) Le[illegible]um in Graecorum commentariis, Menestheum, [illegible] quitur Homerus, Athenas ex Ilio reversum, [illegible] Thesidis pulsum fuisse, et in Hispaniam venisse.

P. 374. l. 8. *ἀνάχυσις καὶ ἀνάβρασις.*] Ptolem. [II, 4.] [illegible] appellat, ut et Philostratus libro v. [c. 1.] La[illegible] aestuaria, qua vox Graeca *ἀνάβρασις* ***) recte exprimitur. Plinius III. c. 1. autem *aestuaria Baetis* vocare videtur, quae Strabo et Ptolem. *κατὰ Ἄστραν*. Plinii verba sunt: *Inter aestuaria Baetis oppidum Nebrissa, cognomine Veneria, et Colobona coloniae, Asta quae Regia dicitur.* In tabulis Ptolemaicis magno errore Asta tam procul ab Aestuariis collocatur, ut merito dubitet aliquis, cur hanc *ἀνάχυσιν* appellent et Strabo et Ptol.. *τὴν κατὰ Ἄστραν*. Nec dubito, quin corrigi hac in parte debeant primum quidem numeri Ptolemaici, deinde ejus tabulae. Habeo ego antiquam ejus editionem, quae latitudinem Astae tribuit gr. 37. non, ut vulgo, 37. 20. quod probo: et ita puto corrigendum. Itaque in Graeco notetur latitudo λζ tantum: non λζ γ'. Porro aestuaria haec pluribus describit infra eodem. †) Casaub.

P. 374. l. 12. *αἱ ἐκβολαὶ τοῦ Βαίτιος διχῇ σχιζόμεναι*] Mirum est, in tabulis Ptolemaicis nihil tale apparere. ††) Sane in veteris editionis, cujus modo memini, tabulis non inelegantibus, duo ista Baetis ostia recte exprimun-

*) V. Meurs. de regn. Att. III, 5. p. 157. Penz.

**) V. *Bochart.* Chan. L. I. c. 34. Fr.

***) H. l. nimis secure ad v. *ἀνάβρασιν* retulit ad v. *ἀνάχυσις* referenda. Nam pro *ἀνάβρασις* Vet. Intp. Mosc. Par. 1393. habent *Νάβρασιν*, unde Intpp. Parr. *Νάβρισσαν* reposuerunt e Strab. infra p. 383, 7. *τούτων* (*ἀναχύσεων*) *δ' ἐστὶν ἥ τε Ἄστα καὶ Νάβρισσα*, quod recepit *Cor.* Accedit, quod Strabo p. 378, 7. dicit *ἐπὶ δὲ ταῖς ἀναχύσιν ἡ Ἄστα*. Fr.

V. de h. v. emendatione Holsten. ad Ortel. p. 128. Tzsch.

†) Ibid. l. 11. pro *ἐπὶ τὴν μεσόγαιαν* Par. 1. Esc. *ἐς τὴν μ.* Mosc. Tz. et Epit., qui hic omnia verbotenus descripsit, *εἰς τὴν μεσογαῖαν*. Tum pro *ἐπ' αὐτῆς* Med. 1. *ἐπ' αὐτῇ*, Par. 1. 3. Eton. Esc. *ἐπ' αὐταῖς*. Vet. Intp. *ad vicina praesertim oppida.* Med. 2. *ἐπ' αὐτῇ* et e corr. *ἐπ' αὐταῖς*. Mox l. 13. pro *ἐπὸ Cor.* dedit *ὑπὸ* ex Mosc. Esc. Par. 1. Fr.

††) V. *Tzschuck.* ad Mel. III, 1, 5. not. exeg. p. 16. sq. Fr.

tur: et vero, cum memorat Ptolem. *Βαίτιος τὸ ἀνατολικὸν στόμα*, indicat satis, aliud se agnoscere *δυτικὸν*, ut in Rhodano et aliis fluviis. CASAUB.

P. 374. l. 16. *καὶ ὁ τοῦ Καπίωνος πύργος*] Libri quidam manu exarati habebant *Ἀπίωνος*. *) In Mela videtur vetus fuisse lectio libro III. (c. 1.) *monumentum Capionis scopulo magis, quam insulae, impositum:* nam ita video quosdam, qui patrum memoria scripserunt, locum illum legere: hodie tamen omnes Geryonis, de quo alio loco (III. c. 6.) idem Mela. CASAUB.

P. 374. l. 18. *ὥςπερ ὁ Φάρος*] Alexandrinus videlicet: verum Aethicus in Hispaniae descriptione altissimi cujusdam fari meminit, sed is alius est: quanquam illum *θαυμασίως κατεσκευασμένον* ait, ut Strabo. *Secundus angulus intendit, ubi Brigantia civitas sita est Galliciae, ac altissimum farum, et inter pauca memorandi operis, ad speculam Britanniae erigitur.* CASAUB.

[P] P. 375. l. 4. *καὶ πόλις Ἔβουρα*] Apud Stephanum *Ἔβορα*: **) qui ait, urbem esse ad Oceanum sitam prope Gadira. [s. v. *Λίβουρα* citat Strabonem.] Sed alia sunt *Ebora*, alia *Ebura*. Apud Ptolemaeum tria ita vocata oppida reperio, quorum nullum est ad Oceanum, ut vult Stephanus, sed omnia in mediterraneis. Primum est Turdulorum. Alterum Lusitanorum, quod *Ἔβουρα* scribitur. Tertium Edetanorum in citeriore Hispania. CASAUB.

P. 375. l. 10. *τινὲς δ' ἀπὸ μὲν*] Superior summa stadiorum bis mille efficiebat Romana mensura M. p. CCL.

---

*) *Capionis* Vet. Intp. *Καπρώνος* Med. 2. V. *Tzschuck.* ad Mel. not. crit. p. 12. sq. *Cor.* cum Intpp. Parr. dedit *Καπίωνος πύργος*, [*ὅς*] *ἵδρ.* quo additamento non est opus. Mosc. Tz. Par. 1. 3. Med. 1. inverso ordine *ἵδρυται πύργος*. FR.

Bryant nomen Capionis in Mythol. T. I. p. 95. derivat a *Cap* petra et *Eon* sol. FALC.

**) Mosc. Tz. *Ἐβούρα*. V. *Tzschuck.* ad Mel. III, 1, 4. not. crit. p. 11. exeg. p. 12. sq. Antea l. 3. pro *ὥστε δεῖ* Intpp. Parr. legerunt e Vet. Intp. *ὥστ' ἴδοι*, quod reddidit *Cor.* Tum *τὸ τῆς Φωσφόρου ἱερὸν* idem videri potest cum *templo Junonis*, commemorato a Ptolem. II, 4. Mel. III, 1, 4. Plin. H. N. III, 1. Mox l. 7. pro *μετὰ ταῦτα* Par. 1. Stroz. Vet. Intp. *μετὰ τῶν ἄλλων*. FR.

Hod. *S. Lucar de Barrameda*. V. Florez. l. l. T. 12. p. 61. TZSCH.

haec ccxxx. tantum colligit: stadia autem quadragiata supra mille et octingenta. *) CASAUB.

P. 375. l. 11. *ἑξήκοντα μίλια*] Nimirum, quorum quodvis 8 stadia continet. Sic fient milliaria 230 **), quae stadia conficiunt 1840. ut haec suppputatio plane a priore non discrepare videatur. XYLAND.

P. 375. l. 16. *ἣν ὁ Βαῖτις διαιρεῖ ποταμός*] Lego, *διαῤῥεῖ*. Paullo ante *αὐτὴ δ' ἐστὶν, ἣν ὁ Βαῖτις διαῤῥεῖ ποταμός*. Idem error multis locis commissus. ***) CASAUB.

P. 376. l. 2. *Καρπητανῶν* ****) — *Ὠρητανοὶ*] Sic ex re ipsa et superioribus emendavi. †) *Βαστητανοὶ* autem hîc ††) dicuntur, qui supra *Βαστιτανοὶ*. loquitur de Bastulis. vide annotata in Stephanum. †††) XYLAND.

P. 376. l. 10. *καὶ γὰρ διακοσίας φασί*] Mirum sane, ut ait: Plinius [III, 1.] in tota Baetica, cujus pars tantum est *ἡ ἐντὸς τοῦ Ἄνα*, oppida omnia esse numero CLXXV. scribit. Sed Strabo et hîc et alibi [infra p. 455.] Graecos auctores sequitur. ††††) CASAUB.

P. 376. l. 13. *Μαρκέλλου κτίσμα*] Dubium, an hic sit M. Claudius Marcellus, qui Cos. anno ab v. c. DCI. sortitus est citeriorem Hispaniam et ibi rem feliciter gessit *a*), ut et Appianus et Epitomae narrant: *κτίσμα* au-

---

*) Pro *ἀκρωτηρίου* Epit. *ἄκρου* et *Βαίτιδος* pro *Βαίτιος*. Hoc prorsum recte. FR.

**) *Gossell.* deceptum fuisse putat Strabonem stadiorum numero, quem nonnisi 197 mil. continere dicit. FR.

***) V. supra T. VII. p. 509. *Cor.* dedit *διαῤῥεῖ*. FR.

****) Ald. Hopp. Par. 1. 3. Mosc. Tz. Med. 2. et e corr. Med. 1. Vet. Intp. *Καλπητανῶν*. FR.

†) Hopp. *οἱ ῥητανοὶ* ex pessima emendatione erroris Ald. *οἱ ῥητανοί*. FR.

††) Ald. Hopp. Ven. Mosc. Tz. Med. 1. et e corr. Med. 2. *Δοστητανῶν*. FR.

†††) Ibid. l. 6. *καὶ οἱ ἔξω τοῦ Ἄνα*] Sic Vet. Intp. Esc. Mosc. Med. 1. 2., ut *Breq.* jam e Reg. dederat. Mox ante *ἄλλοι* omiserunt cum Vet. Intp. articulum *οἱ Intpp. Parr.* et *Cor.* Quit intersit discriminis, constat. FR.

††††) Ibid. l. 13. pro *Κόρδυβα* Epit. habet *Κορδύβη*, ut alii auctores. V. *Tzschuck.* ad Mel. II, 6, 4. p. 518. sq. not. exeg. ubi etiam plura de Marcello. FR.

a) Cum sit incertum, adscribam verba erud. V. Lud. Nonnii, quae exstant c. 19. in descr. Hispan. Vasaeus, alt, illius putat esse Marcelli, qui tempore civilis belli inter Caesarem et Pompejum res in Hispania gessit: cui conjecturae suffragatur, quod nusquam ante illud tempus *Cordubae* mentio fiat. Nam et T. Livius cum multas Baeticae urbes comme-

tem Marcelli cum vocat Cordubam, non moenia ipsa respicit, quae, opinor, etiam ante eum erant, sed coloniam eo missam a Romanis, ut ipse explicat. *) Cas.

[ᵽ] P. 377. l. 3. ἡ μὲν Ἴσπαλις ἐπιφανὴς] Silius Italicus III. v. 391.:

Et celebre Oceano, atque alternis aestibus Hispal. Cas.

P. 377. l. 4. καὶ αὕτη ἄποικος Ῥωμαίων] Plinius III. c. 1. oppida recensens conventus Hispalensis: *et a laeva Hispalis cognomine Romulensis.* Casaub.

P. 377. l. 6. ἡ Βαῖτις ὑπερέχει] Mendosam esse lectionem hanc, non eo tantum moveor ut credam, quia nusquam video fieri mentionem urbis, quae sic appelletur; sed etiam quia Stephanus, Βαῖτιν fluvium esse Iberiae annotans, non videtur fuisse taciturus esse et urbis nomen, si ita in Strabone legisset. Nam hac ille in parte diligenter satis est versatus. Videtur legendum Βαίκυλα, de qua idem Stephanus [ubi cum *Cas.* sentit *Berk.*]: Βαίκυλα πόλις Ἰβηρίας πρὸς ταῖς Ἡρακλείαις στήλαις, quae videtur esse ea, quam *Obuculam* Hirtius B. Alex. c. 57. Ptolemaeus [II, 4.] Ὀβούκολα, Appianus [Hisp. c. 68.] Ὀβόλκολαν appellant, et vicinam faciunt Hispali et Cordubae. Est et Βαικούλα Authetanorum apud Ptolemaeum [II, 6.], sed in citeriore Hispania. **) Casaub.

---

moret, hanc silentio transmittit; sed cum, Strabone teste, prima haec colonia sit in Hispaniam a Pop. Rom. deducta, non potest illius Marcelli opus fuisse: tum quia mentio aliqua illius rei facta fuisset ab A. Hirtio, praecipue seditione illa orta inter Marcellum et Cassium Caesaris duces prope *Cordubam*. Scio, Casaubonum ejus esse opinionis, ut dicat, ideo Cordubam opus esse Marcelli, eo quod colonia ejus tempore, aut ductu huc missa sit; sed cum ipso Strabone pugnat, ut ostendi. Non enim illo tempore prima potuit colonia deducta esse, cum Scipionum tempestate nonnullae fundatae fuerint. Almel. in *Addend.*

V. Mannert Geogr. T. I. p. 305. Caes. B. Alex. c. 60. Sieb. *Falc.* et *Breq.* M. Claud. Marcellum sexto exeunte ab U. C. saeculo Romanos colonos illuc deduxisse putant. Fr.

*) Ibid. l. 14. pro ἡ τῶν Γαδιτανῶν πόλις Epit. habet Γαδίτανα. Tum l. 15. pro κατὰ συμμαχίας *Cor.* dedit κ. συμμαχίαν, nescio qua de causa. Denique l. 18. mutato ordine Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. Tz. ἄνδρες ἐπίλεκτοι. Fr.

P. 377. l. 1. ἀποικίαν] Par. 1. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Vet. Intp. addunt ταύτην, quod *Cor.* recepit et olim jam dederat *Breq.* Agnoscunt etiam h. v. Ald. Hopp. Xyl. Deinde l. 2. οἱ ante Ῥωμαῖοι ignorat Alm. ed. Fr.

**) Βαῖτις quibusdam videtur Baeza. In Appiano est Baetyca,

P. 577. l. 8. *Ἰταλικαὶ καὶ Ἴλιπα ἐπὶ τῷ Βαίτι*] Fortasse, *Ἰταλίκα, ἢ καὶ Ἴλιπα*. Plinius III. c. 1. *Ilipa cognomine Italica*. *) De Italica scribit Appianus in Hispanica historia [c. 38. 66.], conditam fuisse eam a Cornelio Scipione. In Antonini quoque itinerario, ubi describitur iter ab ostio fluminis Anae Emeritam usque, nominantur, ut hoc loco, conjunctim Ilipa, Tucci, et Italica. Sed aliorum esse videntur oppidorum nomina: aut errat **) Strabo vehementer, cum ad Baetim esse sitas Italicam et Ilipam ait: quod non est putandum. Nam sub finem hujus libri [T. I. p. 467.] docet iterum e Posidonio, qui fuerat locorum *αὐτόπτης*, Ilipam esse *ἐπὶ τῷ Βαίτι*, distantem a mari stadia fere DCC. In Ptolemaeo nihil reperio, quod hic conveniat. ***) CASAUB.

P. 577. l. 9. *Ἀστήνας δ' ἀπωτέρω, καὶ Κάρμων*] Scripti libri †) et Epitome *Ἀστίνα*. Legendum *Ἀστίγι δ' ἀπωτέρω*. Nec dubium, esse quam alii vocant *Ἀστιγί*, Astigi. Nam ita interdum solet Strabo harum barbara-

---

ubi cf. Schweigh. T. 3. p. 233. Caro h. Utrera, quod refutat e Plinio Florez. l. l. T. 7. p. 101. TZSCH.

Nihil in hac re affirmare audent *Fals. Breq.* et *Siebenk.* Hic facit cum *Mannerto* Geogr. T. I. p. 286., qui eam habet coloniam veteranorum Caesaris, Hispali vicinam, quae tamen mox cum urbe clariori coaluerit. *Penzel.* Vers. Teut. T. I. p. 432. *ἐν τῇ Βαιτικῇ* correxit pro *ἢ Βαίτις*. Antea pro *τῷ ἐποιήσαι* Par. 1393. *τὸ ἐπ.*, unde Intpp. Parr. putarunt legendum esse *τῇ τιμῇ δὲ, διὰ τὸ ἐπ.* Mosc. *ἐποιοῦσι*. FR.

*) Deceptus Cas. depravata Plinii lectione, ubi mss. docuerunt, legendum esse *Ilipa, cognomine Ilia, Italica*. Ita ut Ilipa et Italica non ambigue distinguerentur. V. Cellar. T. I. p. 55. BREQ.

**) Recte Intpp. Parr. verba *ἐπὶ τῷ Βαίτι* tantummodo ad *Ἴλιπα* referunt. FR.

***) Notatur Casaubonus a Caro Antt. Hisp. 3, 11. v. Wessel. ad Anton. Itin. p. 411. Porcheron ad Geogr. Ravenn. 4, 44. Harduin. ad Plin. L. III. p. m. 514. [T. I. p. 182.] Multa dabit Florez l. l. T. 12. p. 43. sqq. TZSCH.

Accurate etiam distinguit Epit. *Ἰοπαλὶς, Ἰταλικὰ, Ἴλιπα*. Mox *Cor. Βαίτις* dedit pro *Βαίτι*. *Mannert.* T. I. p. 297. eandem esse putat, quae ap. Ptolem. II, 4. nominatur *Λαῖπα μεγάλη*, ubi vett. edd. habent *Ἴλιπα*. Intpp. Parr. huc trahunt Ptolem. l. l. *Ἰλλίπουλα μεγάλη*. FR.

†) *Ἀστίνας* Par. 1. 3. Eton. Esc., ut *Breq.* e Reg. dedit. *Ἀστινα* Epit. Vet. Intp. Intpp. Parr. et *Cor. Ἀστίγα*. Multa de scriptura et situ suppeditat *Tzschuck.* ad Mel. II, 6, 4. not. crit. p. 419. exeg. p. 517. FR.

rum vocum rectum efferre. Sic ἡ Τίγα lib. XVII. [T. VI. p. 640. ubi v. *Tzsch.*] quam omnes *Tingi*, Tingi appellant. Et tamen lib. III. [T. I. p. 373.] dixit τῆς Τίγγιος. Plutarchus vero quartum casum ita extulit in Sertorio [c. 9.] καὶ τὴν Τιγέτην, εἰς ἣν ἔφυγεν, etc. Ptolemaeus [II, 4.] recensens urbes mediterraneas Turditanorum, Ἀουλα, Ἀστιγὶς, Χαρμονία. *) Sed apud Antoninum [p. 414. ed. *Wessel.*] *Astigi* et *Garmon*, ut vicinae urbes, conjunguntur. CASAUB.

P. 377. l. 10. Ὀβουλκων] non ὁ *Βούλκ.* **) Patet et ex epitoma scripta, et impressa, et Plin. III. 1. et Ptolemaeo [II, 4.] est Ὄβουλκον, infra [T. I. p. 429. sq.] τὴν Ὀβούλκωνα leges. Ego hic persequi omnia non possum, cum pleraque in Stephano annotarim, apud quem est Ὀβόλκων. Scriptus codex χρησιομαθειῶν pro Αἴτονα habet Ἀτέτονα, pro Τυῦκις, Τυυκης; pro Ἀστήνας, Ἄστονα, fortassis Plinio Astigi. Quod autem pro ἓξ χιλίους scripsi χιλίους, ἓξ expuncto, duae sunt causae, una quod ἑξακισχιλίων fuerat legendum. non enim ita, ut nos habuimus, Graeci loquuntur. Altera, quod, cum totius Hispaniae longitudo non excedat sex millia stadiorum, quî potuit tantundem esse inter Mundam et Carteiam, ejusdem regionis urbes, distantiae? Neque hic opus est longa ratiocinatione. Auctor libri de bello Caesaris Hisp. c. 52. tradit, Cordubam (cui vicinam Mundam facit Strabo) a Carteia abesse millibus passuum CLXX. ea faciunt stadia 1360. quae summa ad nostram optime quadrat, et pro ἓξ fortasse legendum sit ὡς, aut εἰς, aut aliquid tale, quod non praecisam summam, sed circiter poni moneat. XYLAND.

Recte Epitome et libri scripti. Stephano est Ὀβόλκων. Plinius III. c. 1. *Et XIV. M. passuum remotum in mediterraneo Obulco, quod Pontificense appellatur.* CASAUB.

P. 377. l. 10. ἔτι δ' ἐν αἷς] Scribe, ἔτι δ' ἐν αἷς. ***) CAS.

---

*) Hirt. B. Alex. c. 57. *Carmona.* V. *Schweigh.* ad Appian. T. III. p. 234. sq. FR.

**) Ald. Hopp. Par. 1595. ὁ *Βούλκων*, sed Epit. et Vet. Intp. Ὀβούλκων. Idem cod. antea ὁ *Κάρμων*. Intpp. Parr. eandem esse putant, quam Ptolem. [II, 4.] Ὀβούκουλα, Anton. Itin. et Hirt. *Obucula*, Plin. [III. 1.] *Obulcula*, Appian. Ὀβόλκολα appellant, h. *Castello de la Manclova.* FR.

***) Sic dederat e Reg. *Breq.* Vet. Intp. *Sunt et in quibus.* FR.

P. 577. l. 11. *Μόνδα καὶ Ἀτέγουα καὶ Οὔρσων καὶ Τοῦνις*] Sic Plinius III. c. 1. *Hujus conventus sunt reliquae coloniae immunes, Tucci, quae cognominatur Augusta gemella, Ituci, quae Virtus Julia, Attubi, quae Claritas Julia, Urso, quae Genua Urbanorum, inter quae fuit Munda cum Pompeji filio capta.* Pro *Ἀτέγουα* non in Epitome tantum, sed etiam in scriptis libris erat *) *Ἀτέγουα* et ita vetus interpres: nec dubito, quin aut haec, aut quae mox sequitur, *Αἴγουα* sit, quam Hirtius B. Hisp. c. 8. et 22. appellat *Ateguam.* Graeci [Dio Cass. XLIII. p. 230.] *Ἀττεγούαν* vocant: quamque obsessam tandem Caesar expugnavit. *Οὔρσων* **) Appiano [Hisp. c. 16.] *Ὄρσων*, Hirtio B. Hisp. c. 41. est *Ursao.* *Τοῦνις* etiam scribendum. ***) Casaub.

P. 577. l. 12. *καὶ Ἰουλία*] Est et apud Ptolemaeum *Ἰουλία* quaedam in hoc tractu. †) Plurimas ibidem fuisse Julias, sed quae aliquo cognomine distinguerentur, e Plinio satis notum est. Casaub.

καὶ Αἴγουα] Videtur esse *Ecua* Ptolemaei. Plinio III. c. 5. Hegua. ††) Casaub.

---

*) *Ἀτέγουα* Par. 1. Med. 1. Eton. *Ἀτέγουα* e cort. Med. 2. *Ἀττεγούα* Epit. Intpp. Parr. malint *Ἀτέγουα*, quod referatur ad *Attubi* Plinii. *Penzel.* T. I. p. 607. cum *Casaub.* facit. Fr.

**) Geogr. Ravenn. 4, 45. Cirsone. Urbona Ptolemaei, etsi situ diverso paullum. cf. Gruter. p. 259, 2. Ursonenses. coll. Murator. p. 1095, 6. et num. In concilio Eliberritano legitur Natalis Presb. de *Orsuna* s. Ursuna. In Geogr. Nub. p. 165. castellum *Osuna.* V. Florez. l. l. T. 10. p. 77. Tzsch.

***) Sic Par. 1. Med. 1. 2. Mosc. Vet. Intp., quod probat *Falc.* et edidit jamjam *Breq.* e Reg. et Ptolem. II, 4. *Τοῦνις* auctore *Gronov.* in Var. Geogr. p. 169. Fr.

†) Intpp. Parr. legendum putant *Ἰτοῦνις* e Plin. sic: *Τοῦνις καὶ Ἰτοῦνις, ἥ καὶ Ἰουλία.* Cujus sententiae auctorem *Penzel.* T. I. p. 607. nescio cur reticuerint; sed hic est eorum mos parum laudabilis. Appian. Hisp. c. 66. *Ἰτούνη.* Ptolem. II, 4. *Πτοῦνις. Falc. Ἰουλία* mutandum censet in *Οὐίλλα.* Ullam enim s. Uliam a Ptolem. [II, 4.] Dione Cass. [XLIII. p. 259.] et Auct. B. Hisp. [c. 4.] commemorari obsessam a Cn. Pompejo. Ullam porro esse in numo Spanhem. p. 901. et inscr. Gruter. p. 271. n. 1. Uliam. At vero prorsus ita olim censebat *Surita* ad Anton. Itin. p. 412. ed. Wess. Fr.

††) Ibi vero quum *Harduinus* e MSS. reposuerit *Attegua*, Intpp. Parr., si quis conjecturam supra propositam spreverit, h. l. malint *Αἴτουα*, ut sit eadem cum Plinii *Attubi*; si quis vero h. l. *Ἀναίγουα* s. *Ἀτέγουα* legerit, quaerendum esse *Attubi* in antecedentibus. In Epit. *Μούνδα* legitur post *Αἴγουα*, et statim pergit *ἔνθα οἱ Πομπ. κτλ.* Fr.

P. 377. l. 15. τρόπον δέ τινα μητρόπολις] Ait τρόπόν τινα, quia pares fere dignitate fuisse videntur illo tempore in ea parte Hispaniae Munda *) et Corduba; et Ptolemaeus hanc potius μητρόπολιν vocat. Hirtius de Corduba B. Hisp. c. 3. *quod ejus provinciae caput esse existimabatur*. Obiter lectorem monebo, videri apud Ptolemaeum pro Δητούνδα vel Βητούνδα legendum Munda. Nam qui putant, Arundam Ptolemaei Mundam esse aliorum Geographorum, eos ego longe falli existimo: nec erit obscurum, quisquis rem attentius considerarit, ut omittam, Arundam agnosci a Plinio III. c. 1. diversam a Munda. CASAUB.

P. 377. l. 15. χιλίους καὶ τετρακοσίους] Erratum est in numero. Nam hodiernus Mundae situs parum distans a Malaga versus Occidentem non patitur τὸ χιλίους verum esse. Notat hoc loco Casaubonus, in quibusdam exemplaribus legi ἑξακισχιλίους **): quod, ut reor, deformatum fuit e vero numero ἑξήκοντα, ut scriptum fuerit, ἑξήκοντα καὶ τετρακοσίους, qui numerus satis quadraret cum hodierno situ. PALMER.

[ξ] Recte Xylander vocem ἓξ expunxit, quae in plerisque veteribus libris non reperitur: in nonnullis tamen est ἑξακισχιλίους, sed falso. CASAUB.

P. 377. l. 16. εἰς ἣν ἔφυγεν ἡττηθεὶς ὁ Γναῖος] Victus Gnaeus eo praelio, quod describitur ab Hirtio cap. quarto de bello Hisp. ex hac fuga oppidum Mundam sibi constituit praesidium. Vide Plutarchum in Caesare [c. 56.], Epitomas et Appianum lib. sec. Ἐμφυλ. [c. 104.] CAS.

P. 378. l. 1. εἴς τινα ὑπερκειμένην θαλάττης ὀρεινήν] Hirtius, *Pompejus cum paucis profugit et locum quendam munitum natura occupat*. Vide locum. ***) CAS.

P. 378. l. 5. ἁλοὺς ὑπὸ τῶν Ἀντωνίου στρατηγῶν] Vetus lectio στρατηγῶν, itemque Epitomes et prioris inter-

*) De Munda v. Florez. T. 12. p. 291. TZSCH.

**) Sic Vet. Intp. Par. 1393. Intpp. Parr. inclinant cum *Falc.* ad *Palmer.* sententiam, quam in textu posuit *Cor. Gossell.* computat 13 leuc. = 450 st., ubi 700 tribueris trecentesimae sexagesimae particulae meridiani. FR.

***) Ibid. l. 2. Σίξστος] Mosc. Tz. Epit. Σέξτος, quod recepit *Cor.* Sed illa forma toties occurrit, ut non videatur orta ab errore librariorum. V. *Schaef.* ad Apoll. Rhod. Schol. T. II. p. 252. FR.

pretia. Recte. *) Nam Sextus Pompejus a M. Titio et Furnio Antonii legatis est captus et interfectus: auctor Dio lib. quadragesimo nono, et Appianus lib. v. *ἐμφυλίων*. [c. 142.] CASAUB.

P. 378. l. 7. *Κονίστοργος ἐστὶ γνωριμωτάτη*] De hac urbe, quamvis *γνωριμωτάτη*, quaeramus amplius. Nam mihi quidem ejus nomen apud alios incompertum: praeterquam apud Appianum, qui in *Ἰβηρικῇ* [VI, 57.] ejus meminit et *Κουνίστοργιν* appellat, urbem non Celticorum, ut Strabo, sed Cuneorum. **) CASAUB.

P. 378. l. 8. *Ἄστα* reposui, pro *Μάστα*. ***) Sic enim et supra, et paulo post, et Ptolemaeus Astam in Turditanis agnoscit. et Plinio Astja regia nominatur in urbibus inter Baetis aestuaria sitis. XYLAND.

P. 379. l. 3. *τὸ παλαιὸν δὲ καὶ* †) *μεσόγειοι*] Naves

*) Nempe ante *Cas.* fuerat *στρατιωτῶν*, quod tuetur Med. 2. Sed omnes codd. melius *στρατηγῶν*. Frequens harum vocum et *στρατῶν*, *στρατοπέδων*, *στρατευμάτων* confusio. V. *Schw.* ad Polyb. T. V. p. 295. et ad Appian. T. III. p. 547. FR.

**) Gron. Esc. Mosc. *Κονίστοργες*, quod dedit *Cor.* Sed *Schweigh.* ad App. l. l. T. III. p. 270. sq. ex eo in Str. corrigendum censet *Κονίστοργις*, ut rescripsit in App. ex codd., propter Celticorum et Cuneorum viciniam. *Cellarius* dubitat, an sit *Anitorgis* Livii XXV, 32. *Falc.* cum *Marian.* in Hist. Hisp. eandem a Str. et App. urbem innui putat, h. *Niebla*; eandemque sententiam fovet *Martinière* in Lex. Geogr. s. v. Cunei. FR.

***) Vulgatam retinent codd. Corrupte Par. 1. *μάλιστα*, sed in marg. *μάστα*, in quo Intpp. Parr. nihil agnoscunt, nisi *η* male repetitum et in *μ* mutatum. In Mela III, 1, 4. hoc nomen similiter corrumpitur in *Basta* et *Hasta*, uti vocatur in Anton. Itiner. p. 409. ed. Wessel. a codd. nonnullis. Mox pro *οἱ Τουρδητανοὶ* Par. 1. 3. Vet. Intp. Med. 1. 2. Mosc. Tz. *οἱ τουγγαδιτανοὶ*, Eton. Bemb. Stroz. *οἱ τ' οὖν γαδ.* Tum pro *συνίασι* (*συνιάσι* Ald.) Hopp. Mosc. Tz. Bemb. Stroz. *συνιᾶσι*, minus recte: cf. *Tzschuck.* ad Strab. T. VI. p. 414. *Schaef.* ad Aesop. Heusing. p. 120. *Fisch.* ad Well. Gr. Gr. Sp. II. p. 504. sq. Ne vero secum ipse pugnet Etym. M. p. 177, 20., scribendum *ἴᾶσι πέμπουσιν*, *ἴασι πορεύονται* pro *ἰᾶσιν*, ut p. 467, 14. Eustath. ad Hom. Il. II. v. 160. p. 1052, 1. Rom. *τὸ δὲ ἴασιν*, *ὅ ἐστιν ἔρχονται*, *προπαροξύνεται πρὸς διαστολὴν τοῦ ἰᾶσιν*, *ὅταν τὸ ἀφιᾶσι*. Eundem locum respicere videtur glossa Hesych. T. II. p. 11. *ἴασιν· οἴχονται*. Statim vero *μάλιστα* retraxit *Cor.* commate posito ad praecedentia; sed quod e Med. 2. *ὑπερκειμένη* scripsit pro — *μην*, minus videtur necessarium. FR.

†) Omisit *καὶ* Vet. Intp. et Strabonis non esse judicant Intpp. Parisc. FR.

μονοξύλους vocant Graeci, quas Livius ex singulis arboribus cavari ait, Latini *lintres*. CASAUB.

P. 379. l. 4. ἐπὶ Κλαστῶν, non γ', Aldus. *) Suspectum. Nam infra est Κλαστώνος mentio. Paulo post. XYL.

Varie scribitur haec vox. **) Nam paullo post Καστραῶνα saepius legemus. Ego vero utramque lectionem puto esse mendosam. Esse enim, quam Latini *Castulonem*, Polybius [X, 38, 7. XI, 20, 5.] et Stephanus Κυστηλῶνα ***), infra certa ratione demonstramus. Itaque apud Strabonem quoque Καστηλῶνα semper legendum: nisi quis malit Καστλῶνα, ut apud Plut. in Sertorio [c. 3.]. Nam vocalem ante λ saepe elidunt Graeci, ut in Τυῦσυλον et Ἄσυλον. Apud Plinium (III. c. 1.), ubi vulgo ita legitur, *Inde primum navigabili Baeti. Oppida Carbulo.* †) cogitabit harum rerum peritus lector, num sit potius legendum *Castulo*: quam in παρωγήσας ejus tractus fuisse ab eo praetermissam, non fit mihi verisimile. Praeterea sciendum est, in antiquis tabulis Ptolemaicis, quas habeo, eum omnino situm habere Castulonem, quem dat Strabo hîc: nempe ut supra Cordubam ad Baetim, non Anam, propius caput sita sit. Quare apud Ptolemaeum existimo numerum, qui latitudinem notat, esse corruptum, et pro λθ reponendum λη cum aliquot fortassean scrupulis. CASAUB.

P. 379. l. 6. συνάπτουσαι πρὸς βαρράν] Vetus lectio, συνάπτουσαι αὐτῷ. ††) CASAUB.

P. 379. l. 8. ἐν τοῖς κατὰ Ἱλίπαν] Manu exarati, ἐν τοῖς κατὰ Ἱλίπαν τόποις. †††) CASAUB.

---

*) Respicere videtur ed. Hopp., in qua est Κλαστῶν', ita ut γ' positum sit ex errore typ. pro ν'. Καστλῶνα correxit *Jos. Scalig.* ap. *Tzschuck.* FR.

**) Κλαστῶνος Eton. Esc. Mosc. et e corr. Med. 2. Κλάστωνος Mosc. Tz. *supra Clastonem* Vet. Intp. *Cor.* dedit Καστηλῶνος et *Schweigh.* ad Polyb. T. VI. p. 674. cum *Cas.* facit. FR. Plura dabit Florez. l. l. T. 7. p. 135. sqq. TZSCH.

Mox pro οὐκ ἔστι Par. 1. Eton. Esc. Mosc. οὐκέτι, quod recepit *Cor.* et antea ex conj. reposuerant Intpp. Parr. Tum pro πλώϊμον Ald. Hopp. Mosc. Tz. πλόϊμ. FR.

***) In vetusto lapide penes Fr. Per. Baierum scribitur Καστυλόπολις. FALC.

†) *Harduinus* e codd. et nummo ant. scripsit *Carbula*. FR.

††) αὐτῷ συνάπτουσαι Par. 1. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Ven., quod *Cor.* assumsit praeeuntibus cum Reg. *Breq.* et *Sieb.* Epit. περὶ τὰς ὄχθας αὐτοῦ. FR.

†††) Sic recentt. edd.; olim ante *Cas.* ἐν τοῖς τόποις κατὰ Ἱλ. FR.

καὶ τοῖς κατὰ Σισάπωνα] Plinio (III. c. 1.) Sisapo. *) Ptolemaeo Σισαπώνη, quam formam in pleriisque id genus nominibus usurpat. CASAUB.

[P] P. 579. l. 13. Ἔχει δὲ καὶ ὁ Ἄνας] Locus mutilus; ex epitoma videtur, loqui eum de aestuariis effusarum aquarum navigatione. Aut potius permulta intercíderunt ad descriptionem regionis inter Baetin et Anam pertinentia, quae est Baeturia, quod Tagi mentio et sequentia docent. XYLAND.

Torsit me diu hic locus: nec mihi facile quis persuaserit, recte eum se habere. Nam de Baeti flumine accipi ista nequeunt: idque vel caecus videat, praesertim propter mentionem Tagi paullo post. Quare de Ana omnino locus videtur accipiendus. Sed quid est τὸν ἀνάπλουν ἔχειν ἡϊόνας; An respicit ad εὐπορωλκίαν, quam ad rem optandae sunt omnino commodae ripae fluviis: alioquin labor improbissimus erit subeundus: saepeque ab una ripa ad alteram sese conferunt ii, qui naves remulco trahunt, nisi commoda sit illa ripa, quam primum insistere coeperunt. Hoc si est, legendum fuerit, ἔχει δὲ καὶ ἡϊόνας ὁ τοῦ Ἄνα ἀνάπλους, aut simplicius ἔχει δὲ καὶ ὁ Ἄνας ἀνάπλους. **) CASAUB.

P. 579. l. 14. οὔτε δὲ τηλικούτοις] quantis scilicet ὁ Βαῖτις. Nam Baetis fluvius est Ana major. Ideo ab Arabibus Guadalgebir appellatus est, quasi flumen magnum. CASAUB.

P. 579. l. 15. Ὑπέρκειται δὲ καὶ] Hoc est, Quemad-

*) V. de hac urbe *Surit.* et *Wessel.* ad Anton. Itin. p. 444. sq. Hujus sententiam suscepit etiam *Mannert.* Geogr. T. I. p. 298. sq. Hod. refertur ad *Almaden* i. e. *fodina.* Mox pro Κωτίνας Med. 2. e corr. Ὠτίνας. *Voss.* ad Mel. III, 1, 4. corrigendum censet κοτίνους graecumque nomen κοτινοῦσσαν fuisse putat, idque respondere Oleastro. Intpp. Parr. hoc rejiciunt et cum Oleastro Ptolemaei [II, 4.] in vicinia Hispalis comparant. Iidem tamen ex Intp. Ital., qui *Cotina* singul. habet, olim lectum fuisse putant in Strabone Κωτανττίαν s. Κωτανττίναν referuntque hoc ad hod. *mine de Constantina*, coll. *Bowles* Introd. alla stor. nat. e alla geogr. fis. di Sp. T. I. p. 131. vers. Ital. *Falc.* huc trahit Cotonianae Geogr. Nub. p. 165. inter Siviliam et Cordubam. FR.

**) Codd. acquiescunt in vulg. Ἔχει δὲ καὶ ἡϊόνας. Vet. Intp. *Adversa haec navigatio neque talibus etc. Breq. Casaboni* conj. amplexus est, quod reliqui edd. fecerunt. *Toup.* ap. *Falc.* legendum censet Ἔχει δὲ ἡϊόνας ὁ Ἄνας καὶ ἀνάπλους, *habet etiam Anas suos portus et sursum navigationes.* FR.

modum diximus ὑπερκεῖσθαι Baeti flumini montes, ubi sunt variorum sectuarae metallorum: ita etiam supra Anam porriguntur iidem montes, qui etiam ad Tagum usque pertinent. *) CASAUB.

P. 580. l. 1. τὰ μὲν οὖν τὰς μεταλλείας ἔχοντα χωρία] Plinius lib. XXXIII. [c. 21.] hanc ἀπόφασιν eleganter invertit. *Caeterum*, inquit, *montes Hispaniae aridi sterilesque, et in quibus nihil aliud gignatur, huic bono coguntur fertiles esse.* CASAUB.

P. 580. l. 5. τὰ παρήκοντα τῷ Ἀνᾷ] Plinius de Baeturia (III. c. 1.): *Quae autem regio a Baeti ad fluvium Anam tendit, extra praedicta Baeturia appellatur.* **) CASAUB.

[F] P. 582. l. 1. πολλάκις καὶ ἐπὶ ὀκτὼ σταδίους ἀναπλεομένας, ὥσπερ ***)] Egregiam vero laudem, quum in locis ad Oceanum sitis quamplurimis aestuaria hujusmodi reperiantur, quae non VIII. sed ad D et plura stadia possint ἀναπλεῖσθαι. Sed dejerare ausim, non ita fuisse a Strabone scriptum. †) Neque vero alio teste

---

*) Intpp. Parr. e Par. 1593. qui habet ὑπέρκεινται δὲ τοῦ μετὰ λαιᾶς ἴχ. ὕρη eliciunt ὑπ. δὲ τούτου μεταλλίας (— *las* Mosc.) ἴχ. ὄρη, quod assumsit *Cor.* FR.

**) Ibid. l. 7. Ἄντη] αὐτὴ Mosc. Tz. Vet. Intp., quod exhibent *Cor.*, qui praeeunte *Breq.* Ald. Hopp. Mosc. *Καρπητ.* scripsit. Tum l. 8. pro ὡσαύτως δὲ *Villebr.* restituit ὡς δ' αὕτως sine successu, nec mutavit, praeter morem, *Cor.* Porro l. 11. ναυλήρίων Vet. Intp. *navigantium* et l. 15. pro μεσογαίᾳ Hopp. Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. Tz. *Cor.* μεσογαίᾳ. Deinde l. 16. ἡ ante ὑπὲρ, quod e Reg. addidit *Breq.*, agnoscunt Par. 1. Med. 1. 2. Eton. Eso. Mosc., et inde inseruit *Cor.* — P. 581. l. 1. ταύτας] ταῦτα Mosc. et l. 9. Stroz. Ven. στενὴ pro στενόν. FR.

***) Mosc. Paris. Stroz. Vat. A. B. ὥσπερ, de qua permixtione cf. *Schaef.* ad Apoll. Rhod. T. II. p. 30. et ad Greg. Cor. p. 888. *Porson.* in Var. Lect. Harlei. ad Hom. Od. *I.* v. 292. *Popp.* Obss. in Thucyd. p. 227. FR.

†) Vox ὀκτὼ in Par. 1. punctis notatur, tanquam suspecta. *Cor.* ex conj. *Penzelii* reposuit ὀκτακοσίους. Intpp. Parr. *jusqu' à plusieurs centaines de stades.* Deinde *Cor.* in ed. gr., ut in vers. gall., l. 6. post ναυτιλίαι omisit αἱ cum Vet. Intp. Lat. et Ital., quod et Ven. A. ignorat, et ex iisdem Intpp. [Lat. *et adversus fluviorum cursum fortius reflante*] φύσει reddidit pro φύσει [Ald. Hopp. Xyl. Mosc. Ven. A. φύσει, quod *Cas.* demum immutavit ex perpetua confusione: cf. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de comp. p. 310. sq.] et ἀντιπνέουσαν pro ἀντιπνέουσαι. FR.

hanc meam sententiam tueri, quam Strabone, volo, qui infra de his ipsis aestuariis sic scribit [p. 405, 6. coll. p. 467.]: ἐνταῦθα δ' αἱ ἀναχύσεις ἐπὶ πλείους ἢ τετρακοσίους σταδίους. Quin igitur locus sit foede corruptus, dubitari non potest; verum emendare sine auctoritate codicis, nec facile, nec tutum. CASAUB.

P. 582. l. 8. τοῖς ναυτιλίοις ἐπιφέρουσι] Vetus lectio, ταῖς ναυκληρίαις ἐπιφέρουσι κατακωμιζομέναις τὲ ὁμοίως καὶ ἀνακομιζομέναις. *) CASAUB.

P. 583. l. 7. **) Νέβρισσα] Ptolemaeo Νέβρισσα. ***) Plinio (III. c. 1.) *Inter aestuaria Baetis Nebrissa cognomine Veneria.* Silius Italicus (III. v. 393.) etiam vocis originem docere nos voluit:

Ac Nebrissa Dionyseis conscia thyrsis,
Quam Satyri coluere leves, redimitaque sacra
Nebride. CASAUB.

---

*) Par. 3. Med. 1. Esc. Mosc. ναυκλήροις, quod praefert *Sieb.* in not. MSS. Med. 2. ναυτίλοις. *nautis* Vet. Intp. *Cor.* contra *Breq.* et *Sieb.* diserte monet, Par. 1393. habere ναυκλήροις, non ναυκληρίαις, atque in vers. gall. volebat ναυτίλοις, nunc dedit in ed. gr. ναυκληρίοις. Quod autem Esc. Mosc. Par. 3. habent κατακομιζομέναις et ἀνακομιζομέναις, nolim defendere Eurip. Hel. v. 1539. τίς δέ νιν ναυκληρία ἐκ τῆσδ' ἀπῆρε χθονός; Tum l. 14. Esc. τῶν ποταμῶν pro τὸν ποταμόν. Vet. Intp. *in proximas fluviis insulas* i. e. πρὸς τῶν ποταμῶν. *Paetz.* in not. MSS. „Non inest sensus, quem expressit versio Lat.; nam ἀνάχυσις est aestuarium maris, ut noster ipse p. 374. explicat, non autem ejus affluxus. Quamobrem legendum puto sic: πρὸ τῶν ποταμῶν καὶ τῶν ἀναχύσεων. Insulas in aestuariis noster memorat p. 381. et 405." Parum recte. Namque ἀνάχυσις est motus maris, quo aquas in terram longius effundit, unde ipse locus, in quem effundit, nomen traxit. Decepisse videtur V. D. latina vox *aestuarium*. *Cor.* olim et nunc scripsit τὰς πρὸ τῶν ποταμῶν, πρὸ τῶν ἀν., τοτὲ μὲν *οὖν* καὶ ἐπεκλύσθη, τοτὲ δὲ καὶ ἀπελήφθη. Post οὖν, quod delendum censet, deest καὶ in Med. 1. 2. Par. 1393. Verum οὖν post breviorem etiam parenthesin additur: v. *Hoogev.* de part. Gr. L. p. 509. N. 7. ed. Schütz. *Boisson.* ad Marin. V. Procl. p. 148. *Eichstaedt.* in praef. ad Diod. Sic. p. LVI. *Ast.* ad Plat. Legg. T. II. p. 187. *Matth.* Gr. Gr. p. 902. Displicet vero postrema vox pro vulg. ἀπελείφθη reposita, quod bene se habet; est enim destitui occluso aquis affluentibus reditu. FR.

**) Antea l. 3. τόπων] ὄντων Stroz. Bemb. Tum l. 6. *Cor.* post καθάπερ e Med. 2. addidit καὶ ultra necessitatem. FR.

***) Ald. Hopp. (mutavit *Xyl.*) Par. 1. Med. 1. 2. Mosc. Vet. Intp. Νάβρισσα, ut *Breq.* e Reg. et nummo restituit, obse-

P. 383, l. 8. καὶ Ὄνοβα, καὶ Σόνοβα] Onobam in hoc tractu nominat Plinius (III. c. 1.), sed videtur eam longius ab Oceani littore collocare in mediterraneis. Ptolemaeo Onoba parum distat ab aestuario ad Anam, eaque esse videtur, quam hic Strabo intelligit. Sonobam nusquam reperio. *) Sed dubium non est, quin sit Colobona Plinii, quam ille inter Baetis collocat aestuaria. Est et alia urbs, nomine parum diverso, ad eandem Oceani oram inter Anan et Baetin, Plinio Ossonoba cognomine **) Lusturia, Ptolemaeo Onobalusturia [II, 4. Ὀνοβαλιστουρία i. e. Ὄνοβα Λιστουρία] conjunctim nominata. Maenobam, quae mox sequitur, agnoscit et Plinius [III, 3. coll. *Tzschuck.* ad Mel. II, 6, 7. not. exeg. p. 543. sq.]. ***) Casaub.

P. 383. l. 9. Προσλαμβάνουσι †) δὲ καὶ διώρυγες] Has

---

quentibus Intpp. et Cor. V. *Rasch.* Lex. Num. T. III. P. I. p. 1165. sq. Fr.

De ea Florez l. l. T. 12. p. 58. sqq. Tzsch.

*) Ὀσόνοβα corrigit Vossius ad Mel. III, 1, 5. Tzsch.

Ab hac suspicione parum abest *Cor.* in vers. gall., ita tamen, ut ex hoc nomine male distracto ortum putet Ὄνοβα καὶ Σόνοβα: in ed. gr. *καὶ Σόνοβα* inclusit signis νοθείας; *Falc.* sentit cum *Cas.* Fr.

**) V. *Harduin.* Not. et Emend. ad L. III. N. IV. et *Tzschuck.* ad Mel. III, 1, 5. not. crit. p. 16. exeg. p. 17. sq. Fr.

***) Cf. Intpp. ad Anton. Itin. p. 405. ed. Wess., ubi est *Menoba.* Corrigendus videtur Ptolem. II, 4., qui Μάνοβα habet. Fr.

†) προσλαμβάνουσι — τοῦ πολλαχόθεν εἶναι] Nonne potius legendum τῷ πολλ. εἶναι? Tertio enim casui, non secundo, jungitur verbum illud adjuvandi significatione. Sic T. V. p. 520. [imo T. IV. p. 420.] Paetz.

Idem suaserat olim *Cor.* in vers. gall. et nunc dedit in ed. gr. Praeterea ante πρὸς ἀλλήλους addidit καὶ auctoribus Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Ven. Vet. Intp. Fr.

Ibid. in voce πλήμας Esc. duplicat μ, de qua forma vid. *Schaef.* ad Apoll. Rhod. Schol. T. II. p. 288. et quos laudat. Quem locum Schol. non commeminerat *Valcken.* ad Ammon. Obss. p. 197. Fr.

Ex Str. hanc vocem notat Eustath. ad Il. 5, 87. [p. 525, 38. Rom.] et ad Odyss. 9, 486. p. 371, 44. [p. 1640, 57. Rom.], ubi contra Küsterum ad Suid. s. h. v. Polit. T. 3. p. 1129. et 1270. Tzsch.

Locum, qui sequitur, sensu cassum ita constituo: καὶ τοὺς διειργομένους ὑπὸ τῶν διειργόντων ἰσθμῶν πόρους πλωτοὺς ἀπεργαζόμεναι, prosunt similiter confluxus, in magnis exundationibus trajectus etiam in ora, isthmis eos impedientibus impeditos, navigabiles qui reddunt. Est enim πόρος

diorygas sive fossas videtur Plinius fluvios appellare, cujusmodi est Moenoba fluvius. CASAUB.

[P] P. 583. l. 16. *πρὸς τὴν Ἰταλίαν ἐστὶ καὶ τὴν Ῥώμην*] Figura Homerica, quasi Roma non sit in Italia. Aeschylus: *μεμνῆσθαι Ἀθηνῶν Ἑλλάδος τέ.* CASAUB.

P. 584. l. 1. *καὶ τὸν πελάγιον*] Sententia, quam eliciunt interpretes, menti Strabonis repugnat. Nunc omnia clara et perspicua reddidimus, adjectis parentheseos notis. CASAUB.

P. 584. l. 3. *καὶ μάλιστα τῷ πελαγίζοντι*] Ergo navigatio in alto, hoc est *πλοῦς ὁ πελάγιος*, non potuit dici modo *ἔχειν δυσκολίαν*, ut volunt interpretes. *) CASAUB.

P. 584. l. 9. *ὅτι οἱ Εὖροι κατ' ἐκεῖνο τὸ πέλαγος*] Ait Posidonius [Fragm. p. 87. ed. Bak.], observasse se, Euros in alto nostro mari spirare Etesias. Aristoteles (Meteor. II. 6.) autem docet, Etesias a Septentrione occidentem versus flantes mutari solitos in *Θρασκίας, ἀργέστας καὶ ζεφύρους*, qui sunt venti partim ab Septentrione, partim ab occasu flantes. Aristotelis sententiam confirmat et Diodorus Siculus, cujus haec sunt lib. pr. [c. 39, ubi v. *Wess.* T. I. p. 47.] *τοὺς ἐτησίας ἰδεῖν ἔστιν οὐδέν τι μᾶλλον ἀπὸ τῆς ἄρκτου πνέοντας, ἤπερ τῆς ἑσπέρας. οὐ βορέας γὰρ, οὐδ' ἀπαρκτίας μόνοι, ἀλλὰ καὶ οἱ πνέοντες ἀπὸ θερινῆς δύσεως ἀργέσται ποιοῦσιν τῆς τῶν ἐτησίων προσηγορίας.* Itaque secundum Aristotelis et Diodori sententiam Etesiae in mari nostro flabunt ab Occidente et fient Favonii vel Cauri. At contrarium se observasse, ait Posidonius, flare enim Etesias in nostro mari ab Oriente, et

---

omnis trajectus, cum fluminis à maris, unde et mare ipsum et alveus, tum etiam intervalli inter duos alveos, quod in ora maritima maris aestu et inundatione navigabile fit. PARTS.

Vet. Intp. sic reddidit: *quas permeare quaedam inhibent telluris eminentiae et navigandi facultatem operantur.* *καὶ* ante *διειργ.* deest Par. 3. Mosc. Tz. et pro *πλωτὸν* Med. 2. *πλωτῶν* et e corr. *πλωτούς*. *Cor.* et olim et nunc omissis verbis *καὶ διειργομένας ὑπὸ* adscivit in fine lectionem a *Sieb.* enotatam: *τοὺς πόρους πλωτοὺς ἀπεργαζόμενας* sic vertens: *La grande affluence des eaux pendant les fortes marées contribue de plus à cet avantage, en rendant navigables les langues de terre même qui sépare les lagunes des fleuves*, et improbans *Brequignyi* vers. gall. MSS. h. l. Postea l. 16. ex Esc. dedit *"Απασα δ' ἡ ἐμπ.* pro *"Απ. δὴ ἐμποσία.* Par. 3. Med. 1. 2. *ἐμποσία.* FR.

*) Ibid. l. 4. *ἐμποσιαῖς ὁλκάσι*] *ἐμποσίοις ὁλκ.* Par. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Strox. FR.

eosdem esse cum Euro: quae Posidonii assertio mire confirmat Plinii sententiam, scribentis de Etesiis lib. sec. (c. 47.) *In Hispania et Asia ab Oriente est flatus eorum, in Ponto ab Aquilone, reliquis in partibus a meridie.* Quod in Ponto sit ab aquilone flatus Etesiarum, alii quoque multi testantur. Scholiastes Apollonii [II, 552.]: *ὑπάρχουσιν ἐναντίοι οἱ Ἐτησίαι τοῖς εἰςπλέουσι τὸν Πόντον, ὄντες βορρᾶται καὶ ἐκείνους τοὺς τόπους.* Polybius lib. IV. [c. 44, 6.] *ἄν τε γὰρ ἀφ' Ἑλλησπόντου τρέχῃ τις τοῖς νότοις, ἄν τ' ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐκ τοῦ πόντου τοῖς Ἐτησίαις.* *) Frustra igitur conantur quidam superiorem Plinii sententiam labefactare. Equidem vere dictum puto ab A. Gellio (II. c. 22.), *Etesiam ex alia atque alia parte coeli spirare.* qua in sententia video esse et Julium Caesarem Scaligerum, virum summum, cujus judicium libenter amplector. Vide et Aristotelis *προβλημ. κϛ'. β'.* Casaub.

P. 584. l. 11. *μόλις, διενεχθεὶς*] Laborat hic locus ab interpunctione, quod etiam sine libris facile observaveram. Ita autem habent veteres libri, *τρισὶ μησὶν εἰς Ἰταλίαν καταράι μόλις, διενεχθεὶς περί τε τὰς.* **) Iidem mox, *ἁπάντικρυ τούτων μέρη.* ***) Casaub.

P. 584. l. 14. *Ἐξάγεται δ' ἐκ τῆς* †) *Τουρδιτανίας*] e Baetica. Justinus (XLIV. c. 1.) eadem de Hispania. *Hinc enim* (ait) *non frumenti tantum magna copia est, verum et vini, mellis, oleique.* Casaub.

---

*) *Schweigh.* retinuit e codd. *Ἐτησίαι.* Neque injuria. V. *Brunck.* ad Apoll. Rhod. II, 498. Etym. M. p. 586, 50. Sylb. (p. 750. Schaef.) Fr.

**) Interpunctionem restituerat Cas. satis commode. Si quis tamen *τὸ ΓΑΡ* non prorsus insititium judicet, legere potest non ineleganter *ΠΑΡΑΔΙΕΝΕΧΘΕΙΣ.* Tyrwh.

Vet. Intp. *Quapropter, quum circa Gymn. — erraret, tandem tertio vix mense transmisit in Ital.* Post *μόλις* interpungit Par. 1, et Mosc. Tz. *γὰρ* ignorat. *Brog.* conj. *Cas.* posuit. *Cor.* in vers. gall. *παραδιενεχθεὶς* nunquam in usu fuisse Graecis putat verumque habet *παρενεχθεὶς*, ut nunc edidit, i. e. *detourné, entraîné du chemin.* Cf. de hac vi *Dorv.* ad Charit. p. 363. ed. Lips. *Ast.* ad Plat. Legg. T. II. p. 479. Male vero idem reliquit *καταράι* pro *καταραί*, ut *Tzschuck.* ad T. IV. p. 292. corrigere cogebatur edd. prr. vitium. Fr.

***) Nempe Ald. Hopp. Xyl. *μέρη τούτων* habent. Antea pro *ἀ' ἄλλα* Mosc. Tz. *τὰ ἄλλα*, *Cor. τἄλλα.* Fr.

†) *Cor.* cum Mosc. Tz. *Τουρδητανίας.* Fr.

σῖτος τε] Hispanos frumentum Romanis pependisse, testantur veterum historiae. Et ex Hispania Romam invehi solitum frumentum, etiam ex Plinii XVII. constat. CASAUB.

P. 384. l. 15. καὶ οἶνος πολὺς] Plinius lib. XIV. cap. 6. de vinis generosis, Hispaniarum vina recenset Luletana, Tarraconensia, Lauronensia, et Balearica: e Baetica nullum. *) CASAUB.

καὶ ἔλαιον, οὐ πολὺ μόνον, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον] Plinius XV. 2. de oleo, *Reliquum certamen inter Istriae terram et Baeticae par est.* **) CASAUB.

P. 384. l. 16. καὶ κηρὸς δὲ] Etiam hodie cera commendatur Hispaniensis. CASAUB.

καὶ πίττα ἐξάγεται] Videtur tamen pix Hispaniensis parum fuisse probata. ***) Plinius XIV. cap. 20. de pice, [illegible] *resina: in Hispania autem e pinastris [illegible] laudata. Est enim resina harum amara et [illegible] et gravi odore.* CASAUB.

P. 384. l. 17. καὶ κόκκος †) πολλὴ] Vide Plinium lib. XVI. cap. 8. Idem lib. IX. cap. 41. *Coccum Galatiae rubens granum, ut dicemus in terrestribus, aut circa Emeritam Lusitaniae in maxima laude est.* CASAUB.

[?] P. 384. l. 17. καὶ μίλτος] Maxime in Sisaponensi

---

*) Nil refert. Strabo enim abundantiam, non praestantiam vini laudat. FALC.

**) Plin. XVII, 12. *Non alia major in Baetica arbor.* Columell. V, 8. *Olea neque depressa loca, neque ardua, magisque modicos clivos amat, quales in Italia Sabinorum, vel tota provincia Baetica videmus.* FALC.

***) Pinaster autem est pinus sylvestris, πεύκη ἀγρία Theophr. Pinus vero Hispanica (secundum Osbeck. p. 37.) est pinus pinea Linn. πεύκη ἥμερος Theophr. Recentiores Botanici sylvestres a sativis recte non distinguunt. FALC.

†) Par. 2. 3. Med. 1. Esc. Mosc. Ald. Hopp. πολλὴ pro πολύς, quod debetur *Xyl.* Illud praetulit *Breq.* hac nota addita: „arbusti nomen masculini, granum feminini generis. V. Salmas. ad Solin. p. 774. Hic de grano agitur, quod in mercaturam venit, non de arbusto. Ergo legendum πολλή.“ Imo vice versa. V. *H. Steph.* Thes. Ind. T. I. p. 1251. sq. afferens Dioscor. IV, 48. κόκκος βαφικὴ θάμνος ἐστὶ μικρὸς, ῥοῳγενώδης, ᾧ πρόσκεινται οἱ κόκκοι ὡς φασί. Idem statuebat *Gronov.* in Varr. Geogrr. p. 169. et *Schneider.* Lex. Gr. s. h. v. ediditque *Cor.* De cocco vid. praeterea Intpp. ad Hesych. T. II. p. 297. *Schleusn.* Lex. N. F. s. h. v. *Jacobs.* ad Anth. Gr. T. VIII. p. 280. *Fac.* ad Pausan. X, 36. T. III. p. 288. Fa-

regione teste Plinio lib. xxxiii. cap. 7. Justinus de Hispania (xliv. c. 1.) *Minii certe nulla feracior terra.* De minio vide Vitruvium lib. vii. (c. 8.) *) Casaub.

P. 385. l. 1. τῆς Σινωπικῆς γῆς] De Sinopide vide Plinium xxxvi. 6. Dioscorides μίλτον σινωπικὴν vocat, quem lege lib. v. [c. 111.] Casaub.

P. 385. l. 2. ἄλες τὲ ὀρυκτοὶ παρ' αὐτοῖς εἰσὶ] Lege, παρ' αὐτοῖς, ut in manuscriptis. **) Sales autem ὀρυκτοὺς, sive qui effodiantur e terra, multis locis commemorat Strabo. vide Plinium lib. xxxi. cap. 7. Casaub.

P. 385. l. 4. οὐδ' ἡ ἐκ τῶν ὄψων ταριχεία] Lege, οὐδ' ἡ ἐκ τῶν. ***) ὄψων autem nomine pisces intelligi praecipue, notius est, quam ut notari debeat. Inde Straboni εὔοψος θάλαττα, mare piscosum, et piscibus abundans. Casaub.

P. 385. l. 6. Πολλὴ δὲ καὶ ἐσθὴς πρότερον ἤρχετο] Mos veterum fuit hic, ut vestes potius emerent, quam pannum. Inde toties apud Livium et alios historicos vestes Roma ad milites missae, totiesque a militibus petitae, ac Gracchi lege concessae. Nec exemplis opus est, quae passim occurrunt. Vide infra de Patavio. Ἔρχεσθαι autem pro φέρεσθαι, sive ἄγεσθαι, dixit eleganter: sicut et elegantiss. Theoph. qui libro de lapidibus, ἀνθράκιον τὸ ἐξερχόμενον τῆς Ἀρκαδίας, sumpto hoc loquendi genere e plebe: qualia multa sunt in optimis quibusque scripto-

*) V. Intpp. ad Hesych. s. h. v. et Polit. ad Eustath. in Dionys. 2, 18. p. 252. et in Homer. Il. 2, 637. p. 234 (310). T. 2. p. 661. Tzsch.

Add. *Jacobs.* ad Anth. Gr. T. VII. p. 61. *Falc.* annotat, μίλτος esse Lat. rubricam, σινάβαρι vero minium. *Cor.* Homeri saltem temporibus ita dictum fuisse, seriores v. μίλτος Lat. minium intellexisse, Pausaniam autem VIII, 39. vere dicere, σινάβαρι ἐκλάμψειν· εὑρίσκεσθαι δὲ ὑπὸ τῶν Ἰβήρων ὁμοῦ τῷ χρυσῷ λέγεται. Fr.

**) Sic Par. 1. 3. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. Desunt παρ' αὐτοῖς in Med. 2. Correxit *Cor.* cum *Sieb.* Sed *Breq.* vulg. retinuit. Fr.

***) Sic Stroz. Mosc. Tz. Ante *Cas.* exsulabat ἡ. Par. 1. οὐκ ὀλ. δὲ καὶ ἡ ἐκ. Eton. οὐκ ὀλίγη δὲ καὶ ἐκ. Par. 3. Med. 1. 2. οὐκ ὀλ. δὲ οὐδὲ ἐκ. Mox pro οὐ χεῖρον *Cor.* scripsit οὐ χείρων τῆς Ποντικῆς, ut nuperrime volebat etiam *Hamaker.* Lectt. Philostr. P. I. p. 60., ubi Ποντικὸν τάριχος pluribus describitur. Praecesserat p. 384, 17. καὶ μίλτος οὐ χείρων τῆς Σινωπικῆς γῆς. Fr.

ribus. Sic et nos hodie loquimur. De sagis Hispanorum res est nota. CASAUB.

P. 385. l. 7. *νῦν δὲ ἔρια μᾶλλον*] Vocem *μᾶλλον* in *μαλακώτερα* putavi aliquando mutandam. Nam *ἡ ἐρία τῇ μαλακότητι* passim commendatur. De lana Hispaniensi vide apud Plinium lib. VIII. cap. 48. Scripti habent *νῦν δὲ καὶ ἔρια*. *) CASAUB.

P. 385. l. 7. *τῶν* **) *Κοραξῶν*] Locus mutilus. Desunt enim quaedam verba, ex quibus tota pendet sententia. Videtur conferre lanam, quae ex Hispania afferebatur Romam, cum ea, quam mittebant Coraxi. Coraxorum, gentis Ponticae, non infrequens apud veteres mentio, ut apud ipsum Aristotelem [Meteor. I, 13. V. *Tzsch.* ad Mel. I, 19, 14. not. ex. p. 625.] et Hesychium. De lanis Coraxorum vide Joannis Tzetzae Chiliades [X, 378], ubi docet, solis Milesis eas cessisse: profertque Hippocratis [Hipponactis] hunc versum: *Κοραξικὰ μὲν ἡμεριεσμένη ἡλώποι.* ***) Idem alibi de gentibus loquens, apud quas vestes pretiosae fiunt, *Καὶ Ἴβηρες*, inquit, *ἐσπέριοι, καὶ Κοραξοὶ ὁμοίως ὑφάσματα τὰ κάλλιστά εἰσιν ἐριουργοῦντες.* ex hoc ipso, ut videtur, Strabonis loco. Vetus autem interpres populum Hispaniensem esse putavit. CAS.

P. 385. l. 8. *ταλαντιαίους γοῦν ὠνοῦνται τοὺς κριοὺς*] Nescio an haec ad musmonas arietes pertineant, de quibus lib. v. [T. II. p. 138.] Nam etiam in Hispania esse hujusmodi arietes, sed raros, testis Plinius lib. oct. (c. 49.) Et Diodorus lib. quinto [c. 33. ubi v. *Wess.* T. II.

---

*) Vet. Intp. *Nunc vero Coraxorum amplius lanicium excellentissimae pulchritudinis.* „Forsan leg. *μᾶλλον τῶν Κοραξῶν ἄξια* vel *ὤνια τῶν Κοραξῶν*. Sed V. p. 436. B. Amst. [L. VI. T. II. p. 303. *ἡ δ' ἐρία μαλακωτέρα μὲν τῆς Ταραντίνης ἐστὶ, λαμπρὰ δὲ ἧττον.*] Quare probo magis *μαλακώτερα*." *Toup.* ap. *Falc. Cor.* vero in vers. gall. de veritate *Cas.* conj. nondum plene sibi persuasit, saltem *Κοραξικῶν* scribendum esse putans. Coraxi ei videntur coll. *Ducang.* Gloss. col. 891. iidem, qui a Neograecis *Μαυροπροβατάδες*, Turcis *Coracoïunli* vocantur h. e. possessores ovium nigrarum. Tum ambigit, an non vocem Scythicam *karacosi* (nam Turcis *koci* est ovis, *kara* niger) mutarint Graeci in *Κοραξοί*. FR.

**) Imo *κοραξῶν* de colore: v. Salmas. ad Tertull. de pall. p. 215. TZSCH.

***) *Cor.* h. v. ita corrigit: *Κοραξικὸν μὲν ἠμφιεσμένη λόπον.* Sed rectius legitur in *Lectii* Corp. Poet. Gr. *Κοραξικὸν μὲν ἠμφιεσμένη λῶπος*, unde sic edidit *Welcker.* in fragm. Hippon. p. 71. nihil praeterea monens. FR.

p. 356.] auctor est, Celtiberos sagis usos, quorum τὸ ἔριον esset παραπλήσιον ταῖς αἰγείαις θριξίν. qua ratione musmones ab arietibus distinguit Strabo. *) CASAUB.

P. 385. l. 9. ὑπερβολὴ δέ, καὶ τῶν λεπτῶν ὑφασμάτων] Silius Italicus hunc loctum explicat lib. tert. (v. 373.):

Atque altrix celsa mittebat Setabis arce,
Setabis et telas Arabum sprevisse superbas,
Et Pelusiaco filum componere lino.

Hinc sunt Setaba sudaria, quae commemorat Catullus [XX, 14.] in Thallum, et iterum in Marracinum,

Nam sudaria Setaba ex Hiberis
Miserunt mihi muneri Fabullus
Et Veranius.

In fine hujus libri [T. I. p. 468.] ait Geographus, circa Carthaginem novam δένδρον ἐξ ἀκάνθης φλοιὸν ἀφιέναι, ἐξ οὗ ὑφάσματα γίνεται κάλλιστα. CASAUB.

P. 385. l. 10. ἄπερ οἱ Σαλτιῆται κατασκευάζουσι] Haec nullius auctoritate possum confirmare: et quinam isti sint Saltiatae, adhuc quaero. Interea lego ex Silio **) Σεταβῆται. Hanc laudem videtur paulo post Emporitanis tribuere, quos ait esse λινουργοὺς ἱκανῶς. CASAUB.

P. 385. l. 11. Ἄφθονος δέ] Eleganter ἄφθονος ἀφθονία. ***) CASAUB. †)

---

*) Arietes Hispani non sunt musmones, qui penitus extincti in Corsica, ni fallor, supersunt. FALC.

**) Recte Σεταβῆται reposuit Cas. *Setabis* enim urbs vocabatur, quae olim *Augusta Valeria*, nunc *Xativa*. V. Lud. Nonnii Hisp. c. 68. ALMEL. *in Add. Harduin.* Not. et Em. N. CLIII. de Salacia accipit Plinii VIII, 48. *quam Salacia scatulato textu commendat in Lusitania.* Eodem jure ait *Cor.* legi posse Σεγιδῆται ex Strab. L. III. T. I. p. 434. Σεγίδη πόλις et Appian. Hisp. c. 44. [Sed Steph. Byz. s. v. τὸ ἐθνικὸν Σεγιδαῖος.] vel Σαλτιγῆται ab urbe Bastetaniae Σάλτιγα Ptolem. Verumtamen recte pluribus locis cultam fuisse hanc artem existimat. FR.

***) Vid. supra T. VII. p. 544. Sed *Cor.* ex Herodot. I, 126. ἔστι τάδε τε καὶ ἄλλα ἀγαθὰ μυρία οὐδένα πόνον δουλοπρεπέα ἔχοντα h. l. ἄπονος idque in textu posuit. Omisit Vet. Intp. v. ἄφθονος. Possis et ἄφθιτος suspicari, de qua v. cf. *Jacobs.* ad Anth. Gr. T. XII. p. 159. Schol. Villois. ad Il. Β, 186. τὸ μὲν ἀθάνατον ἐπὶ ἐμψύχων οἱ φιλόσοφοι τάσσουσι, τὸ δὲ ἄφθιτον ἐπὶ ἀψύχων, quod non ubique verum esse vidit *H. Steph.* Thes. T. IV. p. 146. E. FR.

†) θηρίων addidit *Cor.*, quod agnoscunt Par. 1. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Epit. Vet. Intp. Exciderat h. v. ex ed. *Cas.* reduxitque jam *Breq.* FR.

P. 585. l. 13. *πλὴν τῶν γαιωρύχων* *) *λαγιδίων*] Catullo (ep. XL.) propterea *cuniculosa Celtiberia* dicta. CASAUB.

P. 585. l. 14. *οὓς ἔνιοι λεβηρίδας προσαγορεύουσι*] *ἔνιοι* hoc est Massilienses. Grammatici Graeci [Erotian. Voc. Hippocr. p. 244. ed. Franz.] in Glossis super voce *λεβηρίς*. *Τηλέμαχος ὁ γραμματικὸς εὐηθέστερον φησὶ, δυσαναγνιστοῦ καὶ λεμποποιοῦ* **) *ζώου μικροῦ ὄνομα εἶναι τὴν λεβηρίδα, μικρῷ λαγωῷ ὁμοίου, ὃ Ῥωμαῖοι μὲν κουνίκλον καλοῦσι, Μασσαλιῶται δὲ λεβηρίδα.* ***) CASAUB.

[?] P. 586. l. 1. *λέγονται πρεσβεύσασθαι ποτε πρὸς Ῥωμαίους*] Loquitur Strabo tanquam de re antiqua et pene dubiae fidei, quod miror. Id enim contigerat haud

---

*) Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Epit. Ald. *γεωρύχων*, quod recepit *Cor.* Recte. V. *Bast.* ad Greg. Cor. p. 518. sq. Tum pro *λαγιδίων* Epit. habet *λαγιδίων*, quod improbandum. V. de voce *λαγιδεύς* *Spohn.* de Extr. Od. Part. p. 119. *Huschk.* Anal. Crit. p. 102. sq. Eustath. ad Dionys. v. 457. ex h. l. *εἰσὶ δὲ γεωρύχοι καὶ ῥιζοφάγοι οἱ λαγιδεῖς, οὕς καὶ λεβηρίδας ἐκάλουν τινές.* Add. Phavor. Lex. Gr. s. v. *Χαιροδεῖς* et *Λαγίδης*. Idem animal Polyb. XII, 3. *κόνικλος* s. *κούνικλος* Romano nomine, ab Hispanis, ut *Cor.* vult, oriundo, vocat; Neograecis *κουνέλι*. v. *Cor.* ad Isocr. T. II. p. 317. FR.

V. Jungermann. ad Polluc. 5, 2. p. 482., qui *λαγιδεῖς* affert ex Aelian. de An. VII, 47. et Eustath. ad Hom. Il. a. [p. 35, 33. *ὕφεις ἢ λαγιδεῖς τόπους τινὰς ἠρήμωσαν.*], ubi Strab. respexisse videtur, cf. etiam Coel. Rhodigin. Varr. lectt. p. 356. m. TZSCH.

**) Lexicis addidit h. v. *Spohn.* de Extr. Odyss. Part. p. 160., sed molim cum eo interpretari pass. *famelicus*; imo active, quapropter inter *ἀλίθρεπτα θηρία* a Str. hic refertur. FR.

***) V. Salmas. ad Solin. p. 200. a. A. B. et Victor. Varr. lectt. 31, 20. TZSCH.

Epit. male *λεβηρίδας*. Vet. Intp. *cuniculorum*, *quos plerique lepusculos appellant.* *Cor.* scripsit *λεβορίδας*, quoniam *λέπορις* inter antiqua vocabula Sicula affertur a Varr. L. L. IV, 25. R. R. III. p. 137. c. not. Scalig., quem tamen deceptum fuisse putat, ac deminutivum esse *λεπορὶς* a *λέπωρ*, *λέπορες*, ut *λαγωὸς*, *λαγιδεὺς*, *lepus*, *lepusculus*. Add. Intpp. ad A. Gell. I, 18. — Mox inserendum erat *καὶ* ante *φυτὰ*, suppeditatum a Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. Tz. Stroz. Epit. Vet. Intp. FR.

De cuniculorum multitudine cf. Bochart. Hieroz. L. 3. c. 31. T. I. p. 996. De aliorum animantium multitudine incolis noxia v. Eustath. ad Il. 1, 59. p. 27. Bas. veluti perdices in Anapha, lepores in Astypalaea et apud Carpathios. Alia exempla Diodor. 3. p. 114. notante Polito. TZSCH.

ita multo ante, quam haec ille scriberet, etiam si in extrema senecta hos ab eo scriptos esse libros dicamus. Plinius [VIII, 55.]: *Certum est Balearicos adversus proventum eorum auxilium militare a Divo Augusto petiisse.* Refertur hoc iterum eodem libro.*) CASAUB.

P. 586. l. 3. *ἀντέχειν μὴ δυνάμενοι*] Lege *δυνάμενοι*, ut veteres libri recte habent. **) CASAUB.

P. 586. l. 4. *Πρὸς μὲν οὖν*] Conatus sum sententiam reddere. nam hiulca sunt verba. XYLAND.

P. 586. l. 5. *ὠρῶν δέ τινι λοιμικῇ καταστάσει*] Profecto vox *φθόρος* nihil aliud est, quam mera totius sententiae *φθορά*. Legendum *ἀέρων*. *ἀέρων λοιμικὴν κατάστασιν* vocat aerem corruptum et malum et pestilentem, quem ait causam esse saepe, cur magna repente copia serpentum et murum terrestrium existat, quod verum est. Sic enim saepe in mediis aestibus solis ranas enatas memini. Neque vero id unquam contigit, quin vere sit *ἡ τοῦ ἀέρος κατάστασις λοιμική*. Verum eandem hanc esse causam, cur abundent aliquando cuniculi, non facile mihi persuaserim: id tamen censet Strabo, qui infra hoc eodem libro hoc repetit. Legendum autem esse *ἀέρων*, conjeci e veterum librorum scriptura, in quibus legitur *ὠρῶν*, quod ipsum fortasse ferri possit***): quanquam *ἀέρων* magis probo. Sic Diodorus [V, 82. ubi v. *Wessel.*]: *λοιμικὴ κατάστασις ἐπέσχε τὰς πόλεις διὰ τὴν τοῦ ἀέρος φθοράν*. Idem alibi [XII, 45.] *λοιμικὴν περίστασιν* et *ἀέρα ἐφθαρμένον* conjungit. CASAUB.

P. 586. l. 9. †) *ὡς ἡ Λιβύη τρέφει, φέρουσιν ἐπίηδες*]

---

*) Legatio Balearica probat, has insulas non esse bene habitatas. Cuniculi enim habitationes humanas fugiunt. Cuniculus est in nummis Hispaniae symbolum. FALC.

**) Sic Par. 1. 3. Med. 1. Eton. Mosc. Vet. Intp. et e corr. Med. 2. Receperunt *Breq. Sieb. Cor.* FR.

***) Med. 1. 2. *ὠρῶν*, sed 2. post. corr. In Par. 1. 3. Mosc. Stroz. deest *καταστάσει*. Vet. Intp. *eruptionem pestilentia quadam importat.* Bene etiam *Cor.* scripsit *ὠρῶν*. Nam *ὦρα* aeris temperies. V. *Siebel.* ad Hellen. p. 352. *Irmisch.* ad Herodian. I, 6. T. I. p. 192. FR.

†) Pro *γαλὰς Cor. γαλᾶς*, ut Mosc. praeit diserte. *Cor.* Plinium VIII, 55. ait hoc animal appellare *viverram*, [Ita etiam Gloss. Cyrill. cf. *Munck.* ad Anton. Lib. 29. p. 127. Lips.] Gall. *furet*; Herodot. IV, 192. *γαλῆν Ταρτησίαν*, [ubi v. *Wessel.* et, qui uberrime de ea scripsit, *Perizon.* ad Aelian. V. H. XIV, 4.]. *Schneidero* ad Aristot. Hist. Anim. T. III. p. 525.

Lege τρέφουσιν. Vetus interpres legisse videtur, ἃς ἡ Λιβύη τρέφει. Casaub.

P. 386. l. 15. πλῆθος τῶν ναυκλήρων] Scripti τῶν ναυκληρίων. *) Casaub.

P. 387. l. 3. ἐκ πολλαπλασιάσεως] Scripti nonnulli, ἐκ πολλαπλασίασις. In aliis deest hoc totum, idque meo judicio rectius. **) Casaub.

P. 387. l. 13. ὀρύγων τέ] Oryges inter cete nominat, cum alii terrestrem feram faciant ***). Describitur eleganter ab Oppiano Κυνηγετικῶν lib. sec. [v. 446.] Cas.

P. 387. l. 14. καὶ φυσητήρων] De his monstris marinis vide plura lib. xv. [T. VI. p. 184.] Casaub.

P. 387. l. 15. φαίνεταί τις νεφώδους ὄψις κίονος] Plinius (IX. c. 4.) aliter. *In Gallico Oceano physeter ingentis columnae modo se attollens, altiorque navium velis diluviem quandam eructans.* Strabonem puto verius loqui, qui non ipsum se attollere ait, sed spiritum

---

sunt Linn. mustelae furones. *Tzschuck.* „Ταρτησσία γαλῆ ὅμοιος ἴκτιδι Eustath. ad Il. 10, 335. p. 731, 22. " οἱ δὲ ἀγρίαν λέγουσιν εἶναι γαλῆν p. 809, 61. Rom. — Mox *Cor.* cum *Cas.* scripsit φέρει, τρέφουσιν, idemque l. 17. καταλάβωσιν e Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. pro καταλάβουσιν. In Mosc. Tz. literis α et β ordo verborum invertitur εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἀναγκάζουσιν. Fr.

*) Vet. Intp. *navigiorum.* Hinc ναυκληρίων recepit *Cor.* Fr.

**) Par. 1. 3. Esc. Mosc. ἐκπολλαπλασίασις. Med. 1. ἐκ πολλαπλασιάσιος. Desunt h. v. in Ven. Vet. Intp. *tantum est incrementum. Cor.* omisit in vers. et ed. gr. Mox l. 7. Med. 2. κογχυλοειδῆ pro κογχοειδῆ et l. 10. Eton. Esc. Mosc. αὐξομένων pro αὐξανομένων. Tum l. 12. διὰ τὴν γυμνασίαν Vet. Intp. melius quam *Xyl.* reddit *propter enudationes* i. e. *nudato litore*, ut scripsit *Breq.* Hoc vero *Cor.* in vers. gall. γύμνωσιν dicendum fuisse monet legendumque sine haesitatione διὰ τὴν λιμνασίαν, coll. Diphil. ap. Athen III. p. 92. κράτιστα δὲ τὰ θαλάττια, ὅταν λίμνη ἢ ποταμὸς παρακέηται. γίνεται γὰρ εὔχυλα καὶ μείζονα καὶ γλυκύτερα. et Aristot. Hist. Anim. VIII, 19. καὶ ὅλως δὲ τὰ εὔλιμνα τῶν χωρίων ἀρίστους ἔχει ἰχθῦς. Hinc recepit in ed. gr. Similiter, sed remotius a literarum ductibus, *Toup.* ap. *Falc.* conjecit ὑγρασίαν. Fr.

***) V. Salmas. ad Solin. p. 713. a. C. Vincent. Bellov. bibl. mund. T. 2. p. 1441. L. XV. c. 97. Tzsch.

Add. *Schweigh.* ad Athen. Anim. T. III. p. 113. sq. *Cor.*, quanquam Strabonem concedit potuisse h. v. animali terrestri proprium transferre in piscem, malit tamen suspicari, librarios h. v. substituisse pro ὀρκύνων. V. *Schneid.* Lex. Gr. s. utraque v. Fr.

tantum mittere, qui spiritus procul intuentibus speciem columnae νεφοῦους praebeat, quod et nominis ratio docet: et tamen facit columnae mentio, ut putem, Plinium, cum haec scriberet, ejusdem, cujus et hic noster, verba secutum potius esse, quam assecutum. *) CASAUB.

[†] P. 388. l. 6. ἀπὸ τῆς ἀλέης τῆς ἔξωθεν παλαιᾶς] Locus corruptus, quem ideo neuter interpretum intellexit. **) Ait Strabo, quod Plinius (IX. c. 16.), cum scribit, thynnos tempore hyberno latere in gurgitibus imis, nisi tepore aliquo evocentur. ἀλέη, tepor. Aristoteles (de Anim. VIII. c. 19.): χαίρουσι δὲ οἱ θύννοι μάλιστα τῶν ἰχθύων τῇ ἀλέᾳ, καὶ πρὸς τὴν ἄμμον τὴν πρὸς τῇ γῇ προσχωροῦσι, τῆς ἀλέας ἕνεκεν. quae verba mire Strabonis locum illustrant. Idem ex Aristotele repetit Athenaeus. Lege igitur in Strabone, ὑπὸ τῆς ἀλέης τῆς ἔξωθεν παραλίας. CASAUB.

P. 388. l. 8. τρέφεται δὲ βαλάνῳ θρυΐνῃ] Polybius lib. XXXIV., ut refert Athenaeus (VII. c. 14. p. 302.), de Hispania scripserat, ὅτι βάλανοί εἰσι κατὰ βάθος ἐν τῇ αὐτόθι θαλάττῃ πεφυτευμέναι, ὧν τὸν καρπὸν σιτουμένους τοὺς θύννους πιαίνεσθαι. Ex Polybio sumpsit Strabo, quod ipse mox indicat. βάλανον θρυΐνην vocat Geographus alibi [T.

---

*) Ibid. l. 15. οἱ γόγγροι δὲ] καὶ οἱ γ. δὲ Cor., ut edd. ante Siebenk. In Almel. male γόγροι. Mox l. 17. Par. 1. Eton. μύραινας pro ἀμύραινας, ut solet in his variari. Cor. habet pro muraena helena Linn. Idem πλείω reduxit, quod ed. Sieb. in πλείων corrumpit. FR.

P. 388. l. 1. πήγνυσι] Ed. Alm. male πήγνυας, quod ex codd. et antt. edd. correxit Breq. Pro δεκαπτύλους Par. 3. — ήλους, Esc. — ἴλους. Cor. affert Aelian. Nat. Animal. XVI, 12. ὡς καὶ χοῦν ἑᾶστα δίχεσθαι. Tum l. 3. pro μείζονας Par. 1. 3. Med. 1. 2. Mosc. Tz. μείζους. Tum pro ταλαντιαῖον δὲ τὸν π. Par. 3. Mosc. ταλάντιον δὲ τὸν π., Par. 1. Med. 1. ταλάντιον δὲ τὴν π., sed Par. 1. τὸν sup. Ald. Hopp. etiam ταλάντιον. FR.

Ibid. l. 4. πολύποδα] Athen. 7, 19. notat, Aeolicum esse πόλυπον, Att. πολύπους. Sic vocant ὀκτάποδα, uti vult Eustath. ad Il. 2, 293. p. 169. Bas. [p. 223, 12. Rom.], ubi Politus T. I. p. 422. sic vulgo polypum dici notat ex Aristot. H. A. 4, 1. et de part. anim. 4, 9. TZSCH.

**) Vet. Intp. e vetusto fervore. Ald. Hopp. Xyl. ἀλίης. Cor. in vers. gall. pro vero habet παραλίας, sed praeterea corrigit τῆς ἄλλης τῆς ἔξωθεν παραλίας ex Strab. ipso p. 385, 5 T. I. οὐκ ἔνθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἄλλης τῆς ἐκτὸς στηλῶν παραλίας, idque in textu posuit. FR.

I. p. 414.] *δρυοβάλανον*. Sed hic arborem ipsam videtur significare. CASAUB.

P. 388. l. 9. *χαμαιζήλῳ τινὶ παντάπασιν δρυΐ*, *) *ἀδρότατον δ' ἐκφέρουσῃ καρπόν*] In libris scriptis totus locus ita legitur, *χαμαιζήλῳ τινὶ παντάπασι δρυΐ. πολὺν δ' ἐκφέρουσι καρπόν*. Sed illud *πολὺν* pro *ἀδρότατον* ex glossa manasse suspicor, quae sane interpretatio melior est ea, quam interpres habet. *τὸ πολὺ* enim indicare, opinor, voluit potius, quam *τὸ μέγα*. CASAUB.

P. 388. l. 10. *καὶ ἐν τῇ γῇ*] etiam in mediterraneis. CASAUB.

P. 388. l. 15. *ἡ δ' ἐντὸς στηλῶν*] Sensus est: Glans, quae reperitur intra Herculis columnas, est illa quidem

*) Vox *δρυΐ* deest Med. 1. 2. Paris. Ald. Hopp. Xyl. Tum *πολὺν* praeferre malit *Breq.*, quoniam glandium copia magis, quam magnitudo commendetur. Sed etiam in Diodor. Sic. I, 55. pro *ἀδρὰ* al. *μεγάλα*. V. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 63. sq. Hesych. T. I. p. 100. *ἀδρός· πολύς*. Suid. T. I. p. 58. *ἀδρόν· πολύ*. Recte vero *Schaef.* ad *L. Bos.* Ellips. p. 577. in Herodot. I, 17. *ὅκως μὲν εἴη ἐν τῇ γῇ καρπὸς ἀδρός* mavult vertere *fruges adultae* quam *copiosae*, quod notavit etiam *H. Steph.* Thes. L. Gr. T. I. p. 107. F. Quare illud *πολὺν* mirum quantum glossam redolet. Vet. Intp. *humilis admodum, at fertilem ingentemque impendio producens fructum*. FR.

Ibid. l. 12. *ἐξαιρουμένη δὲ ἐκ θάμνου, ταπεινῆς ἥττον*] Scribe *ἐξαιρουμένη δὲ, θαμνῷ ταπεινῆς ἥττον*, deleto *ἐκ*. Minus alte e terra attolli dicit, quam humilem fruticem quemlibet. BODAEUS A STAPEL *ad Theophr. Hist. Plant.* III, 16. p. 240. ALMEL. *in Addend.*

Cor. in vers. gall. et ed. gr. legit cum *Salmas.* Plin. Exerc. p. 676. *ἐξαιρομένη δὲ θάμνου ταπεινῆς ἥττων*, *Bodaei* conj. barbaram vocans: sed *θαμνῷ* error haud dubie calami. Med. 2. *ἐξαιρομένη* idemque e corr. Med. 1.; ille e corr. ignorat etiam *ἐκ*. Vet. Intp. *ab humili radice tollitur minus*. De permutatione verborum *ἐξαιρεῖν* et *ἐξαίρειν* v. supra T. VII. p. 413. FR.

Ibid. l. 15. *ἣν ἐκβάλλουσιν ἡ πλῆμμα*] Quod *ἣν* non habet, quo referatur, nisi *καρπὸν*, id quidem ferrem; puto enim scriptorem non tam genus vocabuli, quam notionem, quae inest, sc. *τὴν βάλανον*, respexisse. Sic T. II. p. 143. *οὗτος* ad *ἡ Ὀμβρικὴ* spectat. T. IV. p. 402. *πολλὴν* ad *τοῖς πρὸς ναυπηγίαν* i. e. *τὴν ὕλην*. T. VI. p. 331. *ἐκεῖνον* ad *τύραννον* in *τυραννουμένην*. Sed istud male me habet, quod, cum verba *ἣν ἐκβάλλουσιν* pendeant a *πλήρη*, non potius scriptum sit *ἧς* i. e. *πλήρη τῆς βαλάνου, ἧς ἐκβάλλουσιν*, noto loquendi genere apud Graecos. PAETZ.

Vet. Intp. *glande referta, quam aestus — ejectat*. FR.

minor, sed majori tamen copia repetitur. de illo loquendi genere ἀεὶ καὶ μᾶλλον diximus lib. pr. *) Non nego, interpretis versionem verbis graecis convenire, sed ita vertendum esse, ut diximus, quae sequuntur indicant. At in nonnullis antiquis libris tota haec periodus desiderabatur, quod non probo. **) CASAUB.

P. 389. l. 6. εἶναί τε παραθαλάττιον τὸ ζῶον τοῦτο] Quis ferat, thynnum animal marinum παραθαλάττιον vocari? An, quia tepore interdum, interdum glande ad litus evocantur, ideo erunt παραθαλάττιοι θύννοι? Nugae. Legendum esse ajo, εἶναί τε ὑν θαλάττιον τὸ ζῶον τοῦτο. Jam ante monuimus, locum hunc totum e Polybio esse desumptum. Inde et hic locus nobis emendandus. Polybii verba referente Athenaeo (VII. c. 14. p. 302.) sunt διόπερ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις λέγων ὗς εἶναι θαλαττίους τοὺς θύννους. Deinde causa appellationis sequitur eadem, quam affert noster ibid. εἰσὶ γὰρ οἱ θύννοι οἷον ὗες ἀπὸ τῶν βαλάνων αὐξανόμενοι. Strabo autem sic, ἥδεσθαι γὰρ τῇ βαλάνῳ, καὶ πιαίνεσθαι διαφερόντως ὑπ' αὐτῆς. ***) CAS.

[P] P. 389. l. 11. Οὐχ ἥκιστα] Verba illa ἀλλὰ καὶ μάλιστα, ut glossema grammatistae cujusdam, deleto et inducito, et ad auctorem suum amandato. Nam etiam in veteribus libris nihil tale apparet. †) CASAUB.

P. 389. l. 12. τὸ περὶ τὰς μεταλλείας εὐφυές] Aucto-

---

*) V. supra T. VII. p. 172. sq. Sed *Breq.* et *Cor.* malunt cum Vet. Intp. et *Xyl.* h. l. ita reddere: quo major fit intra Columnas excursus, eo minorem glandis reperiri copiam. FR.

**) P. 389. l. 3. ὅσῳ πλεῖον] ὅπως πλ. Par. 3. Esc. Mosc. *Cor.* scripsit πλέον et tum τοσῷδ' pro τοσῷ δ'. Mosc. Tz. τόσῳ. Porro l. 5. idem dedit ἐπιλειπούσης pro ἐπιλειπ. ex Par. 1. Med. 1. 2. Mosc. Tz. FR.

***) Par. 1. παρὰ θάλαττην τὸ, Par. 3. Mosc. παρὰ θάλαττήν τε τὸ, Mosc. Tz. Paris. παρὰ θάλαττάν τε. Vet. Intp. *haec in mari belua semper adest*, ut legisse videatur παρὰ θάλατταν ἀεὶ τὸ ζῶον τοῦτο. Inde *Cor.* exsculpsit παρὰ τἄλλα πῖον τὸ ζ. τ., quod in textu posuit. Mox idem dedit γενομένης pro γεν. et l. 11. κεχορηγημένης ex Med. 1. Esc. pro — ἐνους. Vet. Intp. *cum vero praedicta regio tot bonis exuberet.* FR.

Wesseling. ad Diod. Sic. I, 15. p. 19. vult — ἐνην. TZSCH.

†) Leguntur ista non modo in Ald. Hopp. Xyl., sed et Esc. Mosc. Par. 3. Med. 1. 2. Ven. A., in quibus praeterea est ἀποδέξασ' ἂν τις. Recte *Cor.* talia in versione tantum supprimenda esse censet, amandans ad ea, quae ipse dixit ad Hippocr. de aer. aq. loc. T. II. p. 250. sqq. Sic Strabo paulo ante T. I. p. 381. μηδὲν ἧττον, ἀλλὰ καὶ βέλτιον. FR.

rum testimonia in hanc rem proferre, quid opus est? Sciunt omnes, tot esse, qui Hispaniam hoc nomine dilaudarint, quot fuerunt, qui de ea quicquam scriberent. CASAUB.

P. 589. l. 15. *Σπάνιον δ' ἐν ἀμφοτέροις εὐτυχεῖν*] Lege *) cum veteribus libris *εὐτυχεῖν*. Suspicabar prius, vel *εὐτυχεῖν* esse legendum, vel *ἀμφοτέροις ἐπιτυχεῖν*. Sic Diodorus lib. quinto [L. II. c. 56. Nam L. V. c. 49. *ἐπιτυχεῖν πάσας στρατείας.*] *τοῖς καιροῖς ἐπιτυγχάνειν* dixit. CASAUB.

P. 590. l. 5. *ἐξήτασται γενόμενος*] Scribe auctoribus libris, *γεννώμενος*. **) Sic infra [p. 394, 3.] de stanno, *γενᾶσθαι δ' ἔν τε τοῖς ὑπὲρ τοὺς Λυσιτανοὺς βαρβάροις*. CAS.

P. 590. l. 6. *ὁ δὲ χρυσὸς οὐ μεταλλεύεται μόνον*] Vide apud Plinium de tribus modis auri inveniendi lib. XXXIII. cap. 4. CASAUB.

P. 590. l. 7. *τὴν χρυσῖτιν ἄμμον*] Ballucam appellabant Hispani: Graeci una dictione *χρύσαμμον*. Plinius lib. XXXIII. cap. 3. *Hispani, quod minutum est, ballucem vocant γήδιον*. Glossarium vetus, *χρύσαμμος balluca*. Iterum, *χρυσεῖον ἀκαθάριστον valuca* ***) Et lege prima Cod. de metallariis et metallis: *Itaque si qui sponte confluxerint, eos laudabilitas tua actonos scrupulos in ballucam, quae Graece χρύσαμμος appellatur, cogat exsolvere.* †) CASAUB.

P. 590. l. 12. *καὶ φρέατα δ' ὀρύσσοντες*] Plinius (XXXIII. 4.): *Alio modo puteorum scrobibus effoditur.* Idem

*) Ald. Hopp. Xyl. Bemb. Stroz. A. B. *τυχεῖν*. In Ven. A. verba *σπάνιον — εὐτυχεῖν* desunt. Vet. Intp. *fortunari*. Correxerat *εὐτυχεῖν* etiam V. D. anonym. ap. *Tzschuck.* in marg. Ald. Denique *Ἤ τε Τουρδ.* pro *Ἤ δὲ T.* Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. Tz. FR.

P. 590. l. 3. *Οὔτε γὰρ χρυσὸς, οὐκ ἄργυρος, οὐδὲ δὴ χαλκὸς*] Primum *οὐ γὰρ* Med. 1. 2., tum *δὴ* omissum Par. 1. Eton. Utrumque secutus est *Cor.* in ed. gr. Pro *οὐκ ἄργ. Siebenk.* in notr. Mss. conj. *οὐδ'*. Equidem nihil prorsus mutem. V. *Schaef.* ad Sophocl. Oed. Col. v. 972. ad L. Bos. Ellips. p. 229. ad Dionys. Hal. de comp. p. 36. 299. sq. 409. sq. *Schw.* ad Polyb. T. V. p. 179. *Dorvill.* ad Charit. p. 641. *Lips. Jacobs.* ad Anth. Gr. T. XIII. p. 46. et ad Anth. Palat. T. III. p. 112. *Wunderlich.* Obss. in Aeschyl. p. 134. FR.

**) Ed. *Sieb.* male *γενώμενος*. Vet. Intp. *generari*. Med. 2. *γενόμενος*, ex perpetua horum participiorum confusione. FR.

***) V. Salmas. ad Solin. p. 196. a. F. TZSCH.

†) V. *Forcellin.* Lex. Lat. L. s. v. Baluca. FR.

(XXXIV. 4.): *Quod puteis foditur canalitium vocant, alii canaliense, marmoris glareis inhaerens.* CASAUB.

P. 390. l. 14. *τῶν χρυσορυχείων*] Ita etiam vett. libri: quam scripturam confirmat et vox *χρυσορυκτὴς* apud Grammaticos per *o* scripta: quanquam analogia postulare videbatur, ut *χρυσωρύκτης* sive *χρυσωρύχος*, et *χρυσωρυχεῖον* scriberetur. Sic namque *τοιχωρύκτης* sive *τοιχωρύχος*. CASAUB.

P. 390. l. 15. *ἀξιοῦσι δὲ Γαλάται*] Totus locus in veteribus ita legitur: *Ἀξιοῦσι δὲ Γαλάται παρ' ἑαυτοῖς εἶναι πρείττω τὰ μέταλλα, τά τε ἐν τῷ Κεμμένῳ ὄρει, καὶ τὰ ὑπ'.* *) De metallis Tarbellorum lege lib. IV. [T. II. p. 39.] CAS.

P. 391. l. 1. *Πάλας*] Apud Plinium libro XXXIII. cap. IV. legitur Palacras, et Palacranas. Quid pala sit Latinis, ignotum non est. **) XYLAND.

Plinius longe aliter, *Aurum*, inquit, *arrugia quaesitum, non coquitur, sed statim suum est. Inveniuntur ita massae nec non in puteis, etiam denae* ***) *excedentes libras: palacras Hispani, alii palacranas vocant.* Videtur Strabo balucem intelligere, et cum pala sive palacra confundere. Diodorus [L. V. c. 36.] voce Graeca *πλάκας τῆς γῆς πολυχρύσους* dixit. CASAUB.

---

*) Par. 3. Mosc. Tz. *εἶναι τὰ μέταλλα* sine *πρείττω*, quae v. deest etiam in Esc. et post. add. Med. 1. Sed *τά τε* desunt Par. 1. Med. 1. 2. Mosc. Tz. Paris. Ald. Hopp. Xyl. Tum pro *Κεμμένῳ* Mosc. Tz. Par. 3. et e corr. Med. 1. *Κιμμερίῳ*, Hopp. *Κεμμένῳ*. Denique pro *ὑπ' αὐτῇ* Par. 1. 3. Mosc. Tz. *ὑπ' αὐτῷ*, et *τὰ* antea deest Ald. Hopp. Xyl. Vet. Intp. *Galli quidem digniora esse sua praedicant metalla: quae in Cimmerio monte sunt: praesertim quae ad Pyrenen vergunt.* Mox pro *κἀντεῦθεν* Mosc. et marg. Par. 1393. *τἀντεῦθεν*, receptum a *Cor.* Vet. Intp. *quod iis e locis educitur.* V. D. anon. ap. *Tzschuck.* *τ' ἐντεῦθεν.* FR.

**) *Cor.* cum *Salmas.* Plin. Exerc. p. 757. graecae originis haec verba habere videtur, neque tamen dissimulat, Strabonem L. IV. pro *πάλας* dicere *πλάκες*. Caeterum de aurifodinis Hispaniae cf. *Heeren.* Ideen etc. T. I. P. II. p. 73. *Gossellin.* ap. *Bredow.* in Unterss. üb. alte Geogr. u. Gesch. T. II. p. 281. sqq. *J. Ch. J. Bethe* diss. de Hispaniae antiquae re metallica ad Strab. L. III. Goetting. 1808. 4. FR.

P. 391. l. 3. *βωλάρια ὑγιλαῖς ὁμοια*] i. e. *λίθος κυανός*, lapis Lazuli, de quo v. quos larga manu affert *Penzel.* in vers. Teut. T. I. p. 443. sq. Tum ad v. *στυπτηριώδη γῆν* v. *Beth.* l. l. p. 49. sq. FR.

***) Hunc numerum in textum Strabonis inferre ausus est *Penzel.* Vers. Germ. T. I. p. 610., merito taxatus a *Cor.* FR.

[P] P. 591. l. 6. *μίγμα ἔχοντος ἀργύρου καὶ χρυσοῦ*] Ait electrum ex auro et argento esse mixtum: hinc intelligimus Silii Italici carmen lib. pr. (v. 229.) *):

Electri gemino pallent de semine venae. CASAUB.

P. 591. l. 8. *εὐθιάχυτος γὰρ ὁ τύπος καὶ λυτώδης*] Male editur *καὶ λιθώδης*, cum potius legendum sit: *εὐθιάχυτος γὰρ οὗτος καὶ λυτώδης.* **) Aurum enim mollioris naturae ad fusuram, ac de facili liquatur, contra argentum difficilius et magis invictum ignibus, ut auro durius, et minus solvi ac fundi facile sit. Hinc in auro fundendo et excoquendo ejiciebatur materia durior, multo argento mixta, quam *ἀδάμαντα* propterea appellarunt. SALMAS. Ex. Plin. pag. 761. ALMEL.

P. 591. l. 12. *Ἐν δὲ τοῖς ῥείθροις*] Legendum existimo, *ἐν δὲ τοῖς ἐρεθροις.* ***) De Hispania est sermo, in qua nullos Erythros reperio: nec quicquam huc pertinet Erythia insula paulo post. Putavi aliquando, posse et *Ἀρτάβροις* legi, cujus vocis in *ἐρυθροῖς* mutatio fuit proclivis. Sed Astures potissimum hoc nomine commendari video. CASAUB.

P. 591. l. 13. *ἢ ὀρύττεται φρέαρ*] Lego, *ἢ ὀρύττεται φρέαρ.* †) Imperiti et aliud agentes librarii ex *o* fecerunt

---

*) *Penzel.* affert Pausan. V, 12, 6. *τὸ δὲ ἄλλο ἤλεκτρον ἀναμεμιγμένον ἐστὶν ἀργύρῳ χρυσός*, ubi cf. *Fac.* T. II. p. 53. Tum pro *τὸν μὲν ἄργυρον* Par. 1. *τοῦ*, unde *Villeb.* mavult *τοῦ μὲν* (scil. *μίγμ.*) *τὸν ἄργ.* et *Cor.* in vers. Gall. pro *ἀποκαθαίρεσθαι* conj. *ἀποκαθαίρεσθαι.* FR.

**) *Cor.* in vers. gall. vocem *λυτώδης* barbaram vocat, in quo recte adstipulantem habet *Schneid.* Lex. Gr. s. v., et propter tautologiam praetulit *οὐ λιθώδης*; nunc vero dedit in ed. gr. *λιπώδης.* *Bethius* l. l. p. 51. conjecit *λινώδης.* Quae forma, vulgo ignorata, exemplo illustratur a *Passow.* de Lexic. Gr. p. 125. Plutarch. de prim. frig. T. IX. p. 738. ed. Reisk. jungit *εὐθιάχυτον καὶ ἀπαγὲς καὶ ἀσύστατον.* Tum *Beth.* ad vv. *ὅτε ἡ φλὸξ μαλακὴ οὖσα* apposite laudat p. 43. Hippocr. Opp. ed. Francf. Wech. sect. 4. p. 13. *χρυσίον ἐργάζονται, κάπτουσι, πλύνουσι, τήκουσι πυρὶ μαλακῷ, ἰσχυρῷ δὲ ξυνίστανται.* Porro l. 11. pro *ἐπαναλίσκει* Vet. Intp. *absumit*, Par. 1. Med. 1. 2. *ἀπαναλ.* quod recepit *Cor.* FR.

***) Sic etiam emendavit Jos. Scaliger. TZSCH.

In Par. 1. v. *Ἐρυθροῖς* punctis notatur, ut suspecta; Par. 2393. *ἐρύθροις*, unde *Cor.* in vers. gall. corrigi posse ait *ἑλύτροις* eodem sensu, sed nihil a *Cas.* nunc discedit. FR.

†) Esc. et Mosc. F. in marg. *ἢ ὀρύττεται φρέαρ.* Mosc. Tr. marg. *γρ. ὀρύττεται.* Vet. Intp. *vel puteus ipse mollificatur.*

θ, male. *) Plinius (xxxiii. c. 4.): *Apud nos tribus modis* (aurum invenitur), *fluminum ramentis, ut in Tago Hispaniae, Pado Italiae, Hebro Thraciae, Pactolo Asiae, Gange Indiae: nec ullum absolutius aurum est cursu ipso trituque perpolitum. Alio modo puteorum scrobibus effoditur.* Puteos autem in hunc usum solitos effodi, docet idem Plinius alibi etiam apertius. Sed et Strabo modo id dicebat. Quid si legamus ἢ θρύπτεται ἢ ὀρύττεται φρέαρ. Nam vox quidem θρύπτεται commode accipi poterit de auri grandioribus massis, quae inter ramenta quandoque reperiuntur, confirmaturque haec lectio sequentibus mox verbis, τὴν δὲ συρτὴν βῶλον τὴν ἀργυρῖτιν φησὶ κόπτεσθαι. Plinius (*ibid.*): *Quod effossum est, tunditur, lavatur.* Casaub.

P. 391. l. 16. βαρεῖα γάρ ἐστι καὶ ὀλέθριος] Plinius (xxxiii. c. 6.): *Odor ex argenti fodinis inimicus omnibus animalibus, sed maxime canibus.* Lucretius lib. vi. (v. 808.):

Denique, ubi argenti venas aurique sequuntur,
Terrai penitus scrutantes abdita ferro:
Qualeis exspirat scaptesula subter odores?
Quidve mali fit ut exhalent aurata metalla?
Quas hominum reddunt facies? qualeisque colores?
Nonne vides audisve perire in tempore parvo
Quam soleant? et quam vitai copia desit,
Quos opere in tali cohibet vis magna? **) Cas. ***)

Hanc lectionem recentiores edd. et intpp. ad unum omnes secuti sunt. Fr.

Ibid. l. 15. καμίνους ποιοῦσιν ὑψηλάς] „Talem fornacem a se juxta Arelatem inventam describit *Genssane hist. natur. de Langued.* T. II. p. 227. sqq." *Beth.* l. l. Fr.

*) V. de hac confusione *Koen.* ad Greg. Cor. p. 204. *Valcken.* ad Ammon. p. 120. *Pierson.* ad Moer. Att. p. 391. *Bast.* Comment. Palaeogr. p. 718. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 530. Fr.

**) Statius Sylv. IV, 7. *Dite viso Pallidus fossor redit erutoque Concolor auro.* Fr.

***) P. 392. l. 1. Τῶν δὲ χαλκουργῶν] *Cor.* emendavit χαλκουργείων vel χαλκωρυχείων: illud cum *Falc.* exhibuit in ed. gr. Sed jam Vet. Intp. *aerarias fodinas* habet. Fr.

Ibid. l. 4. Ποσειδώνιος δὲ ὁ — ἐπαινῶν] V. Posidon. fragm. p. 126. sq. ed. Bak. Mosc. Paris. omittunt ὁ, obtemperante *Cor.* Suaserat idem jam e Vet. Intp. *cum laudibus — extollat* Censor Bak. Jenens. p. 352. Quid discriminis intersit, constat. Tum statim *Cor.* e Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. ῥητορείας edidit pro — ίας. Fr.

P. 592. l. 4. *Ποσειδώνιος δὲ*] Videtur Posidonius accurate admodum de metallis Hispanorum tractasse: nam Diodorus quoque Siculus eorum rationem ex professo explicaturus, non aliunde, ut nos deprehendimus, quam e Posidonio, totam suam narrationem hausit: ipsaque adeo verba Posidonii usurpat, quum tamen eum auctorem nusquam laudet: quod longe a Strabonis candore et ingenuo animo alienum est: neque vero debuit Diodorus pudere profiteri, per quos profecisset. *) Locus Diodori est lib. quinto. Quod autem in Posidonii stylo notat Strabo, idem perpetuo apud scriptorem summum, Plinium dico, observabis. Nam ejus oratio plena est ejusmodi *ἐκτροπίας*, quae lectorem saepe magis afficiat, quam res ipsae, quae narrantur. Non longe abieris: in eo capite, quod de metallorum ratione conscripsit, quam multa sunt id genus? Porro facundiae et *ἐκτροπίας* Posidonii exempla pete e Seneca, qui ex ejus libris multa profert epist. XCI. Eam lege. CASAUB.

P. 592. l. 7. *οὐ γὰρ ἀπιστεῖν τῷ μύθῳ*] Nota fabula de incendio montium, unde auro fertilis reddita sit tota regio. Non est autem dubium, fabulae causam dedisse Pyrenaeorum appellationem. Graeci namque adeo simplices fuere, ut sibi persuaderent, *ἀπὸ τοῦ πυρὸς* vocatam *τὴν Πυρήνην*: quod nihilo prudentius ab iis dictum, quam a Lysimacho dicta esse Hierosolyma *παρὰ τὸ τὰ ἱερὰ συλᾶν*. Sed de his alias. **) Etsi autem, uti dixi, fabulae ansam dedit nomen *Πυρήνης*: tamen non defuere, qui de aliis montibus eadem narrarent, ut Posidonius ipse de Rhipaeis montibus, quos cum Alpibus confundebat. Vide Athenaeum lib. VI. [c. 4.] et Eustath. IV. Odyss. ***) CASAUB.

---

*) Idem judicant *Wesseling.* ad Diod. T. I. p. 359. et *Valcken.* ad Herodot. III, 105. T. V. p. 106. ed. Schweigh. FA.

**) *Cor.* in vers. gall. derivat nomen a Celtico *byren* h. e. mons. Ita plures statuunt, quos vide ap. *Beth.* l. l. p. 11. FA.

V. Wesseling. ad Diodor. Sicul. 5, 35. TZSCH.

***) P. 153, 43. Bas. 1485, 63. Rom. *ἐκεῖνος δὲ λέγει, ὡς τὰ πάλαι μὲν Ῥιπαῖα ὄρη τῆς Γαλατίας, ὕστερον δὲ Ὄλβια, νῦν δὲ Ἄλπια καὶ Ἄλπεις, φησὶ Ποσειδώνιος* (p. 122 ed. Bak.), *αὐτομάτως ὕλης ἐμπρησθείσης ἀργύρῳ διαφύῆναι.* De variorum in fabulis montium incendio v. *J. H. Voss.* Geogr. fabul. p. XXX. FA.

[P] P. 392. l. 8. *ἡ γῆ ταχεῖσα*] Lego *ταχεῖσα*, quod ab hisce inepte positis litteris prope admodum abest, et ad rem facit, et statim *διὰ τὸ πᾶν*, mutarem *τὸ* in *οὗτος*, et lego *σεσωρευμένον*. Adea autem Deus inferorum est, qui visui subtrahit, quae ad ipsum veniunt. Idem ab opibus et divitiis Pluto dicitur. *) eo allusum est, et reliqua huc pertinentia non libet persequi. XYLAND.

Assentior Xylandro legenti *ἡ γῆ ταχεῖσα*. **) CAS.

P. 392. l. 9. *εἰς τὴν ἐπιφάνειαν ἐξέζεσε*] Vox *ὕλην* suo loco mota, ut e veteribus libris apparet, totam sententiam perturbat. ***) Hic igitur eam inducito, deinde lege, *διὰ τὸ πᾶν ὄρος καὶ πάντα βουνὸν ὕλην εἶναι νομίσματος*, vel potius *διὰ δὴ τοῦτο*. CASAUB.

P. 392. l. 15. *ἀεννάου*] Lege, *ἀεννάους* et *ἀνηκλείπτους*, quod etiam in Planudae Excerptis reperi. †) CASAUB.

---

*) V. Schol. ad Aristoph. Plut. v. 727. COR.
Add. d'Orvill. ad Charit. p. 478. [p. 492. Lips.] TZSCH.

**) Eodem modo correxit Jos. Scaliger. TZSCH.
Vulg. defendit *Breq.* eo sensu: terram incensis nemoribus nova metalla evomuisse. Vet. Intp. *per nova quaedam germina*. Sed cum *Xyl.* faciunt edd. omnes recentiores. FR.

***) Nempe ante *Cas.* male collocabatur post *χρυσῖνος*. Tum verba *διὰ τὸ πᾶν — νομίσματος* desunt Bemb. Stroz. Ven. Illud correxerat etiam V. D. ad marg. Ald. ap. *Tzsch.* FR.

†) Ego quidem reperi in his excerptis *ἀεννάου* et *ἀνήκλειπτον*. SIEBENK.
Posterius ex errore aperto haud dubie *Cas.* mutatum in *ἀνεκλείπτους*. Vet. Intp. etiam *nequaquam deficiens*, sed idem tuetur *ἀεννάου*, pro quo *Cor.* olim et nunc dedit *ἀεννάους*. Dignus, qui afferatur, locus Lucian. Gall. c. 12. T. II. p. 719. ed. Amst. *τὸ μὲν χρυσίον καὶ τὸ ἀργύριον ἐξαντλεῖν σπάφαις τισὶ μεγάλαις, ἀένναόν τε καὶ πολὺ ἐπιῤῥέον*. *Bak.* *ἀνήκλειπτον* conjectura assecutus est. Ibid. *Cor.* pro *ταμεῖον* restituit *ταμιεῖον*, quod referunt Mosc. Tz. Ald. Hopp. Xyl. De forma probatiore cf. *Schaef.* ad *L. Bos.* Ellips. p. 461. sq. Mox l. 14. pro *ὑπόπλουτος Falc.* conjicit *ὑπέρπλουτος*. Sed h. l. subterranearum divitiarum mentio videtur necessaria, quam in rem *Bak.* apposite laudat Xenoph. de Vectig. Athen. IV, 2. *ὑπαργύρους λόφους*, ubi v. *Sturz.* Lex. Xen. T. IV. p. 363. Vet. Intp. *divitias sufficiens et suggerens*. FR.

P. 393. l. 1. *ἐν ὠραίῳ σχήματι*] Med. 1. e corr. Mosc. et Paris. *ουνω* i. e. *οὐρανίῳ*, quae mera est confusio. Nam utriusque vocis *ὠραῖον* et *οὐρανὸς* compendiosa admodum est in codd. scriptura. Cf. de illa *Montefalc.* Palaeogr. Gr. p. 76. 225. 347. 370. 373. *Hemsterh.* ad Aristoph. Plut. p. 35. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. XIII. p. 654.; de hac *Villois.* Anecd. T. II. p. 177. *Porson.* in Var. Lect. Harlej. ad Hom. Qd. *I.*

P. [illegible] l. 5. Τὴν δ' ἐπιμέλειαν φράζων τὴν τῶν μεταλλευτῶν] Silius Italicus (I. v. 231.):

— Astur avarus
Visceribus laterae telluris mergitur imis,
Et redit infelix effosso concolor auro. CASAUB.

P. 593. l. 5. ὅτι φησὶν ἐκεῖνος ἐπὶ τῶν Ἀττικῶν *) ἀργυρείων] Athenaeus **) eundem Posidonii locum ita refert. Τὸ μὲν ἔτι πολὺ τούτου βαθείαις καὶ κακοπάθοις μεταλλείαις [illegible], κατὰ τὸν Φαληρέα Δημήτριον, ἐλπιζούσης τῆς [illegible] ἀνάξειν ἐκ τῶν μυχῶν τῆς γῆς αὐτὸν τὸν [illegible] CASAUB.

P. [illegible] l. [illegible] καὶ τούτων οὖν] Scribe οὖν auctoribus libris [illegible] CASAUB.

P. 593. l. 8. σκολιὰς τεμνόντων καὶ βαθείας τὰς †) σύραγγας] Plinius (XXXIII. 4.): *Tertia ratio opera vicerit Gigantum: cuniculis per magna spatia actis, cavantes montes ad lucernarum lumina.* Diodorus Siculus de auri conficiendi ratione lib. quarto [V, 36.] et Strabonis et Plinii locum illustrabit: ὑπονόμους, inquit, διακοπτόντες οὐκ ἐπ' εὐθείας, ἀλλ' ὡς ἂν ἡ διάφυσις τῆς ἀποσκιλβούσης πέτρας ὑπάρχῃ, οὗτοι μὲν οὖν διὰ τὰς ἐν τοῖς διώρυξι καμπὰς καὶ σκολιότητας ἐν σκότει διατρίβοντες λύχνους ἐπὶ τῶν μετώπων πεπραγματευμένους περιφέρουσι. CASAUB.

P. 593. l. 9. καὶ πρὸς τοὺς ἐν αὐταῖς ἀπαντῶντας ποταμοὺς] Totus hic locus ita foede est corruptus, ut minime mirer, vidisse hic nihil interpretes. ††) Nos (σὺν

---

v. 145. *Schaef.* ad Dionys. Hal. de comp. p. 173. *Boisson.* ad Marin. Vit. Procl. p. 108. Sed Mosc. et Esc. in marg. γρ. ῥητορικῷ, quod correctori debetur. FR.

*) Mosc. Tz. Par. 3. ἀργυρίων, et mox l. 6. Esc. Mosc. Stroz. et e corr. Med. 1. προσδοκώντων pro προσδοκῶντας. FR.

**) Inde sua hausit Eustath. ad Od. p. 1486, 1. Rom. FR.

***) Jam Vet. Intp. *igitur.* Med. 2. e corr. τούτῳ νῦν. *Cas.* secuti sunt posteriores edd. cum codd. Mox l. 7. καὶ praefigunt ante παραπλ. Mosc. Paris. et e corr. Med. 2. FR.

†) Jos. Scalig. emendabat τὰς σήραγγας. TZSCH.

††) Vet. Intp. h. l. totum sic reddit: *Horum igitur studium et sedulitatem Aegyptiis aequalem esse declarat, obliquas et profundas concidentium fistulas, in quibus saepenumero in flumina incidunt. Hunc autem dolum non eundem esse et Atticis.* Omisit *Cor.* πρὸς, parum recte, ut videtur. Quodsi vero durior videatur alicui *Casauboni* interpretatio, possit πρὸς mutari in γάρ: nam πρὸς ita pingitur, ut nihil fere differat a compendio vocabulorum γὰρ et γράφεται (quod si-

θεῷ εἰπεῖν) etsi ope codicum destituti, facta tamen diligenti inquisitione harum rerum, omnia ita correximus, ut non dubitemus, etiam doctos viros, quibus haec curae, nostram diligentiam esse approbaturos. Ita igitur legendum: καὶ πρὸς, τοὺς ἐν αὐταῖς ἀπαντῶντας ποταμοὺς πολλάκις, ταῖς Αἰγυπτίαις ἀνατλοῦνται κοχλίαις. τὸν δὲ λόγον οὐ τὸν αὐτὸν εἶναι τούτοις καὶ ποτὲ τοῖς Ἀττικοῖς: hoc est, *Praeterea fluvios, qui saepe in istis cuniculis et fossis occursant, cochleis Aegyptiacis machinis exhauriunt: neque vero idem usu venire istis, quod quondam Atticis metall.* Nunc rationem omnium reddemus. Casaub.

P. 393. l. 9. καὶ πρὸς τοὺς] Ita esse distinguendum, ut docuimus, luce jam clarius est. Sed error ab iis est profectus, qui non animadvertebant, πρὸς adverbialiter pro προσέτι esse positum, quod tamen novum non est. Dio lib. quadrag. sext., καὶ πρὸς, συνέθεντο τῶν τε ἐχθρῶν σφῶν σφαγὰς ποιήσασθαι, et alibi saepe. [Quae loca suppeditat index Reimari. Fr.] Strabo lib. XVI. [T. VI. p. 359.] de Sidoniis, παραδέδονται καλλιτέχνοι, καθάπερ καὶ ὁ ποιητὴς δηλοῖ· πρὸς δὲ, καὶ φιλόσοφοι. *) Casaub.

P. 393. l. 10. τοὺς ἐν αὐταῖς ἀπαντῶντας ποταμοὺς] Occursant et silices, quos, ut inquit Plinius, aut igni et aceto rumpunt, aut, si longiores sint, latus sequuntur. Casaub.

P. 393. l. 11. ταῖς Αἰγυπτίαις ἀνατλοῦνται κοχλίαις] Torsit me hic locus diu multumque: tandem laetatus sum veram lectionem esse me nactum. Ita autem esse legendum, docuit me Diodorus Siculus [V, 37.], qui eadem ex eodem Posidonio referens, ita scribit, καὶ τὸ πάντων παραδοξότατον. ἀπορύττουσι γὰρ τὰς ῥύσεις τῶν ὑδάτων τοῖς Αἰγυπτιακοῖς λεγομένοις κοχλίαις, οὓς Ἀρχιμήδης ὁ Συρακούσιος εὗρεν, ὅτε παρέβαλεν εἰς Αἴγυπτον. De co-

millimum esse constat: v. quos laudavi de Med. Syll. Pent. p. 297. et *Schweigh.* ad Polyb. T. V. p. 510.); quam rem docuit *Bast.* Comment. Palaeogr. p. 803. Ita servatur etiam ἀνατλοῦνται, quod olim *Jos. Scaliger* ap. *Tzschuck.* et nunc *Cor.* mutavit in ἀνατλούντων. Mosc. Tz. Par. 1. ἀνατλοῦντα, Par. 3. ἀνατλοῦντας; Vat. A. B. Med. 1. ἀνατλοῦνται et hic e corr. ἀντλοῦνται, Med. 2. ἀνατλοῦντα et e corr. ἀναπλοῦντα. Fr.

*) Vid. ad Diodor. Sic. 15, 81. ad Herodot. 1, 156. 2, 142. Tzsch. Adde quos supra laudavi T. VII. p. 491. Fr.

machina ad tollendam aquam habes apud Vitruvium [X, 11.]: quis autem ejus esset in Aegypto tantus usus, ut *αἰγυπτιακὴ* appellari debeat, pluribus exponemus lib. XVII. [T. VI. p. 561. et 612.], ubi de Nilo. Plutarchus quodam loco [Vit. Num. 14.] *τροχοὺς Αἰγυπτίους* similiter vocat. Alia fuit trochlea Graecanica, cujus Cato meminit cap. 3. Mirum autem, libros omnes manu scriptos constanter retinere ineptam illam vocem *σκολιαῖς*. *) CASAUB.

[P] P. 395. l. 11. *τὸν δὲ λόγον*] Secuti sumus lectionem eam, quam ex unico exemplari annotatam reperimus: primum quidem a Ludov. Budaeo; deinde in codice soceri Henrici Stephani. **) CASAUB.

P. 395. l. 15. ***) *αἰνίγματι*] Videtur hoc velle dicere, Athenienses, quidquid ex metallis fructus tulissent, impendisse: et tantum id argenti habuisse, quod adhuc in terra lateret. itaque usu venisse eis id, quod piscatores Ietae Homero per aenigma proposuerunt; notum id est ex vita Homeri. Sed illa verba *Αἰγυπτίαις ἀναντλοῦντας δόλον*, majorem in modum sunt corrupta, videnturque nonnulla etiam desiderari. †) Cogitavi aliquando,

---

*) Vat. A. B. *σκολιοῖς*, quod et in Mosc. Tz. supr. legitur. Ante *Cas.* in *σκολίαις* incidit *Jos. Scalig.* ap. *Tzschuck.*, quod probat et *Beth.* l. l. p. 35. Neque aliter *Cor.*, qui et *τοῖς Αἰγυπτίοις* scripsit, quod et ipsum vidit *Scalig.* et Cens. Bak. Jenens. p. 352. Firmant hoc genus Par. 1. 3. Med. 1. 2. Eton. Mosc. Ven. A. Vat. A. B. FR.

**) *Jos. Scalig.* ap. *Tzschuck.* conjecit *τὸ δὲ ὅλον οὐ τὸ αὐτὸ τοῦτο ποτέ* (sic). Prius illud e corr. habent Mosc. et Med. 1.; namque in Mosc. legitur *τὸν δ' ὅλον*, sed ita, ut puncta et spiritus a m. rec. addita esse appareat. Tum idem cum Vat. A. B. Par. 1393. *οὐ ταὐτὸν*, Par. 1. *οὐ ταυτὸν*, Eton. *οὐ τοῦτον*. *Cas.* conj. recepit *Breq.*, a quo reliqui edd. cum *Tyrwh.* mutuati sunt. *Toup.* ap. *Fale.* corrigit *τὸν δὲ πόνον* itemque apud Hesych. s. v. *σφαδάζει — πόνου* pro *δόλου*. *Falcon.* ipse conj. *τρόπον*. Sed praestat *λόγον*, in cujus locum *δόλος* pariter invasit ap. *Porson.* ad Eurip. Hecub. v. 1136. Vet. Intp. *Hunc autem dolum non eundem esse et Atticis.* *Cor.* olim proposuerat *τὸν δ' ὅλβον οὐ τὸν αὐτὸν εἶναι τούτοις τε καὶ τοῖς Ἀττικοῖς*, jam vero dedit prorsus *Cas.* conjecturam. Tyrwhitt. pro *τοῦτον* suaserat *τοῦτων*, et *καὶ* post *ποτὲ* agnoscunt Vet. Intp. Mosc. Tz. Med. 1. 2. Par. 1393. FR.

***) Jos. Scaliger adscripsit *αἰνίγμασιν*. TZSCH.

†) Nempe ante *Casaub.* legebatur *πολλὰκις. Ταῖς Αἰγυπτίαις ἀναντλοῦντας σκολιαῖς τὸν δόλον κτλ.* quam distinctionem in codd. abesse, suspicor ex diserto de Mosc. Tz. testimonio. FR.

eum aliquid dixisse de ratione aquae e metallicis meatibus exhauriendae aut avertendae. Verum quid si ad fabulam Belidum seu Aegypti filiarum allusit, quae aquam apud inferos important in inane (ut cum Flacco loquar) lymphae dolium, fundo pereuntis imo? Quid enim aliud faciunt, qui aurum aut argentum ita e terra effodiunt, ut impendant id ipsum in operas? Sed sine codice bono hujusmodi menda non corriguntur. Sed et quae sequuntur *ἰδιωτῶν*, non carent vitio. XYLAND.

P. 595. l. 14. *ὅσα μὲν γὰρ ἀνέλαβον, φησὶν, οὐκ ἔλαβον, ὅσα δὲ εἶχον, ἀπέβαλον*] Omnino dictum hoc est ad imitationem illius [Vit. Homer. c. 35.] Homero, si credere fas est, perniciosi aenigmatis: *ὅσσ' ἕλομεν, λιπόμεσθ'· ὅσσ' οὐχ ἕλομεν, φερόμεσθα*. Sed ut hoc aenigma interpretemur, quando non est id ab interpretibus factum, notandum est, vel legendum esse *ἀπέλαβον* pro *ἀνέλαβον*, vel ita certe istud *ἀνέλαβον* esse accipiendum: neque enim novum est, ut *ἀνὰ* in compositione pro *ἀπὸ* accipiatur. Jam vero *λαμβάνειν* et *ἀπολαμβάνειν*, hoc est, capere et recipere, hoc differunt, quod dare et reddere, de quibus vide lege 1. §. 33. Digest. Depositi. et orationem de Haloneso, ubi insignis est de verbis *λαμβάνειν* et *ἀπολαμβάνειν* disputatio. Dicebat ergo Posidonius, Athenienses, qui ingentes sumptus fecissent in quaerendo auro atque argento, nec multum tamen invenissent, adeo, ut pares essent rationes accepti et expensi, dicebat, inquam, id ipsum, quod invenissent, Athenienses non posse dici *λαβεῖν*, hoc est *cepisse*, sed *ἀναλαβεῖν*, hoc est *recepisse*. Nam qui rem suam a se prius datam, aut alio modo alienatam recuperat, is non capere, sed recipere dicitur: nec *λαμβάνειν* eum dicimus, sed verius *ἀπολαμβάνειν*. Vide *τὴν περὶ Ἁλονήσου*. Haec, nisi vehementer fallor, vera est istius aenigmatis interpretatio: Diodorus [V, 37.] tamen Posidonii locum sic expressit, *μεγάλην δ' ἔχει παραλλαγὴν τὰ μέταλλα ταῦτα συγκρινόμενα τοῖς κατὰ τὴν Ἀττικήν· ἐκεῖνα μὲν γὰρ οἱ μεταλλεύοντες, καὶ πρὸς ταῖς ἐργασίαις μεγάλας προϊέμενοι δαπάνας, ἃ μὲν ἤλπισαν ἐνίοτε λαβεῖν, οὐκ ἔλαβον, ἃ δὲ εἶχον, ἀπέβαλον*. Ego vero, quid in his sit aenigmaticum, non intelligo: nec dubito, Diodorum hoc aenigma male narrando suum fecisse. *) Athenaeus [VI, 4. p. 233.] ejusdem Po-

*) Aliter judicat *Wesseling.* ad Diod. l. l. FR.

sidonii verba ita refert, χαριεντιζόμενος γοῦν φησὶν, ὅτι πολλάκις [illegible] τὰ φανερὰ τῶν ἀδήλων ἕνεκα, ἃ μὲν ἔμελλον, οὐκ ἔλαβον, ἃ δ' εἶχον, ἀπέβαλον, ὥςπερ αἰνίγματος [illegible] ἀτυχοῦντες. Suspicari aliquis possit, aut Athenaeum codicem, aut Strabonis esse corruptum, et alterum ab altero emendandum, quum praesertim uterque ex professo Posidonii dictum referat, sitque in una tantum voce diversitas lectionis. *) Casaub.

P. 393. l. 16. τοῖς μὲν γὰρ χαλκουργοῖς] Diodorus, Οἱ [illegible] τὰ χαλκουργεῖα, τὸ τέταρτον μέρος χαλκοῦ καθορεῖ ἐκ τῆς ὀρυττομένης γῆς λαμβάνουσι. Casaub.

P. 393. l. 17. τῶν δὲ ἀργυρευόντων τῶν ἰδιωτῶν] Nihil fuit causae, cur de hac lectione quereretur interpres, nec debuit vocem ἰδιωτῶν habere suspectam. Diodorus: τῶν δὲ ἀργυρευτῶν τινες ἰδιωτῶν ἐν τρισὶν ἡμέραις εὐβοϊκὸν ἐξαίρουσι τάλαντον. in Diodoro [V, 36.] malim ἀργυρευόντων: in Strabone vetus lectio est ἐξαιρόντων aut ἐξαιρούντων, non ἐξαίρουσι, quod rectius est. **) Casaub.

P. 394. l. 1. τὸν δὲ καττίτερον] Stannum interpretes: Plinius (xxxiii. c. 16.) tamen duo plumbi genera faciens, nigrum atque candidum, pretiosissimum ait candidum a Graecis appellatum cassiteron. Sic lib. iv. (c. 22.) Cattiteridas insulas a plumbi fertilitate nomen habere scribit. ***) Casaub.

P. 394. l. 2. οὐκ ἐπ' ἐπιπολῆς εὑρίσκεσθαί φησιν, ὡς τοὺς ἱστορικοὺς †) θρυλλεῖν] Diodorus [V, 38.]: Γίνεται δὲ

---

*) Par. 1393. Med. 1. ἂν ἔλαβον idemque e corr. Med. 2. Tyrwhitt. conjecit ὅσα μὲν γὰρ ἔλαβον, ἀνέλαβον, φ. οὐκ ἔλαβον. Utraque correctione opus esse negat *Cor.*, ἀνέλαβον explicans per *sustulerunt* sc. e fodinis. Deinde l. 15. pro λυσιτελῆ *Scaliger* voluit λυσιτελεῖ, nullo successu. Tum γὰρ post τοῖς μὲν deest Par. 3. Mosc. Tz. Vet. Intp. vero *quoniam aes facientes educunt*, quasi cum Diodoro legisset οἱ μὲν γὰρ χαλκουργοὶ — ἐξάγουσι. Fr.

**) Ven. A. ignorat τῶν ante ἰδιωτ. et *Cor.* ejus loco e Diod. scripsit τινὲς, revocato, quod Ald. Hopp. Xyl. Par. 1. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. agnoscunt, ἐξαίρουσι. Vet. Intp. *At privatim argentum effodientes — eximunt.* Ven. A. ἐξαιρούντων. *Scaliger* vult τῶν ἰδιωτικῶν sc. ἀργυρείων. Fr.

***) De cassitero conlecta dabit Beckmann. in Gesch. d. Erfind. T. IV. p. 327. sqq. Tzsch.
Adde *Beth.* l. l. p. 17. sq. et *Heeren.* Ideen etc. T. II. P. I. p. 177. sq. Fr.

†) Mosc. θρυλεῖν, V. quae dixi de Med. Syll. Pent. p. 329.

καὶ κασσίτερος ἐν πολλοῖς τόποις τῆς Ἰβηρίας, οὐκ ἐξ ἐπιπολῆς εὑρισκόμενος (ὡς ἐν ταῖς ἱστορίαις τινὲς τεθρυλλήκασιν), ἀλλ' ὀρυττόμενος. En furtum Diodori manifestum: furtum appello, quia, ut dixi, in tota hac narratione nusquam Posidonium auctorem laudavit. Quod autem ait Posidonius, a plerisque falso περὶ κασσιτέρου fuisse affirmatum, id Plinius quoque, qui post Posidonium et Strabonem scripsit, ita affirmare videtur, ut, qui aliter sentiant, falli eos judicet. Ita enim scribit lib. XXXIV. cap. 16. *Sequitur natura plumbi: cujus duo genera, nigrum atque candidum. Pretiosissimum candidum, a Graecis appellatum κασσιτέρον, fabuloseque narratum in insulas Atlantici maris peti vitilibusque navigiis circumsutis corio advehi. Nunc certum est in Lusitania gigni et Gallecia summa tellure harenosa, et coloris nigri.* summa tellure, hoc est, ἐξ ἐπιπολῆς. *) Cas.

P. 394. l. 4. γεννᾶσθαι δ' ἔν τε τοῖς ὑπὲρ τοὺς Λυσιτανοὺς βαρβάρους] Diodorus: ὑπεράνω γὰρ τῆς τῶν Λυσιτανῶν χώρας ἐστὶ μέταλλα πολλὰ τοῦ κασσιτέρου. **) Casaub.

P. 394. l. 5. καὶ ἐν ταῖς Καττιτερίσι νήσοις] Diodorus Siculus non videtur apud Posidonium legisse τὸ καί. Addit enim: κατὰ τὰς προκειμένας τῆς Ἰβηρίας ἐν τῷ Ὠκεανῷ νησῖδας, τὰς ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Κασσιτερίδας ὠνομασμένας. Sed lectionem Strabonis sequentia confirmant. Cas.

[P] P. 394. l. 5. καὶ ἐκ τῶν Βρετανικῶν δ' εἰς τὴν Μασσαλίαν κομίζεσθαι] Diodorus sic: πολὺς δὲ καὶ ἐκ τῆς Βρεττανικῆς νήσου διακομίζεται πρὸς τὴν καταντικρὺ κειμένην Γα-

---

Tzsch. ad Strab. T. III. p. 624. T. IV. p. 483. T. V. p. 410. 591. Fr.

*) Legebatur ἐπὶ πολλῆς. Sed cum fossioni opponatur, quod liquido constat, non dubitavi corrigere ἐπ' ἐπιπολῆς. Xyl. Med. 1. ἐπὶ πολλῆς, sed corr. Med. 2. ἐπιπολλῆς. Mosc. nude ἐπιπολῆς, ut *Cor.* scripsit. Easdem h. v. depravationes sustulit *Bast.* ad *Greg. Cor.* p. 241. *Jacobs.* in Append. ad *Pors.* Advers. p. 295. et *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 245. T. V. p. 198. Nihil enim opus est praefigere ἐξ; v. *Hemsterh.* ad Aristoph. Plut. p. 478. Fr.

V. de hac v. Schwebel. ad Onosandr. p. m. 18. Eustath. ad Dionys. Per. v. 563. οὐκ ἐπιπολῆς δέ, φασὶν, αὐτόθι ὁ κασσίτερος, ἀλλ' ὀρυττόμενος, εὑρίσκεται. Tzsch.

**) Ald. Hopp. Xyl. Par. 3. et e corr. Med. 1. 2. βαρβάρους. Rectius jam Vet. Intp. *Gossell.* in Géogr. des Grecs anal. p. 56. male nimis urget ὑπὲρ, taxatus ideo a *Fortia d'Urban* tabl. hist. et géogr. du monde T. I. p. 217. not. 4. Deinde l. 5. Mosc. Paris. *Περτ.* Fr.

[illegible] καὶ ἀπὸ τῆς μεσογείου Κελτικῆς ἐφ' ἵππων ὑπὸ τῶν [illegible] ἀγόμενα, παρά τε τοὺς Μασσαλιώτας καὶ εἰς τὴν ὀνομαζομένην τολὶν Narβῶνα. CASAUB.

P. 394. l. 8. ἐξανθεῖν φασὶν ἀργυρείῳ τὴν γῆν καττιτέρῳ? Confer cum Plinio [54, 47.]. *) CASAUB.

P. 394. l. 9. Vox χρυσίῳ mihi non probatur, et quid sit ἐπὶ τὴν πίστιν, non video, neque quid ἰσθητήριον: quod cortem tamen potius puto innuere, quam pannum. itaque coactus sum divinare. quid si fuit ἐπὶ τὴν πίστιν, *bis es die prob helt?* Sicut nardus πιστικὴ quibusdam creditur dicta. XYLAND.

Locum hunc habeo de mendo suspectum. Nam de plumbo, quod aurum colore referat (id enim, opinor, est χρυσεῖον) nihil legisse memini: licet Plinius (XXXIV. c. 16.) *in aurariis metallis plumbum* reperiri auctor sit; sed an ideo χρυσεῖον possit appellari, non facile dixerim: et vox λευκῷ, quae sine συνδεσμῷ sequitur, non videtur convenire. An ita locus debet corrigi? ἐξανθεῖν φασιν ἀργυρείῳ τὴν γῆν καττιτέρῳ, καὶ χρυσίῳ λευκῷ· ἀργυρομιγὴς γάρ ἐστι. ut τὸ ἀργυρομιγὴς referatur ad χρυσίον, figura dicendi usitatissima Grammaticis πρὸς τὸ σημαινόμενον dicta, quasi esset χρυσὸς, non χρυσίον. **) Sic paullo post, Γάδειρα quum nominasset, addit καὶ τὰς πρὸς αὐτὴν, quasi dixisset τὴν Γάδειρα νῆσον. CASAUB.

P. 394. l. 10. τὴν δὲ σκαλίσι τὰς γυναῖκας διαμώσας ***)] διαμᾶν τὴν γῆν est terram τῇ ἄμῃ fodere et accumulare. †)

---

*) Mosc. Tz. Gron. φασὶ τὴν γῆν ἀργυρίῳ; Med. 1. 2. φ. τ. γ. ἀργυρίων, sed hic e corr. — *sic*. Illos cum Reg. secutus est in ed. *Brsq.* Vet. Intp. *terram argento stagno* (leg. *stanno*) *auro albicanti egerminare fama est.* Idcirco *Cor.* dedit ἐξανθεῖν φησιν ἀργύρῳ τὴν γῆν, καττιτέρῳ, χρυσῷ λευκῷ, ut olim in vers. gall. jam ex parte statuebat, ubi *aurum album* supra a Str. *electrum* appellari putabat. FR.

**) V. *Dorvill.* ad Charit. p. 553. Lips. FR.

***) Athen. VI. p. 233. καὶ ταῦτα (ψήγματα χρυσοῦ) γυναῖκες καὶ ἄνδρες ἀσθενεῖς τὰ σώματα σὺν ταῖς ἄμμοις ὑποφήχοντες (ita bene *Cas.* pro ὑποψιχοντες, quanquam vox proba deest Lexicis) διϊστᾶσι, καὶ πλύνοντες ἄγουσιν ἐπὶ τὴν χώνην. H. l. *Bakio* ad Posidonium p. 130., e quo haec sumsit Athenaeus, pro διϊστᾶσι melius videtur διαμῶσιν. Elegantius fortasse, sed ideo non verius. Hesych. διαμώμενοι· διϊστάντες. Idem Schol. Thucyd. l. l. per διαστέλλοντες explicat. FR.

†) V. *Duker.* ad Thucyd. IV, 26. *Schweigh.* ad Polyb. III, 55, 6. T. V. p. 610. *H. Steph.* Thes. Gr. L. T. I. p. 384. *Hemsterh.* ad Hesych. T. I. p. 955. Alb., qui nec hujus loci im-

Strabo autem instrumentum, quod id fit, *σκαλίδα* *) vocat, non *ἄμην* **) aut *σκάφην*, ut grammatici vocem *διαμᾶσθαι* explicantes, qua utuntur Attici potius, quam activa *διαμᾶν*. CASAUB.

P. 394. l. 11. *πλύνειν ἐν ἐσθητηρίοις*] Lego, *ἠθιστηρίοις*. Manifesta est analogia. Nam ut a *φρονιτίζω* dicimus *φρονιστήριον*, sic ab *ἠθίζω*, quod est colare, erit *ἠθιστήριον*, quod instrumentum significat, per quod mittitur ista aggesta terra. Potest et *ἠθητήριον* legi ab *ἠθέω*, quod potius dicitur hoc sensu, quam *ἠθίζω*, atque hoc probo. ***) Plinius (XXXIV. c. 16.): *Lavant eas harenas metallici, et quod subsidit, coquunt in fornacibus.* CASAUB.

P. 394. l. 11. *ἐπὶ κίστῃ*] Utinam nullus in Strabone locus esset mihi aut ad intelligendum obscurior, aut ad corrigendum difficilior, quam iste est: de quo tamen uterque interpres desperavit. Lego *ἐπὶ κίστῃ*, consentientibus etiam libris antiquis, in quibus erat *ἐπὶ κίστει*. †)

---

memor est. Plutarch. Is. et Osir. T. VII. p. 490. ed. Reisk. *γλίσχρως καὶ ἀπόρως διαμώμενοι ταῖς χερσὶ τὴν γῆν*. Inde est, quod Eustath. ad Hom. p. 1627, 51. *ἐντεῦθεν καὶ ὁ τῶν σπορίμων ἄμητος, συναγωγή τις διὰ χειρῶν καὶ αὐτὸς ὤν*. V. *Spohn.* ad Niceph. Blemm. p. 40. FR.

*) Gloss. Gr. L. *H. Steph.* ed. Lond. p. 154. *Σκαλὶς, Sarculum.* Schol. Theocr. X, 14. *σκαλεύω δὲ τὸ χωράφιον, ὅτε σκαλίσι καθαίρω αὐτό. σκαλὶς δὲ ἐργαλεῖον γεωργικόν, τὸ κοινῶς λεγόμενον σκαλιστήριον*. Hesych. *Σκαλίς· σκαφίον*. cf. Polluc. Onom. I, 245. T. I. p. 244. X, 129. T. II. p. 1309. ed. Hemsterh. FR.

**) V. Etym. M. p. 268, 53. Sylb. (p. 243. Schaef.) Schol. Villois. ad Hom. Il. *Γ*. 359. Orion MS. ap. *Bast.* ad Gregor. p. 576. *Jacobs.* ad Anth. Palat. T. III. p. 200. Schol. ad Thucyd. l. l. FR.

***) Par. 3. *αἰσθητ.* Ven. A. Mosc. et e corr. Med. 2. *ἰοθητ.* Vet. Intp. *panno implicito.* Quod dedit *Siebenk. ἰοθητηρίοις*, vox graeca non est, ut animadvertit jam *Cor.*, qui *ἠθητηρίοις* cum *Cas.* scripsit, quo nihil verius. Descendit ab *ἠθέω, ἠθμός*, de quo cf. *Brunck.* ap. *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. IX. p. 155. *Küster.* ad Aristoph. Ran. v. 974. Proxime hoc accedit ad vulg. *ἰοθητ.*, nec quidquam frequentius confusione *ιο* et *η*: vid. quae dixi de Med. Syll. Pent. p. 353. *Schaef.* ap. *Jacobs.* ad Anth. Palat. T. III. p. 525. *Bast.* ad Greg. Cor. p. 429. FR.

†) Par. 1, 3. *ἐπιπιστὴν*; Med. 1. *ἐπὶ πίστην*; Med. 2. *ἐπὶ πίστην* et e corr. *ἐπὶ πίστην*; Esc. *ἐπιπαστὴν*; Mosc. Tz. olim *ἐπὶ πιστὴν*, nunc *ἐπιπάστην*; Ald. et marg. Hopp. *ἐπὶ τὴν πι-*

Κίστη est *πλεκτὴ κιβωτός*: vel est igitur dictum *ἐκ παραλλήλου, ἐν ἠθιστηρίοις ἐπὶ κίστῃ*, vel significat, instrumenta illa, quibus terra haec colari solebat, *κίσταις* fuisse imposita, quae id exciperent, quod deflueret. *) Plinius calathos appellat, quum dicit, *Et ideo, in quibus aurum colligitur, remanent cum eo*: quanquam locus Plinii ex eo potius intelligendus est, quod super hoc scribit Diodorus [III, 14.]: *ἐπὶ γὰρ πλατείας σανίδος μικρὸν ἐγκεκλιμένης τρίβουσι τὴν κατειργασμένην μάρμαρον, ὕδωρ ἐπιχέοντες, εἶτα τὸ μὲν γεῶδες αὐτῆς ἐκτηκόμενον διὰ τῶν ὑγρῶν καταρρεῖ, κατὰ τὴν τῆς σανίδος ἔγκλισιν, τὸ δὲ χρυσίον ἔχον ἐπὶ τοῦ ξύλου παραμένει διὰ τὸ βάρος*. Quod autem affert vir doctus de nardo *πιστικῇ*, id vero nihil ad rem. Cas.

P. 394. l. 16. *τέτταρας μυριάδας ἀνθρώπων*] Hi sunt, quos in metallum damnatos Jurisconsulti appellant: estque regum Aegyptiorum inventum, mortis damnatis vitam in istos usus concedere, ut narrat Diodorus lib. pr. et tert. In libris scriptis nonnullis est **) *μοίρας* pro *μυριάδας*. Item *ὀκτὼ σταδίους*, non *εἴκοσι*. Casaub.

P. 395. l. 6. *κοσκίνοις εἰς ὕδωρ* ***) *διαρτᾶσθαι*] Dio-

στὴν; Vet. Intp. retinuit graeca *ἐπὶ πιστήν*. *Breq.* et *Cor.* (hic etiam *ἐπὶ πίσσῃ* s. *ὑποπίσσοις* conj. ex Herodot. II, 87.) dederunt cum *Cas.* *ἐπὶ κίστῃ*. *Falc.* verum esse putat *ἐπιπάστην*. Fr.

P. 394. l. 13. *Πολύβιος*] Ed. *Schweigh.* L. XXXIV, 9. fragm. T. IV. p. 642. Pro *ἀργυρείων* Esc. Mosc. Tz. — *ίων*. Fr.

*) De h. l. Toup. in opusc. crit. P. 1. p. 173. „Virum incomparabilem sensus loci fefellit. *πλεκτοῖς ἐπὶ τὴν κίστην* est *textis in modum cistae*. *κίστη* est *vas textile*. Hesych. *Κίστη· ἀγγεῖον πλεκτόν*. Idem: *Ὀγκίον· πλέγμα κιστοειδές*. Haec mens et manus Geographi." Jos. Scalig. *ἠθητηρίοις π. ἐπιπαστήν*. Tzsch.

**) Par. 1. Mosc. Esc. Paris. *μοίρας*. Similiter *μυριάδες* et *μερίδες* confunduntur T. II. p. 367. Vet. Intp. *centurias*. Tum dubium est, Paris. *εἴκοσι* habeat, an *ὀκτώ*, propter summam literarum *η* et *κ* similitudinem: v. *Schweigh.* ad Polyb. T. VI. p. 143. T. VII. p. 380. *Jacobs.* ad Anth. Palat. T. III. p. 460. *Bast.* Comm. Palaeogr. p. 716. 917. Intpp. ad Lucian. de conscr. hist. c. 15. T. II. p. 28. Reitz. Fr.

***) *Cor.*, quod olim suspicatus erat, edidit nunc *διαττᾶσθαι* ex Hesych. *Διαττᾷν· σήθειν*. et *Δίαττος· κόσκινον*; idemque voluisse putat Vet. Intp. *suspensam agitant*. Idem apud alios grammaticos legitur, inter quos corrigendus Phavor. *διαττᾷν· σύθειν*, et Etym. M. s. v. *σήθω* et *τηλία* bis *διαττῶ* pro *διάττω*. V. praeterea *Ruhnken.* ad Tim. Soph. s. vv. *διαττᾷν* et *διηθεῖν*. Corruptum *Διηθόμενον*, *Divisum*, in Gloss. Gr.

dorus, cujus paullo ante verba referebamus, non κοσκίνοις uti solitos in hanc rem metallarios, ait, sed πλατείαις σανίσι. Conferendus locus, et quae ibi sequuntur. CASAUB.

[P] P. 395. l. 12. εἰς ἰδιωτικὰς μετέστησαν κτήσεις] Lego, κτήσεις. *) CASAUB.

P. 395. l. 13. καὶ Κασταῶνι] Κλάστων supra legebatur. **) Scribe Κασταλῶνι. ***) CASAUB.

Lat. H. Steph. p. 58. ed. Lond. quomodo sanandum sit, pro certo dicere non ausim. Plura succurrunt: διηθούμενον, διηρημένον, διϊστάμενον. Junctim commemorat διηθεῖν et διαττᾷν Pollux VI, 91. T. I. p. 620. In Phavor. s. v. et s. διήθησις bis scrib. δϊύλισις pro δϊύλησις a δϊυλίζω. — Tum l. 9. pro μολύβδου Gron. et Med. 1. e corr. aliquoties μολίβδου. Nota variatio. V. *Jacobs.* ad Anthol. Palat. T. III. p. 137. *Sturz.* Lex. Xenoph. T. III. p. 169. *Fischer.* ad *Weller.* T. I. p. 167. sq. Immerito *Schneider.* in Lex. Gr. ap. Hesych. μολυβὶς in μολυβδὶς mutandum censet. Haud aliter Phavorin. apud quem vero pro μολὶς leg. μολβὶς ex Hesych. Ex iisdem adde Lexicis μολυβοειδὴς s. v. μολυβρόν. Nam sic, opinor, scribere voluit *Passow.* de Lexic. Gr. p. 126. — Deinde l. 9. pro τὸ ἀργύριον Par. 3. Med. 1. Esc. Eton. τὸν ἄργυρον, quod edidit *Cor.* Mox pro ἀργυρεῖα Par. 3. Med. 1. Mosc. ἀργύρια. FR.

*) Med. 1. ἐκτίσεις et e corr. αἱ κτήσεις. In marg. Esc. et Mosc. γρ. κτήσεις. Vet. Intp. *possessiones. Cor.* dedit ἐγκτήσεις. Sed unice probandum mihi videtur κτήσεις, quod *Falc.* inter *Theod. Bezae* notas reperisse se affirmat. Nempe vocabulis a κτ incipientibus nonnunquam scribae praefigunt negligenter ε, quam literam pusillo ductu exarari testatur oculatissimus *Bast.* in Append. ad Epist. Crit. p. 21., ubi κτείνειν et ἐκτείνειν, εὐκτικὸν et εὐεκτικὸν inter se commutatorum exempla profert. Quo facto verborum κτῆσις et κτίσις confusionem noli mirari: cf. *Tzschuck.* ad Strab. T. II. p. 152. 203. 356. T. V. p. 7. *Orell.* ad Memn. Excerpt. p. 234. — Tum l. 13. pro ἔνθεν δὲ Mosc. Tz. ἐνθένδε. *Cor.* olim malebat Ἔνθα δὲ s. Ἐνθάδε δὲ καὶ ἐν Κ., nunc dedit Ἐν δὲ Κ. FR.

Fodinae erant ejus, in cujus fundo erant. Locabantur imposito vectigali (Ammian. 31, 6.), quod *canon metallicus* dicitur in cod. Theodos. 1. de aurileg. TZSCH.

**) Vide Schweigh. ad Polyb. T. 6. p. 674. Jos. Scaliger corr. Καστλῶνι. TZSCH.

***) Ald. Hopp. Κατασταῶνι, Par. 3. Καστᾶνι, Med. 2. κατὰ σταῶνι et e corr. Καστάων, Mosc. Tz. κατάνι, Paris. κατᾶνί; [illegible]. V. supra T. VII. p. 603. FR.

Apud Strab. nomen hujus urbis aliquoties depravatum est Καστάων pro Καστάλων. *P. Merula* Cosmogr. P. II. L. II. c. 10. ALMEL. *in Addend.*

P. 396. l. 1. *Οὐ πολὺ δ' ἄπωθεν τοῦ* *) *Κασταῶνος*] Scribendum *Κασταλῶνος*. Id ita esse, locus Polybii, quem ascribam, evincit. Ita ille lib. dec. [c. 38, 7.] *ὁ δὲ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς ἐτύγχανε μὲν διατρίβων ἐν τοῖς περὶ Κασταλῶνα τόποις, περὶ Βάβυλα πόλιν, οὐ μακρὰν τῶν ἀργυρείων μετάλλων.* Vides, argenti fodinas dici esse prope Castalonem, quod hic ait Strabo. Quare dubium non est, hunc esse *Κασταλῶνα*, itaque semper corrigendum. Casaub.

Confirmat Casauboni lectionem meliorem Bochartus *τοῦ Κασταλῶνος*, quamvis argenteum vocari scribat Strabo d. l. *διὰ τὰ ἀργυρεῖα τὰ ἐν αὐτῷ.* Avienus tamen [v. 291.] nominari censet, quia latera montis stanno obducta sunt, quod argenti speciem habet, inquiens:

At mons paludem incumbit Argentarius,
Sic a vetustis dictus a specie sui,
Stanno iste namque latera plurimo nitet.

Cui sententiae favent haec de Tartesso amne apud Stephanum: *ὅστις ποταμὸς καὶ κασσίτερον ἐν Ταρτησσῷ καταφέρει.* Bochart. **) in Canaan. lib. 1. c. 34. p. 601 et 602. Almel.

P. 396. l. 8. *τὸν Βαῖτιν, Τάρτησσον*] De Baeti igitur accipiendus Stephani locus in *Τάρτησσος*. *Τάρτησσος* ***), inquit, *πόλις Ἰβηρίας ἀπὸ ποταμοῦ τοῦ ἀπὸ Ἀργυροῦ ὄρους ῥέοντος, ὅστις ποταμὸς καὶ κασσίτερον ἐν Ταρτησσῷ κατα-*

Mox l. 15. *ἀργυρίου*] Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. Ald. Hopp. Xyl. *ἀργύρου*, quod revocavit *Cor.* Error manavit ex *Cas.* *ἀργύριον* in reliqq edd. Fr.

*) Med. 1. *Κασταίωνος*, Med. 2. e corr. *κατὰ σταῶνος*, Mosc. Tz. *Καστάωνος*. Tum l. 2. pro *ὃ* Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Ald. Hopp. *ὃν*, quod correxit *Xyl.* Fr.

**) Idem ibidem observat, *Ἀργυροῦν* vocari et *Ὀρόσπεδα* saepius a Strabone, quod nihil aliud significet, quam hoc ipsum *ὄρος πέδα* Arab. i. e. *ὄρος ἀργύρου*, maleque ap. Ptolemaeum dici *Ὀρτόσπεδα*. Contra *Montesq.* Espr. des loix l. 21. c. 8. Aristotelis Diodorique narrationes de divitiis Hispanicis exaggeratas esse perhibentem pugnat h. l. *Falcon.* Deinde l. 3. *τὰ* ante *ἀργυρεῖα*, quod excidit Ald. Hopp. Xyl. Cas. et cet., primus restituit *Cor.* ex Par. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Fr.

***) Hoc nomine urbs, regio, flumen, insula denotabatur. V. *Heeren.* Ideen etc. T. I. P. II. p. 50. sq. *Tzschuck.* ad Mel. II, 6, 9. not. exeg. p. 551. sq. et quos dabit *Göller.* ad Timaei fragm. p. 298. in lib. de *situ et orig. Syracus.* Lips. 1818. 8. Fr.

φέρει. Certissimum est, Baetin intelligi, quem de monte Argyro fluere modo dicebat Strabo. Pausanias Ἠλιακῶν β. (Lib. VI. c. 19.) de fluvio Iberiae, quem vocat Ταρτησσον: Τὸν δὲ ποταμὸν μέγιστον ὄντα τῶν ἐν Ἰβηρίᾳ καὶ ἄμπωσιν παρεχόμενον, Βαῖτιν ὠνόμασαν οἱ ὕστερον. CASAUB.

P. 396. l. 9. καὶ τὰς πρὸς αὐτὴν νήσους Ἐρυθείαν *)] Erythian nomen esse plurimarum insularum, nusquam, opinor, reperies: Strabo ipse infra non alias insulas, quam unam aliquam, a plerisque eam, quae a Gaditana urbe angustissimo freto sit dirempta, Erythiam fuisse appellatam auctor est. Vide infra. CASAUB.

P. 396. l. 11: διότι γεννηθείη σχεδὸν] Quomodo σχεδὸν, si παρὰ παγὰς Baetis in monte Argyro? **) CAS.

---

*) Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Ἐρυθίαν. Cor. Ἐρύθειαν. De ea *Göller.* l. l. et, quem *Tzsch.* affert, *Sturz.* ad Hellanic. fragm. p. 20. sq. — Tum l. 10. formam Γηρυόνος exhibent Par. 1. 3. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. sequiturque *Cor.* cum *Sieb.* pro vulg. Γηρυόνου. V. *Heyn.* ad Apollod. II, 5, 10. p. 285. ed. sec. *Tzschuck.* ad Mel. III, 6, 2. not. cr. p. 157. *Fischer.* in Ind. ad Palaephat. s. v. Nec debebat de hac forma dubitare *Reitz.* ad Lucian. adv. Indoct. 14. T. III. p. 111. sq. ed. Amst. FR.

**) *Falc.* explicat: fere in Hispaniae latere Erythiae vel Gadibus opposito. *Cor.* in vers. gall. πηγὰς de aquis omnino dictum putat, quod paulo durius videtur. Caeterum pro ἀντιπέραν Med. 1. 2. Esc. Mosc. Paris. ἀντιπέρας, quod arripuit *Cor.* Ἐρυθίας Par. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc.; παγὰς Par. 1. Med. 1. 2. Mosc. Tz. Paris. Cor.; πέτρας Mosc. Tz. Vet. Intp. *immensi fl.* — *occultasque petras.* In metrum haec verba distinxit prorsus ἀμέτρως *Breq.* Διότι γεννηθείη — Ταρτησσοῦ π. — Ἐν νευθμῶνων πέτραις. *Cor.* eodem modo, nisi quod διότε γεννηθείη Straboni reddidit. *J. H. Voss.* in geogr. fabul. p. XXI. et Mythol. Brief. T. II. p. 152. vernacule ἐμμέτρως vertens umbram amplexus est. FR.

Heringa in addend. Observv. p. 303. ita ordinat: Γεννηθῆ σχ. — Ταρτησσοῦ παρὰ παγὰς ἀπ. ἀργ. Ἐν νευθμῶσι πέτρων. Suchfort. ad fragm. Stesich. p. 17. sq. sic in metrum redigit: — βουκόλιον — Γεννηθὲν — Ταρτησσοῦ παρὰ πηγὰς ἀπείρονος ἀργυροῤῥίζους Ἐν νευθμῶσι πετρῶν. Nempe πηγὰς Dor. corripit. [V. *Jacobs.* ad Anthol. Palat. T. III. p. 53. 606. FR.] Fort. et legendum esse ἀργυροῤῥίζοις ad νευθμῶσι ref. TZSCH.

Quum ego, collatis etiam reliquis Stesichori fragmentis, ad liquidum omnia perducere non potuissem, adii *Hermannum*, peritissimum harum rerum arbitrum, qui non solum ad literas perhumaniter respondit, sed etiam, ut sententiam suam h. l. cum lectoribus communicarem, facillime permisit. Quod faciam breviter. In tantis, quibus versemur, ly-

P. 596. l. 14. *πόλιν ἐν τῷ μεταξὺ χώρῳ*] Scripti *πόρῳ*.*) De hac urbe Stephanus in Tartessos. Casaub.

P. 597. l. 2. *τὴν συνεχῆ τῇ Κάλπῃ, Ταρτησσίδα καλεῖσθαι*] Quid mirum, agrum Calpe vicinum *Ταρτησσίδα γῆν* vocari, quum Carteja ad Calpen sita Tartessos antiquitus dicta sit? Auctores Strabo, Plinius (III. c. 1.), Mela (II. c. 6.), alii. **) Inique igitur facit Artemidorus, qui Eratosthenem hoc nomine reprehendat. ***) Cas.

---

ricae poeseos Graecorum tenebris nihil moliendum esse statuit metri causa, consultissimumque ita versus constituere:

σχιδὸν ἀντιπέραν πλατιᾶς Ἐρυθείας,
Ταρτησσοῦ ποταμοῦ παρὰ παγὰς ἀπείρονας ἀργυροῤῥίζους,
Ἐν νυθμῶνι πέτρας.

Heptametros enim dactylicos Lyricis esse frequentatissimos et *νυθμώνων* librariorum errori deberi pro *νυθμῶνι*. V. *Bast.* Comment. Palaeogr. p. 779. Ego volebam *ἐν νυθμῶν πέτρας*. Idem vir sagacissimus duo alia, de quibus quaesieram, Stesichori fragmenta ap. Athen. p. 499. B. et 469. E. sic dispescit:

σπύφιον δὲ λαβὼν δέπας ἔμμετρον τριλάγυνον,
πῖεν ἐπισχόμενος,
τό ῥά οἱ παρέθηκε Φόλος περάσας.

Πῖεν, pro quo *πῖνεν* malebam, non esse repudiandum. Alterum:

Ἄϊλιος δ' Ὑπεριονίδας δέπας ἐκπατέβαινε
χρύσειον, ὄφρα δὲ ὠκεανοῖο περάσας
ἀφίκοιθ' ἱερᾶς ποτὶ βένθεα νυκτὸς ἐρεμνᾶς,
ποτὶ ματέρα κουριδίαν τ' ἄλοχον,
παῖδάς τε φίλους· ὁ δ' ἐς ἄλσος ἔβα δάφνασι κατάσκιον
ποσσὶ παῖς Διός.

Verba *δάφνασι κατάσκιον* posse fortasse etiam melius singulari versu comprehendi, et *ἀφίκοιθ'*, quod proposueram, verisimile quidem videri, neque tamen prorsus a vero abhorrere vulg. *ἀφίκηθ'*. Quam viam inierit *Blomfield.*, qui in Museo Crit. Maj. 1816. No. 6. Stesichori fragmenta denuo collegit, dicere non habeo. Fr.

*) Eton. *πόρῳ*. Vet. Intp. *inter ipsius cursum*. Eustath. ad Dionys. v. 37. *Βαῖτιν — δύο ἐκβολὰς ἔχοντα, ὧν μέσην ἱδρύσθαι ὡς ἐπὶ νήσου, τὴν τοιαύτην Ταρτησσόν, οὕτω κληθεῖσαν διὰ τὸ κτλ.* Antea pro *δυοῖν Cor.* e Med. 1. dedit *δυεῖν*, quod habet et Mosc. Tz.; *δυαῖν* Par. 3. Tum l. 16. verba *καλεῖσθαι φασὶν* desunt Esc. Mosc. Vet. Intp. et ab al. m. deleta in Par. 3. quod probat *Falc.* Uncis inclusit *Cor.* Par. 1. Med. 1. 2. Ald. Hopp. *π. φησὶν*. Fr.

**) V. Salmas. ad Solin. p. 202. a. D. Tzsch.
Add. *Seidel.* ad Eratosth. fragm. p. 138. Fr.

***) Par. 3. Med. 1. 2. Ald. Hopp. *Ἐρυθίαν*. Mosc. Tz. inverso ordine mox *ψευδ. λέγ. φ.* Tum l. 5. pro *τὸν ἀπὸ Γ.* Par. 1. 3. Med. 1. et e corr. Esc. Mosc. *τὸ ἀπὸ Γ.*, quod primus dedit

[Γ] P. 397. l. 8. *καὶ τὸ τὰς ἀμπώτεις μέχρι δεῦρο περαίνουσθαι*] Non puto, tam imperitum rerum istarum fuisse Eratosthenem, ut putaret, in ea tantum Oceani parte aestus cieri in Oceano: sed hoc voluit, opinor, quod paullo ante docuit nos Geographus, aestus inter Sacrum promontorium et Mauritaniam majores excitari, et magis esse impetuosos quam alibi. CASAUB.

P. 397. l. 10. *Εὐπαραδοξότερα* vox mendosa. Divinavi. XYLAND.

Nihil habeo, quo locum hunc emendem. In scriptis est *εὐπαροδώτερα*. *) Videtur ita legisse [*faciliorem habere meatum*] prior interpres. CASAUB.

P. 397. l. 14. *ὁ δὲ ποιητὴς*] Digreditur paululum Strabo ab instituto de Hispania sermone ad Homerum suum, in cujus *ἀπολογίαν εὐεπίφορος* admodum est hic auctor. De istis autem omnibus lib. pr. dictum satis. Quare in hunc locum pauca tantum notabimus. CASAUB.

P. 397. l. 17. *τῶν τε χεῖρον λεγομένων περὶ αὐτῶν* **)

Breq., quem secutus est *Cor.* Idem vitium deterserat etiam *Paetz.* in Not. MSS. Med. 2. habet *τὸ*, sed e corr. *τὸν*. FR.

Ibid. l. 7. *χιλίων καὶ ἑπτακοσίων σταδ.*] Ex seqq. apparet, totidem fecisse et Pytheam. Sunt fere 52 lieues; hod. 48. V. Keralio in Mém. de l'ac. — de Paris T. 45. p. 39. TZSCH.

*) Ita Par. 1. Mosc., ut *Breq.* jam dedit e Reg. et nunc *Cor.* post *Siebenk.* Ex Eton. Esc. Med. 1. *Falc.* affert *εὐπαραδώτερα*. *Seidel.* l. l. p. 139. illud etiam praefert explicans: Iberiam trajici, praeternavigari facilius posse ea parte, qua ad Galliam iter tendit, quam qua in Oceanum. Fortasse hoc Lusitaniae litus, hoc Cantabricum respicere. *Cor.* in vers. Gall., omnibus interpretum versionibus allatis, quae magis minusve ad *Xylandr.* [*facilius cognosci*] et ad *Siebenk.* accedunt, nihil pro certo dici posse pronuntiat. Ipse verba *πρὸς τὴν Κελτικὴν* male fortasse reddidit *plus aisé de passer dans la Gaule — que de s'y rendre par mer le long de l' Ocean. Penzel.* ita: *Dasi die nördl. Küste v. Hispanien leichter von Gallien aus, als durch die Strasse zu befahren wäre.* Fortasse hic locus L. XVII. T. VI. p. 697. *ἡ λοιπὴ τῶν Κυρηναίων παραλία — οὐ πάνυ εὐπαράπλους. καὶ γὰρ λιμένες ὀλίγοι κτλ.* in rectam viam ducet. Mox pro *εἶναι* Par. 3. Esc. Mosc. Ven. A. Stroz. Bemb. Vat. A. B. *εἰσί*. Deinde *ἀλαζονίαν* Par. 1. Med. 1. 2. Denique l. 16. Mosc. Tz. mutata serie *συλλ. βούλ.* FR.

**) *Cor.* in vers. gall. ex *Siebenk.* vers. *ab eo dictis* putabat, eum oblitum esse var. lect. *παρ' αὐτοῦ* apponere, cujus tamen nulla in schedis ejus reperio vestigia. Exinde veram lectionem *περὶ αὐτοῦ* se petiisse dicebat. Hoc vero nunc, utpote vanum, rectius abjecit. FR.

καὶ τῶν ἄμεινον] Sic lib. pr. [T. I. p. 57.] Ἔστι γὰρ ἀμφοτέρως τοῦτο δέξασθαι, καὶ βέλτιον καὶ χεῖρον. Vide reliqua. CASAUB.

P. 398. l. 1. πρὸς δύσιν ἐσχάτην ἤκουεν αὐτὴν] Non improbo hanc lectionem: magis tamen placet, quae est in antiquis libris, ἐσχάτη ἤκουεν αὐτή. *) CASAUB.

*) Sic Esc. Mosc. Vet. Intp. *extrema audierat isthaec.* Antiquam lect. olim sequutus *Cor.*, nunc etiam revocavit. Idem mox vocem ἐμπίπτει, quae vulgo ad Homeri versum (Il. Θ, 485. sq.) trahitur, melius ipsius Strabonis verbis addidit. Namque ibi est ἔμπεσε δ' οὐρανῷ λαμπρὸν φάος ἠέλ., uti laudatur L. I. T. I. p. 5. *Siebenk.* φάρος error est typ. FR.

Ibid. l. 7. αἰπάζοι ἄν τις ἀκούων τὰ περὶ Ταρτησσοῦ] Mendosum est ἀκούων. Loquitur enim Strabo de Homero, multarum rerum perito, quem eam ipsam ob causam aliquis suspicari possit, de Tartesso etiam quaedam accepisse. Leg. ἀκούσας τὰ π. T. Intercidit ultima syllaba ob seq. τά. PAETZ.

Idem et olim et nunc exhibuit *Cor.* Tum l. 8. Mosc. Esc. Med. 2. τόπον pro τόπων et l. 9. deest δὲ Par. 1. ibidemque Par. 3. Esc. Mosc. Tz. τὸν ποτ. pro τὸ π. Deinde l. 10. pro βορείοις καὶ ζεφυρίοις *Cor.* olim suspicatus est β. κ. ζοφεροῖς ex Med. 1. 2. Par. 1393. Mosc. Stroz. lectione ζεφύροις, idque nunc scripsit in textu, inprimisque ex Strab. L. I T. I. p. 55. τοὺς Κιμμερίους εἰδὼς οἰκοῦντας τὸν Κιμμερικὸν βόσπορον πρὸς βορρᾶν καὶ ζοφώδη. Add. L. I. T. I. p. 15. Δινίττεται καὶ τὸ κλίμα τῆς χώρας αὐτῶν, ζοφῶδες ὄν, quem locum refert Eustath. ad Hom. Od. Λ. init. p. 1671, 42. ROM. De Cimmeriorum incursione v. *Franck.* in Callin. p. 112. sq. FR.

Ibid. l. 13. τῶν Ἰώνων ἔθος] „Leg. ἔχθος." Ex schedis Bernhardianis enotavit Weigelius. Idem volait V. D. in notis marg. Ald. ab eodem missis. TZSCH.

Probavit hoc etiam *Paetz.* qui affert T. V. p. 644. οἱ Ἴωνες μισοῦντες αὐτοὺς διὰ τὴν ἔχθραν καὶ τὰς συνεχεῖς στρατείας: et evulgavit *Cor. Siebenk.* autem in schedis diserte monet sic legi in Ven. Eodem modo χ superadditum in Mosc. Par. 1. Tum μὴ γὰρ pro καὶ γ. Par. 3. et Med. 1. Mosc. Tz. μικρὸν πρὸ αὐτοῦ, ut L. I. legitur. Mox pro τῶν μέχρι τ. Δι. Eton. τὴν μ. quod probo et *Cor.* jam dedit. De Πλαγκταῖς ad h. l. disputat *Göller.* ad Timaei fragm. p. 258. sq. in lib. de situ et orig. Syrac. et Schol. ad Eurip. Med. v. 2. T. V. p. 340. Matth. FR.

P. 399. l. 3. καθάπερ τὰς Κυανέας φασὶν] Par. 1. Med. 1. 2. Paris. Ald. Hopp. Xyl. φησίν. Tum l. 4. pro διόπερ Med. 2. e corr. διό. Deinde l. 5. pro τὸ κατὰ Σικ. *Cor.* scripsit ὁ κ. Σ., quod res ipsa et Vet. Intp. *Columnarum et Siciliae fretum* ostendit. Postea l. 11. *Cor.* suadente *Villeb.* στρατιὰ mutavit in στρατεία, de qua innumera confusione v. *Tzschuck.* ad Strab. T. II. p. 364. 376. T. III. p. 10. 148. 277. T. IV. p. 308. sq. T. V. p. 300. 666. 679. T. VI. p. 6. 59. 210. sq. 454. *Fisch.* in Comm. ad Xenoph. Cyrop. II, 4, 28. VII, 4, 2.

[P.] P. 399. l. 14. *οὕτως ἐγένοντο ὑποχείριοι*] Libri veteres *) *οὕτως ἐγένοντο σφόδρα ὑποχ.* CASAUB.

P. 400. l. 5. *Ὀδύσσεια πόλις δείκνυται*] Legerem *Ὀδυσσεῖς*. Stephanus, *Ὀδυσσεῖς πόλις Ἰβηρίας ἀρσενικῶς, καὶ τὸ ἐθνικὸν δὲ ὅμοιον. ἀρσενικὸν δὲ ὡς Ἀταρνεὶς καὶ Λιπαιτεῖς*. Sed etiam infra [L. III. T. I. p. 419.] iterum sic scribitur, et ita quoque habet Eustathius [ad Hom. Od. *λ*. p. 1379, 21. Rom.]. An autem haec sit Ulysippo Latinorum **), quod video quibusdam probari, quaerant docti Hispanorum. ***) CASAUB.

P. 400. l. 12. *Τοῖς* †) *περιλειφθεῖσι*] Trojanis, qui ex incendio patriae se eripuerant, ut Helenus, Aeneas, Antenor et si qui alii. et opponit *τοὺς περιλειφθέντας τοῖς Ἕλλησι*. quare non probo, quod aliquando existimavi,

---

Schneid. ad Xenoph. Memor. IV, 4, 1. *Heindorf.* ad Plat. Charm. T. I. p. 65. *Orell.* ad Nicol. Damasc. p. 28. sq. Suppl. *Heyn.* in Addend. ad Apollodor. T III. p. 1403. ed. pr. Add. Schol. ad Eurip. Hecub. v. 135. in *Fachs.* Syllog. p. 279. — Statim ante *τῶν Φοιν. Cor.* inseruit [*ἡ*]. FR.

*) Ita Par. 1. 3. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. e quibus recepit *Cor.* Mox l. 16. idem dedit *στρατεία* et l. 18. *καὶ* post *καθάπερ* omisit cum Esc. Mosc. F. In Moso. Tz. tantummodo post *ὥστε*, ut in Par. 1. Esc., deesse dicitur. FR.

**) Non est, quod dubitet *Cas.* hanc eandem esse urbem, quae *Ulysippo* antiquis, hod. *Lisbona* vocatur, uti pluribus probat P. Merula Cosmogr. P. II. L. II. c. 26. ALM. *in Addend.* V. *Tzschuck.* ad Mel. III, 1, 6. not. crit. p. 24. sq. exeg. p. 25. — Tum l. 6. inter *τῆς ἐκείνου* interposuit *Cor. τε* ex Eton. Esc. Par. 3. Med. 1. 2. Mosc. Ven. A., praeeunte *Breq.* Mox, quam mutationem proposuerat olim, *Cor.* nunc edidit *τῶν ἐκ τοῦ Τρ. πολέμου περιγενομένων, ἐπίσης κακώσαντος τούς τε πολεμηθέντας καὶ τοὺς ἑλόντας* pro vulg. *γενομένων καὶ ἐπίσης κακωσάντων* ex L. I. T. I. p. 130. *μετὰ τὴν τοῦ Ἰλίου καταστροφὴν τούς τε νικήσαντας ἐπὶ λῃστείαν τραπέσθαι διὰ τὰς ἀπορίας, καὶ πολλῷ μᾶλλον τοὺς ἡττηθέντας καὶ περιγενομένους ἐκ τοῦ πολέμου*. Vet. Intp. h. l. ingenio suo indulget, ita tamen, ut a vulg. non recedere videatur. De Cadmea victoria Tzschuck. laudat: „Hesych. Suid. Plutarch. de frat. amore p. 488. A. Wessel. ad Diod. 11, 12. ecl. 2, 4.“ Addo *Ast.* ad Plat. Legg. T. II. p. 65. — In seqq. verba *τῶν τε οἴκων — ἐληλυθότων* antecedd. conjunxit, scribens *Συνέβη οὖν*, ut *Cas.* in marg. Idem fecit Paetz. jungens *Συνέβη δή*. In antecc. ordinem sic invertunt Par. 1. Med. 1. Mosc. Tz. FR.

***) De Ulyssis erroribus multa conlegit Cuper. in Apotheos. Homer. p. 54. TZSCH.

†) Haud bene *Siebenk.* in Nott. MSS. contra *Xyl.* et sensum loci haec verba ad Graecos etiam refert, quum Trojani apte significentur in seq. *διὰ τὸ ἐκπεπορθῆσθαι*. FR.

legendum esse τοῖς τε βαρβάροις καὶ τοῖς Ἕλλησι. Eadem lib. pr. Casaub.

P. 400. l. 15. ἀπιοῦσιν ἐκ τῶν κινδύνων] Scripti ἀπελθοῦσι. *) Casaub.

[Γ] P. 401. l. 15. τότε γὰρ εὐάερον **) καὶ τὸ εὔπνουν] Justinus (xliv. c. 1.): *Salubritas caeli per omnem Hispaniam aequalis, quia aëris spiritus nulla paludium gravi nebula inficitur. Huc accedunt et marinae aurae, undique versus assidui flatus, quibus omnem provinciam penetrantibus, eventilato terrestri spiritu, praecipua hominibus sanitas redditur.* Casaub.

P. 401. l. 17. τό τε ἐπὶ τοῖς πέρασι τῆς γῆς] Laborabat hic locus ab interpunctione; quae res Xylandro imposuit. Ait Strabo, ea omnia, quae superioribus Homeri versibus continentur, Hispaniae convenire: unde sequitur, quod initio proposuit, Homerum οὐδὲ τούτων τῶν τόπων εἶναι ἀνήκοον. Ergo legendum τό, τε et ἐφ' οἷς. ***) Casaub.

---

*) Par. 5. Esc. Mosc. Vet. Intp. ἀπειθοῦσιν, aperte corruptum ex ἀπελθοῦσιν. Prorsus deest Vat. A. B. Tum l. 15. pro ὑπολαβόντες Vat. A. Stroz. Ven. Par. 3. et e corr. Med. 1. προλαβόντες. Versus Αἰσχρόν τοι est Hom. Il. B. 298. similisque Odyss. O. 214. ἂψ ἰέναι κενεόν. Sua verba interposuit Strabo ex more. Cor. vero v. πάλιν ad antecc. retrahit et Ἥτε τοῦ Αἰν. pergit. Fr.

P. 401. l. 2. Ὀδυσσέως] Μενεσθέως scripsit Cor., cujus portus supra commemoratur L. III. T. I. p. 374. et l. 3. iterum στρατείας. Ad v. Ἠλύσιον πεδίον Tzschuck. citat „Intpp. ad Oracul. Sibyll. p. 564. et Perizon. ad Ael. V. H. 3, 18. p. m. 184." Tum l. 7. verba οὔ φησιν — Μενέλαον desunt in marg. Mosc. Tz., sed a m. pr. in marg. adduntur cum nota κείμενον, qua auctoris verba a scholiis distinguuntur: v. Ducang. Gloss. T. I. p. 628. Siebenk. supra T. I. p. 331. Tzsch. T. V. p. 190. 419. Deinde l. 8. Par. 1. Esc. Gron. ἀποικήσειν pro — ἰσεῖν. Versus seqq. sunt Hom. Od. Δ, 563. sqq. ubi οὔτε ποτ' est pro οὐδέ ποτ', correctum a Cor. ex T. I. p. 6. qui et junctim λιγυπνείοντας dedit. V. supra T. VII. p. 177. Penzel. ad h. l. cum Fourmont. in diss. de l'enfer poetique in Mém. de l'acad. de Par. T. II. p. 16. Hag. monet, omnes Graecorum de inferis fabulas nihil esse nisi meram funeralium Aegyptiis usitatorum descriptionem. Fr.

**) Haec verba e Strabone affert Eustath. ad Hom. Od. 4, 563. p. 186, 33. Bas. [1509. Rom.] Tzsch.

***) Ita Par. 1. 3. Med. 1. Esc. Mosc. et e corr. Med. 2., ut Breq. primus post Cas. dedit. Tum vero τὸν addidit Cor. e Par. 1. 3. Esc. Mosc. Fr.

P. 402. l. 3. Ἔνθ' ἤτοι Μίνωα] Hom. Od. Δ, 568. ubi ex

P. 402. l. 8. *καὶ μακάρων τινὰς νήσους*] Vide ad lib. pr. [T. VII. p. 177. sqq.] De istis insulis multa Plutarchus in Sertorio. *) Casaub.

P. 402. l. 16. *Μετὰ τοῦ Βάρκα στρατεύσαντες*] Is est Amilcar, cognomento Barcas, qui Hispaniam administravit ante Asdrubalem, fuitque Annibalis patet. vide Appiani *Ἀννιβαϊκά*. Ab hoc Barca Barcina factio apud Carthaginenses notissima. **) Casaub.

P. 402. l. 17. *φάτναις*] In epitoma, etiam ***) in scripto codice, est *φιάλαις*, phialis, pateris. Sed id non erat novum et inusitatum aliquid. †) Xyland.

Recte quidem Xylander lectionem Epitomes *φιάλαις* damnavit: cujus enim magnificentiae esset, phialis uti argenteis, quod hodie apud nos etiam mediocris fortunae hominibus licet? Contra autem mira et prorsus superans omnem fidem argenti copia, si, ut haec videtur velle lectio, etiam praesepia ex argento fuerint facta. Neque sane tale quid alibi usquam legisse memini. Quare *φάτναις* quidem lego, sed lacunarium certum genus intelligo, hoc est *φατνωμάτων*: ut non praesepia ††), sed

---

h. l. pro vulg. *νεκύεσσι* *Wolf.* dedit *νέκυσσι*. V. *Hermann.* de emend. rat. Gr. Gr. P. I. p. 46. et Elem. Doctr. Metr. p. 53. Mox l. 5. *οἱ μετὰ ταῦτα ποιηταὶ* recensentur ab *J. H. Voss.* in Geogr. Vett. fab. p. XXI. et prosaici a *Creuzer.* ad Fragm. Hist. Gr. p. 51. Deinde l. 6. *Cor.* *Γηρυόνου*, quod mutaverat *Sieb.*, restituit et cum Par. 1. *στρατείαν* dedit bis. Fr.

*) Ante *Cas.* pro *δεικνυμένας ἴσμεν* legebatur *δείκνυμεν, ἃς ἴσμεν*, quod falsi coarguit vel Vet. Intp. *demonstratas.* Eustath. l. l. *ὅτι τὰς τ. Μ. νήσους ἴσμεν οὐ πολὺ ἄποθεν* (ita Mosc. Tz.) *οὔσας τῶν ἄκρων τῆς Μαυρ. τῶν ἀντικ. Γαδείροις.* Mox l. 10. *Cor.* scripsit *καὶ* [*γὰρ*] *τ. Ἰβ.* Fr.

**) Vid. ad Nepot. Hamilc. c. 1. Tzsch.

***) Male inde fecit *Cor.* in vers. gall. cum *Siebenk.* codicem Xylandri Strabonianum: est enim codex epitomes Strabonianae, qui nuper Heidelbergam rediit, saepius a *Xyl.* in auxilium vocatus. Fr.

†) *Breq.* de mensis intellexit *φάτναις*. *Penzel.* in Vers. Teut. p. 614. de praesepibus accepit, opponens *Cas.*, barbaris lacunaria fuisse inusitata, obloquente *Siebenk.* in Nott. MSS. *Cor.* assumsit ex Epit. *φιάλαις* ob sequens *πίθοις*, et quod argenteae phialae (i. e. non solum pocula, sed crateres etiam: cf. quoque *Schneider.* ad Xenoph. Cyrop. I, 3, 9.) aureaeque inter luxuriae apparatum commemorentur v. c. ap. Athen. IV. p. 128. 151. VI. p. 231. Pind. Ol. VII, 1., nihil curans praesepe aeneum Mardonii ap. Herodot. IX, 70. Minervae consecratum. Fr.

††) Repugnant Bochart. in Chanaan p. 599. Wessel. ad Diodor.

domuum lacunaria ex argento facta dicantur: quod novum non est. Sic enim Polybius [X, 27, 10.] divitem cultum Ecbatanorum, regiae Persarum, describens ait, δοκοὺς καὶ φατνώματα fuisse ἀργυρᾶ. Dixisse autem bonos scriptores φάτνας in hoc sensu, dubium non est. Diodorus Siculus lib. pr. [c. 66. ubi vid. *Wessel.*] καὶ τούτου μονόλιθος ἦν ὀροφή, φάτναις καὶ ξέσμασί τισι διαγεγλυμμένη, καὶ γραφαῖς διαφόροις πεποικιλμένη. Potes etiam de mensis accipere. Nam id quoque significat interdum vox φάτνη, quasi [V. Eustath. ad Hom. p. 547, 2. 1784, 43. Rom.] φάγνη παρὰ τὸ φαγεῖν dicta. Hesychius [T. II. p. 1496. ubi v. *Albert.*]: φάτνη, καὶ ἡ τράπεζα, καὶ ἡ τῶν κτηνῶν, καὶ εἴ τι τῶν τοιούτων. Auctor incertus apud Suidam, τὴν Ἀντωνίνου θεραπεύων καὶ ὑπαιχάλλων ἅμα φάτνην. Aelianus, Οἱ Μεσσήνιοι τοὺς ἐκ τῆς αὐτῆς φάτνης οἱονεὶ ἐδηδοκότας ἐξήλασαν. Sed illa prior interpretatio vera omnino est. Statius Thebaidos lib. pr. (v. 144.):

> Et nondum crasso laquearia fulva metallo
> Montibus aut alte grajis effulta nitebant
> Atria.

Lucanus (lib. x. v. 111.) Palatium Cleopatrae describens:

> Ipse locus templi, quod vix corruptior aetas
> Exstruet, instar erat: laqueataque tecta ferebant
> Divitias, crassumque trabes absconderat aurum.

Plinius (XXXIII. 3.) de Suanis, gente Colchica, eorumque rege Eusobe: *Sed et illius aureae camerae, et argenteae trabes narrantur, et columnae atque parastatae.* Vide et vero ejusdem Plinii lib. XXXIII. cap. 3. de luxu Romanorum in tegendis auro laquearibus. Horat. lib. 2. Carm. Od. [18. init. coll. II, 16, 11.]:

> Non ebur, neque aureum
> Mea renidet in domo lacunar.

Et apud Senecam lib. XIII. epistolarum. CASAUB.

[P] P. 405. l. 4. Ἀνακρέοντα μὲν οὕτως εἰπεῖν] Plinius lib. VII. cap. 48. Anacreon poëta Arganthonio Tartessiorum regi CL. tribuit annos. *) CASAUB.

Sic. V. T. I. p. 389. [359.] Multa Horreus in Miscell. Crit. 2, 16. p. 378 et 385. sq. TZSCH.

*) Ante *Siebenk.*, qui in Nott. MSS. fatetur se scripsisse, ut legitur in fragm. Anacr. ed. Fisch. p. 262. [ed. ult. fragm. V. p. 336.], ita ferebatur sine ordine: ἂν οὔτ' Ἀμ. β. π. οὔτε τὰ π. καὶ ἑκατὸν T. β. Jam *Cas.* in marg. conjecit οὔτ' ἴση (quod exhibuit *Breq.* sic οὔτ' ἴσα) et in textu τε post πεντ.

P. 403. l. 10. *καλέσαντα Ἀργανθώνιον*] Locus est *Κλειοῖ* (Herod. [ubi v. *Wessel.*] I. 163.): *Ἀπικόμενοι δ' ἐς τὸν Ταρτησσὸν προσφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλεῖ τῶν Ταρτησσίων, τῷ οὔνομα μὲν ἦν Ἀργανθώνιος, ἐτυράννευσε δὲ Ταρτησσοῦ ογδώκοντα ἔτεα, ἐβίωσε δὲ πάντα εἴκοσι καὶ ἑκατόν.* Vide Marc. Tull. de senectute (c. 19.). Lucianus [de longaev. c. 10.], ut Strabo, loci Herodoti et Anacreontis meminit. *Ἀργανθώνιος μὲν οὖν Ταρτησσίων βασιλεὺς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς, καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων. ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθός τισι δοκεῖ.* Obiter notabis Luciani *μνημονικὸν ἁμάρτημα*: neque enim recte Herodotum citat. Phlegon [Trall. c. 4.] quoque eodem modo peccat, cum scribit: *Ἀργανθώνιος ὁ τῶν Ταρτησσίων βασιλεὺς, ὡς ἱστορεῖ Ἡρόδοτος καὶ Ἀνακρέων ὁ ποιητὴς, ἔτη ρν.* *) Vide Plinium (VII. c. 48.) et Valerium (Max. VIII. c. 13.). **) CASAUB.

P. 403. l. 13. *ἔνιοι δὲ Ταρτησσὸν*] Notant id Mela

---

addidit. Med. Gron. habet *πεντήκοντά τ' ἔτη καὶ ἑκατόν* et Par. 1. al. m. corr. antea *οὔτ' ἔτη*. Vet. Intp. *neque annorum C et L.* Cacterum etiam *Tyrwh.* mutavit ordinem *οὔτ' ἄν* nec formam ionicam *ἔτεα* metro aeque convenientem rejecit. Peccat vero *Cor.* *Ἀμαλθείης*, qui deinde *χήματον* contracte scripsit. De proverbio *Ἀμαλθείας κέρας* cf., praeter paroemiographos, *Wessel.* ad Diod. Sic. IV, 35. *Jacobs.* ad Anth. Gr. T. IX. p. 351. *Fisch.* ad Palaeph. 46. FR.

*) Contrario modo *Penzel.* in Herod. *ρν* pro *ρπ* i. e. *πεντήκοντα καὶ ἑκατόν* pro *εἴκοσι καὶ ἑκατόν* substituendum esse ait, quanquam non ignorans reliquorum auctorum variationem. *Cor.* in vers. gall. corruptionem subiisse putat Anacreontis fragmentum. — Locum, qui sequitur, suspectum vocat *Cas.* in marg. Vet. Intp. *vel enim sic accipi potest, vel huic dicto pariter illud Anacreontis vel communius*, ex quo praeeunte *Gronov.* Varr. Geogrr. p. 170. et *Pauw.* ad Anacr. fragm. p. 257. τὸ ante τοῦ *Av. Siebenk.* cum *Tyrwh.* recepit, quos secutus est *Cor.*, qui vero ante cum *Tyrw.* *μὴ ἴσον τούτῳ* hoc sensu: *Vel enim sic accipiat aliquis* dictum Anacreontis, *se nolle tempus aequale huic Arganthonio, vel generalius, se nolle regnare tempus longum Tartessi.* Sed *Bredow.* üb. die hoh. Lebensjahre d. Patriarch. in *Unters. üb. alt. Gesch. Geogr. u. Chronol.* T. I. p. 113. *ἢ μὴ ἴσον τούτῳ* e *Xyl.* vers. legendum esse sibi persuasum habet. Equidem dubito; fucum enim illi fecit *Xyl.* Idem ibid. T. II. p. 117. hoc fragm. Anacreonti abjudicat. FR.

**) Arganthonii mentio est etiam in Lex. Rhetor. Anecdd. *Bekk.* T. I. p. 229, 4. ubi scr. *Ταρτηΐα* et *Τάρτησσος* s. *Τάρτησσος* pro *Ταρσία* et *Ταρσὸς* ex Hesych. Suid. Phavor. aliisque. FR.

[II, 6.] et Plinius [III, 1.], Pausanias [VI, 19.] et Appianus [Hisp. 2. ubi v. *Schweigh.* T. III. p. 202. sq.]. *) Cas.

P. 403. l. 17. *διὰ τὴν συγγένειαν*] *Καὶ* inserui. **) Intelligo autem de Celticis non Galliae, sed Baeticae, quorum supra facta est mentio, et quos etiam Ptolemaeus novit. id infra plenius intelliges in Artabrorum descriptione. Apud Appianum *Ἰβηρικῇ* constanter pro Carteja *Καρτησσός*, Carpessus. Xyland.

P. 404. l. 4. *Λατῖνοί τε οἱ πλεῖστοι γεγόνασι*] Plinius auctor est, oppida Baeticae XXX. Latio fuisse antiquitus donata. ***) Casaub.

P. 404. l. 7. *Παξαυγούστα*] Probo vehementer scripturam librorum *Παξαυγούστα*. †) Sic alia in Hispania reperies ab Romanis cognominata, ut apud Ptolemaeum *Πολὶς Ἰουλία*. Plenus est hujusmodi cognominibus Plinii de Hispanis tractatus. ††) Casaub.

Optime reposuit ex MSS. doctissimus Cas. *Παξαυγούστα*, quod nomen nunc deformatum est in *Badajos*: est autem urbs ad Anam fluvium, nunc *Guadiana*, sita. Palmer. [Exercitt.] Almel.

P. 404. l. 8. *ἐν τοῖς Τουρδούλοις Λιγούστα Ἡμερίτα*] Ptolemaeo Lusitanorum urbs in mediterraneis. †††) Plinius eam Anae fluvio esse appositam testatur. De hac Ausonius (de Clar. urb. IX.):

> Jure mihi post has memorabere nomen Iberum
> Emerita: aequoreus quam praeterlabitur amnis,
> Submittit cui tota suos Hispania fasces.

Prudentius autem nec Turdulorum, ut Strabo, nec Lu-

---

*) V. supra T. VII. p. 589. sq. Fr.

**) Secutus est *Xylandrum Cor.*, confirmatus a Vet. Interp. et Med. 1. Idem proposuit *Paetz.* auctore *Schweighaeus.* ad Polyb. T. IV. p. 640. Hausit conjunctionem ultima praecedentis vocabuli litera: v. supra T. VII. p. 550. not. Fr.

***) *Cor.* in vers. gall. adducit fragm. Artemidori ex Constantin. ap. Voss. ad Mel. II, 6. p. 741. *γραμματικῇ δὲ χρῶνται τῇ τῶν Ἰταλῶν οἱ παρὰ θάλατταν οἰκοῦντες τῶν Ἰβήρων.* Fr.

†) Sic primus e Reg. restituit *Breq.* Mosc. Tz. *Παξαυγουστα* Med. 1. e corr. *Παζαυγούστα.* Fr.

††) Eadem haec est Cellario D. O. A. L. II. c. 1. [§. 18.], quae Ptolem. II, 1. et Antonin. Itin. p. 427. *Pax Julia*, Plin. H. N. II, 22. *Colonia Pacensis. Pacem Juliam* a *Pace Augusta* diversam contendit Resendius, cui accedit Wesseling. ad Anton. l. l. Breq.

†††) V. *Tzschuck.* ad Mel. II, 6, 4. not. exeg. p. 516. sq. Fr.

sitanorum, ut Ptolemaeus, sed Vectonum esse indicat in accurata ejus descriptione: quem locum propter elegantiam integrum proferam. Est autem in Eulalia (Hym. IX. v. 186.):

Nunc locus Emerita est tumulo
Clara colonia Vectoniae:
Quam memorabilis amnis Ana
Praeterit, et viridante rapax
Gurgite moenia pulchra lavat. CASAUB.

P. 404. l. 9. *Καισαραυγούστα*] Ptolemaeo *Καισάρεια Αὐγούστα*. Pomponius Mela (II. 6.): *Urbium de mediterraneis in Tarraconensi clarissimae fuerunt Palantia et Numantia: nunc est Casaraugusta.* [Ibi v. *Tzsch.* §. 4. not. exeg. p. 515. sq.] CASAUB.

[☧] P. 404. l. 12. *στολάτοι λέγονται ἢ τογάτοι*] A nonnullis *) veteribus libris aberant illa *ἢ τογάτοι*: quae tamen *ἀπρὶξ* sunt nobis retinenda: sic namque Gallos quoque togatos legimus, qui Romanos mores induissent. Vide Dionem sub fin. lib. quadrag. sexti. Et Strabo ipse paulo post ita scribit, hos fuisse *εἰς τὸν ἥμερον καὶ τὸν Ἰταλικὸν τύπον μετακειμένους ἐν τῇ τηβεννικῇ ἐσθῆτι.* Ratio nominis in promptu: nam toga, quam Graeci *τήβεννον* vertunt, vestis Romanorum propria. CASAUB.

P. 405. l. 1. *Ἀπὸ δὲ τοῦ ἱεροῦ πάλιν*] Descripsit hactenus oram Hispaniae, quae est a Calpe ad Sacrum promontorium: nunc pergit ab eodem Sacro promontorio ad Nerium, Artabrorum promontorium, quod occiduum latus et septentrionale terminat. CASAUB.

P. 405. l. 5. *ἐφ' ἃς εὐθύπλοιαι*] Ad quas *ἐκβολὰς* Tagi est *εὐθύπλοια* et recta navigatio a Barbario promontorio, estque illud intervallum stadiorum x., nisi mendum in numero. **) CASAUB.

---

*) Des. Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. et signis suppositionis circumdedit *Cor.*, quae scholion marg. esse putat *Breq.* Ille vero in vers. gall. *Casaub.* potius opinionem amplexus erat, forma barbara *στολάτοι* jure offensus pro *στολοφόροι* vel *τηβεννοφόροι*. Utrumque habet Vet. Intp. Ad v. *θηριωδέστατοι* *Tzschuck.* affert Diod. Sic. V, 34. *τοῖς δ' ἤθεσι πρὸς μὲν τοὺς κακούργους καὶ πολεμίους ὑπάρχουσιν ὠμοὶ, πρὸς δὲ τοὺς ξένους ἐπιεικεῖς καὶ φιλάνθρωποι.* FR.

**) Imo 150 stad. V. Florez. Esp. sagr. T. 13. p. 59. TZSCH.
Cor. in vers. gall. conjecit *ἐφ' ἃς εὐθυπλοίᾳ στάδιοι εἰσι διακόσιοι ἀπὸ τοῦ λεχθέντος ἄκρου. ἐνταῦθα καὶ κτλ.* Nunc scripsit *ἐφ' ἃς εὐθυπλοίᾳ στάδιοι διακόσιοι δέκα. Ἐνταῦθα δὲ καὶ*

P. 405. l. 7. *ἀπὸ τοῦ λεχθέντος πύργου*] Apparet, deesse nonnihil in superioribus: nam in toto libro unius πύργου facta mentio, quem appellavit *Καπίωνος*, qui nihil ad hunc locum facit. *) CASAUB.

ὑδρεύοντας εἶπον λάκεια] Locus est foede corruptus. Si liceat divinare, legerem *ἵδρυνται Ἵππων καὶ Σαλάκια*. ut sit: ubi sitae sunt Hippon et Salacia. Certe Ptolemaeus has duas urbes Barbario promontorio propinquas facit, planeque ita collocat, ut probabile sit, idem hîc fecisse Strabonem. De Pyrgo seu turri nihil habeo. Myriagogas navis a pondere mercium videtur dicta; sed qua ratione, nondum didici, neque explicat Pollux, qui meminit. IV. 22. Insulam, quam mox describit, puto esse Londobridem Ptolemaei, quae ipsa descriptio est depravatissima. et qui totam paginam perleget attente, facile sentiet, multa deesse. Hodie Barlingas vocant. Sed et, quae de Junii Bruti Callaici rebus gestis habentur, mendosa sunt. quid enim significent *πλίθροις* et *ὄλοσιν*? itaque posui, quod succurrebat, mutaturus libenter, ubi vel apta inciderit conjectura. *ῥεῖθρον* alveum fluvii significat, idque vocabuli facile substituerem *πλίθροις*, sed *ὄλοσιν* quid fiet? XYLAND.

Duo haec postrema verba [*εἶπον λάκεια* **)] aberant a duobus manuscriptis codicibus: et sunt sane depravata mirifice. Xylandri conjectura non esset illa quidem improbanda, si ullum locum in illo tractu reperiremus, cui nomen esset *Ἵππων*, quod ipse sibi, nescio qua ra-

---

πλ. Quod inserait *δὲ*, debetur Med. 1. 2. Mosc. A vulg. non recedit Vet. Intp. FR.

*) Forte paullo ante, ubi agitur de prom. Barbario, post *Βαρβάριον* haec exciderunt: *ἐνταῦθα καὶ ὁ πύργος ἵδρυται* vel aliquid simile. BREQ.

**) Sic olim Mosc. Tz., ubi nunc *ἐπον λακεία*. Vet. Intp. una voce, servato graeco idiomate, *εἰπονλάκεια*. *Breq.* proposuit *ὑδρεύοντας ἃ εἶπον λακκαῖα* atque ex aliorum sententia *καὶ ταύτην εἶπον λακκαῖα*, vel *ὑδρεύοντας (εἶπον) λάκκους*. *Toup.* ap. *Falc.* conj. *ἵδρυνται λιμνοφυλάκια*. Quam vocem, etsi *Casaub.* ad Aen. Tact. c. 29. p. 223. ed. Orell. *λιμνοφυλάκων* munus exposuit, equidem tamen ignoro. *Falc.* ipse profert hanc conj. *καθ' ἣν ὑδρευόντων ἐστὶ λακκαῖα*, coll. Athen. II, 7. p. 46. E., ubi nihil nisi *λακκαῖα*, praegresso *ὕδατα*. *Cor.* in vers. gall. fecerat cum *Cas.* et *Hermol.* Nunc vero longius progressus scripsit *ἵδρυνται Ὀλειπων καὶ Λάκεια*. *Penzel.* servavit *Ipon Laceja*, tanquam nomen conjunctum, in reliquis ingenio obsecutus. FR.

tione, falso persuasit. Nam *Ὅλιος Ἵππων*, quod apud Ptolemaeum legitur, aliud esse constat. Hermolaus autem *) Barbarus, vir longe longeque doctissimus, quem non sine flagitio audent quidam Barbarum appellare, is igitur putabat legendum hoc loco *ὅπου Λάκεια*. Nam Lanceam oppidum et Plinius et Ptolemaeus commemorant. Ego etsi non habeo, quod super hoc liquido possim affirmare, praesertim cum ita legatur in libris veteribus, tamen Hermolao libenter assentior. Jam vero, quod ad vocem *ὑδρεύεσθαι*, non esse eam in *ἴδρυνται* mutandam, quod Xylandro videbatur, evincit simillimus hoc eodem libro locus, ubi de Baetis exundationibus similiter ita scribit, *τότε δὲ ὑπερχεῖσθαι τὸ ὕδωρ, ὥςθ' ὑδρεύεσθαι τοὺς στρατιώτας αὐτόθι*. Casaub.

P. 405. l. 10. *μυριαγωγοῖς ἀναπλεῖσθαι*] Navem *μυριαγωγὸν* **) appellat, quam libro XVII. in simillimo loco *μυριοφόρον*. (quemadmodum *ἀγκαλιδαγωγοὶ* asini appellantur, qui et *ἀγκαλιδοφόροι*.) *βάθος δὲ ὅσον ἀρκεῖ μυριοφόρῳ νηΐ*. ***) Thucydides lib. VII. (c. 25.) *προσαγαγόντες γὰρ ναῦν μυριοφόρον αὐτοῖς οἱ Ἀθηναῖοι*. Eadem ergo ratione navis *μυριαγωγός*. Nec est vocis analogia obscura. Sic enim *ἱππαγωγὸς* navis †) etiam Livio dicitur, et Thucydidi *ὁπλιταγωγὸς* lib. VI. (c. 25.). Apud Pollucem (VI. c. 3.) *οἰναγωγὸν πλοῖον*, et id genus multa. Caeterum diserti ores hanc vocem refugisse, testis Pollux (I. c. 9.). *Μυριοφόρος*, inquit, *ναῦς, τὸ δὲ μυριαγωγὸς εὐτελές*. Cas.

P. 405. l. 14. *Καὶ νησίον ἀπολαμβάνειν*] Scribe, *νησίον*. Casaub.

P. 406. l. 1. *εὐαλσὲς καὶ εὐάμπελον*] Scripti libri ha-

---

*) ad Plin. 5, 1. p. 28. Basil. Meminit urbis Plin. et Ptolem. Dicitur et Lancia. cf. idem ad 4, 22. p. 103. ubi non tam Laciam, quam Lanciam dictam vult. Tzsch.

**) V. Scheffer. de milit. nav. p. 262. Tzsch.

***) De his formis v. *Lobeck.* diss. II. de product. syllab. in vocc. sec. class. compos. p. 2. Fr.

†) Liv. XLIV, 28. *Wessel.* ad Diod. Sic. XI, 3. T. I. p. 406. Lucian. Navig. c. 32. T. III. p. 269. Add. *Lcisn.* ad *L. Bos.* Ellips. p. 317. ed. Schaef. *Duk.* ad Thucyd. VI, 43. Altera forma *ἱππηγοὶ* legitur ap. Plutarch. Vit. Pyrrh. c. 15. ubi v. *Xyland.* et ap. Polyb. aliquoties. Fr.

Ibid. l. 11. *πλῆμας*] Ald. Hopp. duplicant *μ*. V. T. VII. p. 607. Tum l. 14. pro *ἀπολαμβάνειν* Med. 1. 2. Mosc. Vat. A. B. — *ἀνεῖν*. Fr.

bebant *) *εὐαλθὲς*: quidam *εὐαλτές*. Sic *δυσαλθὲς* legas in **) Epigrammatis. Lego tamen *εὐαλεές*, cui voci sua pulchre constat analogia. Nam ut a *γένος* et *πλέος* fiunt *εὐγενὴς* καὶ *εὐπλεὴς*, sic ab *ἄλσος*, *εὐαλσὴς*. *Ἄλσος* autem, ut sciunt omnes, non saltum tantum Deo sacrum significat, sed quemlibet locum *παθυγρον* et *καταδενδρον*. Cas.

[†] P. 406. l. 2. *πεῖται δὲ ἡ νῆσος* ***), *κατὰ λόγον ἀπολειπεῖν πεφύκηκε*] Quatuor illa verba *κατὰ λόγον ἀπολειπεῖν πεφύκηκε* non agnoscit prior interpres. Et sunt sane corrupta; quin, si ea sustuleris, plana erit et perspicua sententia, quae nunc Oedipo aliquo opus habet. Puto autem, e margine in textum irrepsisse, hac ratione: cum enim modo dixerit Strabo, insulam hanc habere longitudinem XXX. stadiorum, *πλάτος* autem *μικρὸν ἀπολείπειν*, suspicor, ad ista verba notatum fuisse ab aliquo *κατὰ λόγον γὰρ ἀπολείπειν*, quod verum est. latitudo enim *κατὰ λόγον* minor est longitudine. Sed haec juris sunt arbitrarii. Suspicatus hoc quoque sum aliquando, quia

---

*) Ita Par. 1. Sed Esc. Mosc. et e corr. Med. 1. 2. *εὐαλθὲς*. Vet. Intp. *fertilis*. Quae forma occurrit Epigr. Adesp. 309, 2. ubi v. *Jacobs*. T. XII. p. 99. et Herod. Att. v. 24. Add. Intpp. ad Hesych. *εὐαλθῆ· εὐανξῆ*. T. I. p. 1490. Neque enim apud poetas solos in usu est. Plutarch. Quaest. Symp. IV. T. VIII. p. 658. Reisk. *τὰ δ' ἀστραπαῖα τῶν ὑδάτων εὐαλθῆ καλοῦσιν οἱ γεωργοὶ καὶ νομίζουσιν*. In Phavor. Lex. *εὐαλθῆ εὐανξῆ* corr. *εὐανξῆ*. Phot. Lex. *εὐαλθεῖ· εὐξοῖ* eodem modo sanandus cum *Schleusn.* nec probem alteram ejus emendationem *εὐαλθεῖ· εὐξεῖ*. Hinc intelligitur, non immerito placere *Falc. εὐαλθὲς*, quod conjectando e Vet. Intp. extricaverat *Siebenk.* in Nott. MSS. *H. Steph.* v. *εὐαλεὴς* ignorat, videturque ex h. l. demum in Lex. transiisse. Fr.

**) Christod. Ecphr. v. 179. 188. Polyaen. Ep. IV, 3. cf. *Jacobs.* ad Anth. Pal. T. III. p. 27. Fr.

***) Par. 3. *εὐάμπελον πεῖται· ἦν νῆσον*. Mosc. Esc. Strox. *εὐ. πεῖται· ἡ νῆσον*. Verba *κατὰ λόγον* punctis notantur in marg. Par. 1. *Breq.* e Reg. lectione *πεῖται ἡ νῆσον* efficere volebat *καὶ τὴν δὲ νῆσον* hoc sensu: *et vero insula, ut par est, in monte sita prope fl.* Vet. Intp. *ea in monte flumini proxima jacet, distans* —. *Cor.* olim et nunc *Cas.* conj. exhibuit, contra *Mannert.* T. I. p. 528. asserens, Moronem non posse haberi pro Norba Caesarea propter maris distantiam. Tum l. 5. Med. 1. 2. *ἀφεστῶσα* pro — *ὥσαν* et Med. 1. Mosc. Strox. *τῆς ἐπ θαλ.*, sed in Med. 1. post. del. *ἐπ.* Mox l. 4. *ἔχουσα* Med. 2. pro — *σαν* et l. 5. Strox. *τοῦ πέρας* pro *τὴν π.* Vet. Intp. *ager circumcirca bonitate conspicuus, habens* etc. Deinde l. 7. *λίμβους* deest Par. 1. 3. Med. 1. 2. Mosc., sed habet Vet. Intp. omisso *καὶ*. Fr.

Μόρωνος mox fit mentio, quasi jam alibi nominatae, legendum fortasse hic esse pro *κατὰ λόγον ἀπολιπεῖν*, sic, *κατὰ Μόρωνα πόλιν*, de quo docti judicent. Insulam autem hanc Londobridem esse Ptolemaei, infelix est viri docti conjectura. Nihil enim a vero alienius dici potuit. Illa est in alto Oceano, haec procul a mari in flumine Tago supra ejus aestuaria. CASAUB.

P. 406. l. 9. *Βροῦτος ὁ Καλλαϊκὸς προσαγορευθεὶς*] Scripserat Livius lib. XLIV. de hoc bello. et XLV. (Epit. LVI.) de bello adversus Callaicos, unde cognomen Callaici reportavit D. Junius Brutus: quem alii scriptores *Callaicum*, ut hic Strabo et Plinius, alii *Callaecum*, alii *Gallicum* nominant, prout nimirum varie scribitur illius provinciae nomen. Hujus porro belli est apud Orosium et Eutropium (IV. c. 8.) aliosque rerum Romanarum scriptores mentio: sed mentio tantum, nusquam narratio: quae si alicubi extaret, minus esset ignota illa urbs, quam vocat Strabo Moronem. CASAUB.

P. 406. l. 11. *Τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ πλευροῖς ἐπεχείρησε τὴν ὅλοσιν*] Locus corruptissimus et qui me diu torsit. In *) libris scriptis ita legitur, *τηνολόσεν*. quae lectio etsi quovis monstro monstrosior est, mihi tamen ad veram lectionem indagandam praeivit. Legendum igitur est, *τοῖς δὲ τοῦ ποταμοῦ πλευροῖς ἐπετείχισε τινὰς πόλεις*. Nolo quorundam more emendationem nostram praedicare: verissimam certe eam esse, persuasum fere habeo. Nam et mutatio priscae lectionis parva fit, et Strabo paulo post *μονονουχὶ βοᾷ*, se ita scripsisse. Cum enim subjicit, *ὥστε τῶν περὶ τὸν Τάγον πόλεων αὗται κράτισται*, annon satis manifesto significat, haec verba de quibusdam urbibus ad Tagum sitis esse accipienda? Jam *πλίθροις* in

*) In Par. 1. est *ὅλεσιν*, sed punctis notatur; Par. 1393. *ὁλόσιν*. Stroz. *τὴν ὁλοσιν*. In Med. 1. lacuna conspicitur, sed in marg. *ὅλοσιν*, quae vox et in Med. 2. serius suppleta est. Vet. Intp. *Ad quorum vastationem fluminis inundationibus adortus est, ut liberas navigationes et commeatuum importationes haberet.* Unde *Siebenk.* hausisse videtur *τὴν ἄλωσιν*, quod recepit olim jam *Cor.*, caeterum *Τοῖς — πλημύραις* ex eodem rescribens pro *Τοῖς — πλίθροις*, servato *ἐπεχείρησε*. *Falc.* duplici via insistit conjiciens: *τὴν Οὐαλεντίαν* a Bruto conditam pro *τὴν ὅλοσιν*. Quod si durius videatur, leg. censet *τῶν ἄλλων* (scil. *πόλεων*) *πλείων*, *ὡς ἂν ἐχ*. Sequentia sic vertit Vet. Intp. *Vicina vero Tago caeterorum opulentissima sunt oppida.* FR.

πλευροῖς minori mutatione restituo, quam ἐλίθροις, ut Xylander. In reliquis duabus vocibus syllabarum transpositione peccatum est: et sane ex ἐπεστείχισε nemo non videt lapsum proclivem fuisse in ἐπεχείρησε. Similiter etiam pro τινὰς πόλεις eadem transpositione syllabarum, et literarum aliquot mutatione monstrum illud natum est, quo nullum tota Africa monstrosius, τηνολόσειν. Ipsum porro loquendi genus, quod restituimus, et elegans est et sententiam continet optimam. Ait namque Strabo, fuisse aliquot urbes in utraque fluminis ripa a Bruto munitas, ut esset commeatus invectio facilis ac tuta. Sic lib. sequ. dicuntur Massilienses πτίσαι τινὰς πόλεις ἐπιτειχίσματα *) τοῖς Ἴβηρσι: hoc est, quibus suos fines defenderent ab incursionibus Hispanorum. Casaub.

P. 406. l. 14. πολύϊχθυς δὲ ὁ ποταμὸς] Justinus (xliv. c. 1.) de Hispaniae fluviis: *In hac cursus amnium non torrentes, rapidique, ut noceant, sed leves, et vineis campisque irrigui, aestuariisque Oceani affatim piscosi.* Casaub.

P. 407. l. 1. καὶ ὀστρείων] MS. ὀστρακίων. **) Cas.

P. 407. l. 7. τῶν λεχθέντων ὀρῶν] Illo loco, ὑπέρκειται δὲ τὰ μεταλλεῖας ἔχοντα ὄρη· καθήκει δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Τάγον. ***) Casaub.

P. 407. l. 9. Interpres legit ἐντός. Vettones autem scripsi, ut inveni supra, apud Ptolemaeum, alios. Idem pro Acontia legit Contiam. Xyland.

Legendum omnino ἐντὸς στηλῶν, ut habent †) libri scripti. Nam hoc significat Strabo, Oretanorum regionem magis ad meridiem accedere, quam Carpetanorum et Vettonum: quos tres populos ut vicinos Geographi saepe conjungunt: adeo autem νοτιωτέραν ait esse Ore-

*) Verbi ἐπιτειχίζειν et ἐπιτείχισμα potestas satis illustrata est a *Schaefero* ad Apollon. Rhod. Schol. T. II. p. 339. ad Julian. p. VII. praef. ad Sophocl. T. I. p. XXV. Fr.

**) Sic Par. 3. et e corr. Med. 1., receptum a *Cor.* Mox l. 2. Par. 1. 2. Med. 1. 2. Mosc. Vet. Intp. Οὐεττώνων, Ald. Hopp. Οὐεττωόνων, Ven. Θουεττωόνων. V. T. VII. p. 586. Deinde l. 4. pro Βαῖτις *Cor.* scripsit *Baitis*, ut supra T. VII. p. 598. Denique l. 5. μὲν post ἀπείνων inserit Mosc. Fr.

***) *Cor.* in vers. gall. affert, *Breq.* pro ὀρῶν voluisse ποταμῶν. Haud dubie in notis MSS.; nam in ed. nihil tale legitur. Fr.

†) Ita e Reg. vulgavit *Breq.*, quocum faciunt Par. 1. 3. Eton. et *Cor.* Mox Par. 1. 3. Med. 1. Esc. Mosc. Οὐεττίωνες et Med. 2. Οὐεττίων. (corr. Οὐεττ.) cum Ald. Hopp. Fr.

tanorum regionem, ut etiam aliqua sui parte porrigatur usque ad mare nostrum, nostrum inquam: non enim poterat ad fretum ἐκτὸς στηλῶν pertinere, ut cuivis rem diligenter consideranti statim patebit. CASAUB.

[P] P. 407. l. 10. καὶ Οὐακαῖοι] Alii Vaccaei *); Stephano Βακκαῖοι. Sic in aliis multis Latinis dictionibus Graeci partim literam *B* pro V ponunt: partim diphthongum ου, ut Βιργίλιος et Οὐιργίλιος, Ἀλβίων et Ἀλουίων. Plinii Barduli Ptolemaeo sunt Οὐαρδουλοί. CASAUB.

P. 407. l. 11. κατ' Ἀκοντίαν **) πόλιν] Stephanus: Ἀκούτεια πόλις Ἰβηρίας, καθὰ Στράβων ἐν τῷ τρίτῳ· τὸ ἐθνικὸν Ἀκουιτανοὶ, (sic enim legendum, non Ἀκουτανοὶ,) ὡς αὐτός· ἔοικε τὸ ι κατὰ πλεονασμὸν ἔχειν. Ex his Stephani verbis merito suspicetur quis, legendum apud Strab. Ἀκούτειαν: alioquin frustra quaeres locum, quem indicat Stephanus. Mirum vero, quod ait, Ἀκουιτανοὺς apud nostrum ab ista urbe dici: cum ille perpetuo sic appellet Aquitanos, gentem, quamvis τοῖς Ἴβηρσι προσεμφερῆ, tamen in Gallia sitam. CASAUB.

P. 407. l. 12. ἔχων διάβασιν] Hoc est, *trajici solitus*. Xylander *perlabens*, crasso errore: melius vetus interpres [*transitum habens*]. CASAUB.

P. 408. l. 2. Καίτουλον ***)] forte Castulo, Καστούλων, nobilis urbs, et Oretanis etiam a Ptolemaeo tributa. fieri potest etiam, ut Oria sit Oretum, Ὤρητον. XYLAND.

Legendum Κασταλὼν καὶ Ὠρία. Docet id locus Artemidori apud Stephanum: qui, postquam docuit, Ὠρίαν

---

*) Sic Med. 1. Mosc. Vet. Intp., quod *Gronov.* Varr. Geogrr. p. 170. ex aliis scriptoribus probat cum *Cas.* et *Cor.* Ven. Οὐακλαῖοι, qui error eodem ducit. Neque aliter Diod. Sicul. Ptolem. caeteri. Mox pro Δουρείας Mosc. Δούριος, Bemb. Δούρειος, Par. 1393. Vet. Intp. Δουρίας. *Breq.* primus exhibuit Δούριος. V. *Toll.* ad Appian. Hisp. c. 72. T. III. p. 296. ed. Schwgh. et *Tzschuck.* ad Mel. III, 1, 8. not. exeg. p. 28. sq. Secutus est *Cor.* FR.

**) Mosc. κατὰ Κοντίαν π., ut Vet. Intp. *Cor.* in vers. gall. cogitat de Sepontia s. Secontia Paramica, quam Ptolem. in Vaccaeis collocat. *Falc.* malit κατὰ Πιντίαν, quae ad Durium sita erat, h. Valladolid. Mox Οὐακκ. *Cor.* cum Med. 1. Vet. Intp. Tum l. 12. Mosc. Tz. Κάλλαικοι. FR.

***) Vet. Intp. *Cetulum et Horia.* Mosc. Tz. καὶ τουλον. Par. 1393. καὶ τοῦλον e corr. marg. *Penz.* et *Cor.* secuti sunt emendationem *Cas.*: hic vero in ed. gr. reliquit vulg. intactam. FR.

urbis esse in Hispania nomen, unde dicti sint Ὠρητανοί, subjicit locum Artemidori. ἀμφότεροι γάρ, inquit, κατοικοῦσι τὴν παραλίαν, καὶ τινα τῆς μεσογείου· πρῶτον μὲν Ὠρητανοί· πόλεις δ' ἐν αὐτοῖς εἰσι μεγάλαι Ὠρία καὶ Καστάλων. qui locus huic Strabonis est plane geminus: sed liberandus est mendis, quibus est obsessus Stephani codex. Nam primum Ὠρισία male legitur, item Ὀρσία adhuc ineptius pro Ὠρία, ut recte habet Strabo, et ita quoque Stephanum scripsisse, ex ipso certissimum est. Deinde Καστάλων pro Καστάλων scripi perperam, non dicam suspicari me, sed certo scire ex ipso Stephano, qui alio loco Castalonem magnam urbem Oretaniae ex eodem Artemidoro commemorat. Mirum vero, quum toties hanc urbem Strabo nominet, nusquam ejus nomen recte scriptum posse reperiri. Casaub.

Utriusque urbis nomen corruptum ex Ptolemaei lib. II. cap. 6. corrigendum est, apud quem Καστουλῶν et Ὠρητων, seu Ὠρητων Γερμανῶν. *) Plin. quoque lib. III. c. 3. ejus oppidanos *Castulonenses* memorat, et Caesar de B. C. lib. 1. celebrat saltum Castulonensem. Pinedo *in Stephan. de urb. p.* 367. *n.* 90. *et p.* 734. *n.* 24. Alm.

P. 408. l. 3. Τοῦ δὲ Τάγου τὰ πρὸς ἄρκτον, ἡ Λυσιτανία ἐστί] Longe alius Lusitaniae περιορισμὸς apud Romanos scriptores et Ptolemaeum: quem non ignoravit Strabo, ut ipse mox docet: sed maluit tamen sequi veterum Geographorum divisiones, quam Romanorum principum, qui pro sua libidine provinciarum terminos modo hos, modo illos, constituebant. **) Casaub.

---

*) Varie explicatur ab aliis. V. Florez. Esp. sagr. T. 5. p. 25., qui vult Oretum. Tzsch.

P. Merula Cosmogr. P. II. Lib. II. c. 20. Ὠρητανοὶ Ptolem. et Straboni; *Germani* Plinio, unde urbs eorum Ptol. Ὠρητων Γερμανῶν. Stephano simpliciter Ὠρισία, Straboni fortean inemendatius Ὠρία, h. *Oreto*, ut scribit Moralis. Alm. *in Addend.*

Cor. in vers. gall. in Strab. et Steph. malit Ὠρητία, unde Ὠρητανοί, nihil tamen usquam mutavit. Fr.

**) Ibid. l. 9. γνώριμα] Esc. et Mosc. γναφιμώτα. Nempe in Mosc. Tz. γνώριμα superaddito τ. Vet. Intp. *famae majoris.* Tum Mosc. Tz. pro τἄλλα ex more τἆλλα. V. de Med. Pent. Syll. p. 332. et quae subtiliter admodum disputavit *F. A. Wolf.* in Analectt. T. II. p. 431. Deinde pro ὑπεναντίως, quod confirmant Mosc. Tz. Paris. Vet. Intp., repositum a *Breq.*, vett. edd. ὑπεναντίους. Fr.

P. 408. l. 11. ἔνιοι καὶ τούτους Λυσιτανοὺς ὀνομάζουσι] Ptolemaeus quidem in descriptione Lusitaniae Οὐέττωνας commemorat. Casaub.

P. 408. l. 12. Ὅμοροι δ' εἰσὶν] Non Lusitani, sed ii, quos dixit latus orientale Lusitaniae efficere, Carpetani, Vettones, Vaccaei et Callaici. Casaub.

P. 408. l. 13. τῶν Ἀστουρίων] Fortasse Ἀστούρων vel Ἀστύρων. Infra Ἀστούρους vocat. *) Casaub.

P. 408. l. 14. μυρίων καὶ τρισχιλίων] Nemo ex superioribus non intelligit, non falsum modo hoc esse, sed et impossibile. quia tamen non habebam, quod substituerem certo, reliqui. Nam Ptolemaei rationes non libet huc accommodare, saepe admodum a nostri auctoris sententia diversas. forte numeri errorem genuerunt, et CIↃ CCC stadia legendum, χιλίων τριακοσίων? Xyland.

Assentior Xylandro putanti e notis α, τ, fuisse factas ι, γ, hoc est, positum esse 15000. pro 1300. **) Casaub.

[P] P. 409. l. 10. Ἡ δ' οὖν χώρα, περὶ ἧς λέγομεν] Lusitania, cujus laudes e Polybio habes apud Athenaeum init. lib. oct. ***) Casaub.

P. 409. l. 15. Μουλιάδας] Ptolemaeo fluvius ἐφεξῆς

---

*) *Cor.* verba *καὶ τοῖς Ἴβηρσι* signis νοθείας inclusit, uti antea fecerat in not. ad vers. gall., ubi male ea putat orta ex seqq. τοῖς Κελτίβηρσι, nec profici quidquam e conj. *Breq.* in vers. gall. MS. τοῖς Καλλαϊκοῖς, τῷ τῶν Ἀστύρων ἔθνει, καὶ τοῖς Ἴβηρσι. Fr.

**) *Falc.* potius scriptum fuisse arbitratur γ, ρ' i. e. 3100. Contra *Gossell.* in *Géogr. anal.* p. 67. sq. et in *Recherches* T. IV. p. 36. sq. reponendum esse asserit 3000, quod ex vario mensurarum genere demonstrare studet. Huic accedens *Cor.* verba *μυρίων καὶ* delenda censet. Fr.

P. 409. l. 2. Ἤδη] *Penzel.* vertit *Daher. Cor.* in vers. gall. et ed. gr. ἤδη mutavit in ἦ δὴ, *quapropter*, qua in re assensu Mosc. Tz. gaudet. Vet. Intp. omni transitu caret. Posidonii fragm. est in ed. *Bak.* p. 104. *Cor.* in vers. gall. fieri potuisse ait, ut post παραλίαν exciderit τὴν Ἰβηρικὴν, quemadmodum vertit, deletis deinde τῇ Ἰβηρίᾳ. Nunc dedit tantummodo τ. παρ. τὴν κατὰ τὴν Μαυρ. Simplicius τὴν παραλίαν licet per se jam intelligere de Hispaniae ora, ut antea vocatur ἡ ὑποκειμένη χώρα — μέχρι θαλάττης, pro quo Med. 2. μ. πελάγους et l. 8. ἀνταποδούσας pro ἀνταποδιδ. Fr.

***) Ibid. l. 11. hoc ordine verba scripsit *Cor.* cum Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. καὶ διαῤῥεῖται ποταμοῖς μεγάλοις τε καὶ μικροῖς. Mox l. 11. pro ἅπασιν Esc. ἅπασα et in Mosc. α supr. V. T. VII. p. 216. Deinde pro μερῶν Esc. habet πλευρῶν. Fr.

τῷ *Τάγῳ* est *Μόνδας*. Etsi autem scio, Graecos non eodem modo omnes barbara ista nomina solitos efferre, persuasum tamen habeo, non aliter scripsisse Strabonem, quam Ptolem. Legitur in Strabone quoque *Μοίνδας*. *) Plinius (IV. c. 22.): *Ab Durio Tagus* cc. M. P. *intervenientе unda*. CASAUB.

P. 409. l. 15. *καὶ Οὐάκκα*] Apud Ptolemaeum Mondae succedit *Οὔακκος*. **) CASAUB.

P. 409. l. 16. *μετὰ δὲ τούτους Δούριος*] Ptolemaeus, postquam superiorum fluminum *ἐκβολὰς* nominavit, *μεθ' ἃς*, inquit, *αἱ τοῦ Δουρίου ποταμοῦ ἐκβολαί*. Appiano semper *Δούριος*. Plinius (IV. c. 20.) hunc fluvium eodem modo, quo Strabo, fere describit. *Durius amnis*, inquit, *ex maximis Hispaniae, ortus in Peleudonibus* ***) *et juxta Numantiam lapsus, dein per Arevacos Vaccaeosque, disterminatis ab Asturia Vectonibus, a Lusitania Gallecis, ibi quoque Turdulos a Bracaris arcens*. †) CASAUB.

P. 410. l. 3. *Εἶθ' ἕλλος ποταμοί*]. Avum fluvium commemorat Ptolemaeus inter Duriam et Nebin, cui succedit fluvius Limius, qui est Oblivionis fluvius, contrario ordine, quam apud Strabonem. Avo Celandum adjungit Mela (III. c. 1.). CASAUB.

P. 410. l. 3. *ὁ τῆς Λήθης*] Non dicit *ἡ Λήθη*, sed *ὁ τῆς Λήθης*. Recte. Nam is fluvius non Oblivio, sed Oblivionis fluvius appellabatur. Pomponius Mela (III. c. 1.) [§. 8. ubi plura dabit *Tzschuck*. T. III. P. III. p. 34. sq. et *Schott*. ad h. l. T. II. P. III. p. 52.] *Et, cui Oblivionis cognomen est, Limia*. Plinius (IV. c. 22.): *Aeminius, quem alibi quidam intelligunt et Limaeam vocant, Oblivionis antiquitus dictus*. Sic igitur Graece non *Λήθη*, sed *τῆς Λήθης* dici debet. Fallitur ergo vir eruditus, qui annotat, Limaeam a Strabone *Λήθην*

*) Med. 1. e corr. *Μονδάδας*. *Cor.* utrobique recepit *Μοίνδας*, ut ante eum *Penz*. Nempe *AI* et *N* confusa videntur: v. *Bast*. Comment. Palaeogr. p. 723. Postea l. 17. *Νομαντίαν* Med. 1. 2. Mosc. Paris. pro *Νουμ*. FR.

**) Med. 1. h. l. Strab. e corr. habet *Οὐάσκος*. FR.

***) Rezzonici ex inscr. ap. Gruter. probat Pellendones. Vid. in disquis. Plin. T. 2. p. 65. TZSCH.

†) Pro *ὀπτανσσίονες*, quod infra redit, Vet. Intp. bis CCC. Mosc. Tz. ignorat τε post *σχεδόν*. Par. 1. 3. Ald. Hopp. *ἀναπλησμένους* pro — *ὁμοίως*. FR.

appellari. Fallitur etiam Appianus [Hisp. c. 72. quod tamen defendit *Schw.*], qui, cum reperisset, hunc fluvium λήθης appellari secundo casu, rectum inde finxit ὁ Λήθης, quod non debuit. Nam et fluvius inferorum τῆς Λήθης vocatur. In Epigramm. (Anth. III. c. 1. ep. 19.) *):

— — — σὺ δ', εἰ θέμις, ἐν φθιμένοισι
Τοῦ Λήθης ἐπ' ἐμοὶ μήτε πίῃς πόματος.

In Epitoma Livii LV. male *fluvium oblivionem* vulgo edunt, quum sit legendum *Oblivionis*. Apud Livium ipsum non dissimile mendum observabimus. Nam ubi vulgo edunt lib. XXXIV. [c. 26.]: Misit expeditos pedites equitesque, qui circa Cylarabin (gymnasium, id est, minus trecentos passus ab urbe) cum erumpentibus a porta Lacedaemoniis proelium commiserant. legendum est, *qui circa Cylarabis gymnasium, (id est* etc.). Neque enim Cylarabis appellatus est ille locus, sed Cylarabis gymnasium. Pausanias *Κυλαράβου γυμνάσιον*, in Corinthiacis. (II, 22.) Redeo ad Lethaeum fluvium: de eo Silius Italicus lib. IX. (v. 235.):

Quique super Gravios lucentes volvit arenas,
Infernae populis referens oblivia Lethes.

Strabo lib. XIV. [T. V. p. 567. sq.] varios Oblivionis fluvios referens, *ληθαίους* vocat. CASAUB.

P. 410. l. 4. *ὃν τινες Λιμαίαν*] Sic Plin. Mela (III. c. 1.) vocat Limiam. Ptolemaeus Limium. **) CASAUB.

P. 410. l. 4. *Βελιώνα*] Vox est corrupta, cum Strabo *Ὀβλιονιῶνα* (puto) scripsisset. de hoc monui in annotationibus ad XXXIVam Plutarchi [T. VII. p. 104. ed. Reisk.] rerum Romanarum quaestionem. *Λιμαῖος* paulo post *Λήμιος* legitur: utrum rectius, non pronuncio: certe Limaeus est etiam apud Plinium IV. 22. XYLAND.

[P] Non displiceret eruditissimi viri conjectura super his verbis, putantis esse allusum ad vocem Lati-

*) Epigr. Adesp. DCXLII. 4. coll. *Jacobs.* ad Procl. Hymn. in Mus. v. 6. in Anth. Gr. T. X. p. 284. et *Boisson.* ad Marin. Vit. Procl. p. 79. FR.

**) Med. 1. Par. 3. *ἐς Λημαίαν*. Vet. Intp. *Eslemea*. Adhaesit ultima syllaba *es* vocis praegressae *τινὲς*. Par. 1. Mosc. *Λημαίαν*. Med. 1. 2. e corr. *Λίμιον*. *Penzel.* hunc fl. putat esse h. el rio Guadalete, quem errorem in Baudrandio *Cor.* castigasse monet *Lopez.* geogr. de Estrabon L. III. p. 142. sqq. FR.

nam Oblivionis: tum legerem Ὀβλιουιῶνος, non ὄνα. Sed obstant veteres libri, in quibus omnibus constanter ita legitur. Nihil igitur mutandum. *) CASAUB.

P. 410. l. 6. καὶ ὁ μετ' αὐτὸν Βαῖνις] Lego μετ' αὐτόν. **) Nam ordinem fluviorum indicat: quanquam Ptolemaeus, ut iam dixi, aliter collocat. Existimo enim, quem hic vocat *Baïnin*, non alium esse ab eo, qui Ptolemaeo Νῆβις. CASAUB.

P. 410. l. 6. οἱ δὲ Μίνιον φασὶ] Etiam Ptolemaeo fluvius, qui Lethaeo succedit, Minius appellatur: sed is alius est a Baeni: siquidem Baenis et Nebis idem est fluvius. Suspicari aliquis possit, legendum esse hoc loco, Νίμιος vel Νίνιος. Nam Appianus eum fluvium, qui Lethaeo succedit, ita nominat: περάσας δὲ καὶ τόνδε (λήθην) καὶ μέγαν Νίμιος ἕτερον ποταμὸν παρελθών. Veruntamen in tanta scriptorum inconstantia nihil affirmare possumus. CASAUB.

P. 410. l. 6. πολὺ μέγιστος] Plinius (IV. c. 22.) testatur Minium amnem IV. M. P. ore spatiosum esse. CAS.

P. 410. l. 7. ἐπὶ ὀκτακοσίους σταδίους] Lege ὀκτακοσίους. ***) CASAUB.

P. 410. l. 10. καὶ χηλαὶ δύο ὅρμους ἔχουσαι] Χηλὰς †)

---

*) Secutam a Cas. opinionem tuetur P. Merula Cosm. P. II. L. I. c. 7. legique vult Ὀβλιουνίνα. ALMEL. *in Addend.* Huic accedit *Broq.* ad h. l. *Lopez.*, ut *Cor.* adnotat, respexisse h. v. ad lacum h. Beon, unde Lima oritur. FR.

**) Ante *Cas.* μετ' αὐτῶν. *Cor.* in vers. gall. Appiani Νίμιος mutandum censet in Νῆβιος s. Νίβιος, hod. Neiva, contraque Strabonis Βαῖνις in Μαῖνις, propter facilitatem confusionis in literis μ et β. V. supra T. VII. p. 369. A *Cas.* conjectura multum recessit etiam *Broq.* V. *Tzschuck.* ad Mel. l. l. ubi Naebis et Minius. Prave legitur in Lex. Philemon. et Phavorin. Μηνιός, quod correxit jam *Bast.* in Epist. Crit. p. 153. FR.

***) Edd. ante *Cas.* ὀκτακοσίους — σταδίους. Vet. Intpp. CCC. quod h. l. praeferendum censet *Gossell.* Mox Par. 1. Med. 1. 2. Mosc. Paris. Κατάβρων pro Καυτ. Posidonii fragmentum, quod sequitur, in *Bakii* collectione desidero. Illius errorem circa originem et magnitudinem Minii exagitarunt *Mannert.* Geogr. Gr. et Rom. T. I. p. 537. sq. *Tzschuck.* l. l. et *Cor.* ad h. l. FR.

†) V. *Dorvill.* ad Charit. p. 270. Lips. *Jacobs.* ad Anth. Gr. T. VIII. p. 258. *Göller.* de situ et orig. Syracus. p. 76. sq. *Vales.* ad Harpocr. p. 87. ed. Gron. Mox Mosc. Tz. κλημυφαεσσι (sic) pro — σσαν et Stroz. ὑπερκεῖσθαι pro ὑπερχ. FR.

vocant Graeci, quas Latini *pilas:* hae erant moles in mare procurrentes, et portum a ventis defendentes. Hoc sensu in Glossario *Pila* explicatur *παραστάς:* nam quod in foribus *παραστάδες*, id in portu istae *χηλαὶ* et pilae. *Moles* etiam vocant Latini scriptores: Graeci generali interdum voce *χώματα*. Pollux (1. c. 9.) *χηλὰς* enumerat inter loca, ad quae navis commode potest appellere. Recentiores Graeci *μώλους* Latina voce appellant. CASAUB.

P. 410. l. 14. *Τῆς μὲν οὖν Βρούτου στρατείας ὅρος οὗτος*] Idem docet Appianus. Nam is, postquam exposuit res a Bruto gestas trans Minium, adjicit, inde eum esse Romam profectum. Epitome Livii LV. *D. Junius Lusitaniam urbium expugnationibus usque ad Oceanum perdomuit: et quum fluvium Oblivionis transire nollent, raptum signifero signum ipse transtulit, et sic, ut transgrederetur, persuasit.* CASAUB.

P. 410. l. 15. *ἄλλοι πλείους ποταμοὶ*] Via et Tamara Ptolemaeo. CASAUB.

P. 410. l. 17. *Τοῦτοι δ' οἰκοῦσιν Ἀρταβροι*] Mira confusio apud Plinium in expositione hujus tractus. Primum Nerion promontorium male confundit cum Olisipponensi. Nam aut fallor vehementer, aut haec duo fuere occidui lateris diversa promontoria: prius Olisipponense, ubi Olisippo urbs, deinde Nerium: quod Strabo et Ptolemaeus ajunt accoli ab Artabris: ideo promontorium Artabrum a veteribus nonnullis dictum: quos dum reprehendit Plinius, ipse, opinor, se non intelligit Celticum autem idem esse cum Nerio, inde intelligimus, quod Strabo mox testatur, Celticos *τὴν ἄκραν περιοικεῖσθαι*. CASAUB.

P. 411. l. 4. *τοῦ Λιμαίου ποταμοῦ*] Lege *Λιμαίου*, ut supra *Λιμαίας*. et Plinio Limaeas. In scriptis libris est *) *Λιμέου*, sicque vetus [interpr.] vertit. CASAUB.

P. 411. l. 9. *Ἀρτάβρων λιμένας προσαγορεύουσιν*] Scripti libri **) *λιμένα*. Ptolemaeo etiam *Ἀρταβρῶν λιμήν*. CASAUB.

---

*) Par. 1. 3. Med. 1. Eton. Mosc. *Λιμέα*, Ven. Vat. A. B. *Λιμέου*, Esc. *Λημαίου*, Med. 2. *Λιμαίου* et e corr. *Λημαία*, Ald. Hopp. *Λημίου*, Vet. Intp. *Lineam.* Edd. recentt. secuti sunt *Cas.* Tum l. 7. pro *ἀγορευθῆναι Cor.* in vers. gall. mavult *προσαγ.* vel *ἀναγορ.*, quod dubitanter scripsit in ed. gr. [*ἀν*]*αγορευθῆναι*. FR.

**) Ita Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Ven. Intp. Par. 1393., unde

P. 411. l. 10. *οἱ δὲ νῦν τοὺς Ἀρτάβρους, Ἀροτρέβας καλοῦσι*] Dubium est, docendine an reprehendendi animo haec *) scribat. Plin. (IV. c. 22.) quidem aeriter reprehendit. Cum enim dixisset, Arotrebas promontorium Celticum accolere, postea eos reprehendit, qui Artabros ibi collocarent. Vide locum. Mela [III, 1, 8. ubi v. *Tzschuck.* not. crit. p. 57. sq.] Ἀρταβρῶν λιμένα Ptolemaei et Strabonis Arotebrarum portum nuncupat. Qui autem conciliare nituntur Plinium Melae, frustra sunt. CASAUB.

[P] P. 411. l. 11. *περὶ τριάκοντα*] Scripta lectio, *περὶ ρ* **), hoc est *πεντήκοντα*. Lusitaniam testatur Plinius totam esse populorum XLV. CASAUB.

P. 411. l. 17. *πρός τε ἀλλήλους*] Eleganter scripti libri *καὶ πολέμῳ συνεχεῖ πρός τε ἀλλήλους, καὶ τοὺς ὁμόρους.* ***) Tali autem ingenio esse hodieque Hispanos, nimis verum est. Justinus (XLIV. c. 2.) pene ad verbum: *Corpora hominum ad inediam laboremque: animi ad mortem parati. Bellum quam otium malunt: si extraneus deest, domi hostem quaerunt.* Silius Italicus (v. 252):

Prodiga gens animae, et properare facillima mortem.
Namque ubi transcendit florentes viribus annos,
Impatiens aevi spernit novisse senectam. CAS.

P. 412. l. 2. *καὶ κώμας ποιήσαντες τὰς πόλεις αὐτῶν*] *Κῶμαι* sunt, quae moenibus carent: *πόλεις*, quae moenibus cinguntur. Consilium autem Romanorum, quo hic usi dicuntur ad pacandam Hispaniam, a M. Porcio

---

assumsit *Cor.*, qui et antea scripsit *ὧν οἱ πλέοντες καὶ χρώμενοι* pro *ὧν οἱ πλ. χρ.* confirmatus a Vet. Intp. Particulam *καὶ* agnoscunt Esc. Mosc., eamque simul cum *ὧν* Eton. Fr.

*) Par. 1393. Ἀροτρίβρας. Vet. Intp. *Arotebras.* Fr.

**) Ita Med. 1. Par. 3., sed ille e corr. Λ'. Majorem numerum cum *Breq.* admisit *Cor.*, ut *Penz.* fecerat. Mox l. 12. *Cor.* Ἀρτάβρων, ut Mosc. Tz. Antea Ἀρταβρῶν in Alm. Sieb. Deinde l. 13. Med. 2. *οὔσης* pro *ὑπαρχούσης*. Tum l. 15. pro *ὅμως* Med. 2. Eton. Esc. et e corr. Med. 1. Ald. Hopp. *ὁμοίως*. Nota confusio. cf. *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 631. *Lobeck.* ad Soph. Aj. Schol. p. 97. et p. 416. v. 1359. *Tzschuck.* ad Strab. T. V. p. 23. Fr.

***) Ante *Cas.* legebatur *διατ. πρός τε ἀλλήλους καὶ συνεχεῖ πολέμῳ.* Mosc. Ven. A. mutant ordinem *καὶ συν.* Fr.

P. 412. l. 1. Ἤρξαντο] *ἦρχον* Eton. Esc. Mosc. *ἴσχον* Par. 3. Tum pro *ἀνοίας* Par. 3. Med. 1, 2. Esc. Vet. Intp. Ald. Hopp. Xyl. *ἀνομίας*, quod revocavit *Cor.* Debemus errorem ed. *Cas.*, ubi *μ* excidit, quod fugit *Cor.* et *Breq.* Fr.

Catone auctore est profectum: qui, teste Plinio, effecit, ut omnium urbium, quae intra Baetin essent, muri una die dejicerentur. Vide Appianum [Hisp. c. 41.] et Plutarch. Frontinus (Strat. I. c. 1.): *M. Porcius Cato devictas a se Hispaniae civitates existimabat in tempore rebellaturas fiducia murorum: scripsit itaque singulis, ut diruerent munimenta, minatus bellum.* Ergo quod Cato in parte Hispaniae a se subacta fecerat, id postea, qui Lusitaniam devicere, sunt imitati. Is autem fuisse videtur Caesar, qui Lusitanos et Callaicos primus, teste Plutarcho, sub jugum Romanorum misit; Augusto id tribuit Strabo non uno loco. Casaub.

P. 412. l. 9. *στεῖραν εἶναι*] Libri veteres *), *στεῖραν οὖσαν τῶν ἐμφύτων ἀγαθῶν, οἰκεῖσθαι ὑπὸ λῃστῶν.* Cas.

P. 412. l. 12. *ὀξεῖς, κούφους* **)] Diodorus lib. quinto [c. 34.] de Lusitanis: *κούφοις γὰρ χρώμενοι καθοπλισμοῖς, καὶ παντελῶς ὄντες εὐκίνητοι καὶ ὀξεῖς, ὀυσχείρωτοι τοῖς ἄλλοις εἰσί.* Casaub.

P. 412. l. 12. *εὐεξελίκτους*] Hoc est, qui facile aciem explicent: nam id Graeci dicunt *ἐξελίσσειν τὴν τάξιν.* ***) Dio [XL, 23. coll. XLI, 60.] *τὴν γὰρ τάξιν, ὅπως ἀντιπρόσωποι αὐτοῖς γένωνται, ἐξελίξαντες.* Xenophon quoque (*παιδ.*

*) Eton. Esc. Mosc. *οὖσαν*, et *δ'* abesse dicitur in Par. 3. Esc. Mosc. Lectio minima spernenda, confirmata etiam a Vet. Intp. *ut neglectus ager, innatis privatus bonis, a latronibus habitaretur.* Fr.

**) Eton. Esc. Mosc. Stroz. *κώφους*, sed Eton. *ου* supr. et Mosc. in marg. *κούφους*. De hac confusione v. *Valcken.* ad Ammon. p. 134. Animadv. *Brunck.* ad Apoll. Rhod. IV, 1238. *Jacobs.* ad Anth. Palat. T. III. p. 641. et 737. Vet. Intp. *agiles.* Strabo infra p. 436, 11. *Ἴβηρες κοῦφοι κατὰ τὸν ὁπλισμὸν διὰ τὰς λῃστείας, οἵους ἔφαμεν τοὺς Λυσιτανούς.* Similiter dicitur *κοῦφα ἄλλεσθαι.* Exempla pete a *Jacobs.* ad Anthol. Gr. T. VI. p. 424. *Porson.* in Adverss. p. 244. Angl. (p. 215. Lips.) — Antea l. 11. *φασὶ* deest Med. 2., ubi et simplex *ἐρυσιν.* Fr.

***) V. *Schneider.* Lex. Gr. s. v. *ἐξελίσσειν* et *Vales.* praef. ad Polyb. T. VII. p. xxv. ed. Schweigh., qui *Cas.* reprehendit, quod h. v. verterit *aciem explicare*, quum potius sit Lat. *subducere.* Dionys. Hal. Ant. Rom. VIII, 67. *ἐξελίξαντες τοὺς λόχους, βάδην ἀπεχώρουν ἐπὶ τὸν χάρακα.* Procop. B. Pers. I, 15. ap. Suid. et Phavor. s. v. *ἐξελίξαντες. Εἶτα ὑμεῖς τὰς φάλαγγας ἐξελίξαντες, ἀγχίστροφοι γινόμενοι, ἀντιμέτωποι γίνεσθε τοῖς δυσπονοις.* Sunt nempe plura *τοῦ ἐξελίσσειν* genera, quae v. ap. Suid. s. v. *ἐξελιγμῶν*, cf. *Sturz.* Lex. Xenoph. T. II. p. 217. Fr.

lib. VIII.) ait ducis boni esse, *ὄπισθεν ἐπιφανέντων τῶν πολεμίων, ὀρθῶς ἐξελίξαι.* CASAUB.

P. 412. l. 13. *ἀσπίδιον δ' αὐτοὺς ὄπουν*] Polybius lib. III. [c. 114.] testatur, scuta similia fuisse Gallis et Hispanis. De Gallicis lib. seq. *θυρεοὺς* vocat Polybius. Idem Diodorus lib. quinto. CASAUB.

P. 412. l. 15. *παραξιφὶς πρὸς τούτοις, ἣ κοπὶς*] Idem Polybius gladios Hispanorum et Gallorum diversos ait esse. Horum usum esse tantum *πρὸς καταφορὰν*, ad caedendum: illorum *πρὸς κέντημα καὶ καταφορὰν*, ad punctim caesimque pugnandum; describitur a Diodoro pluribus lib. v. *) CASAUB.

P. 412. l. 16. *λινοθώρακες οἱ πλείους*] Polybius [l. c.]: *Καὶ τῶν μὲν Κελτῶν γυμνῶν, τῶν δ' Ἰβήρων λινοῖς περιπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων, ξενίζουσαν ἅμα καὶ καταπληκτικὴν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν πρόσοψιν.* CASAUB.

P. 412. l. 17. *σπάνιοι δὲ ἀλυσιδωτοῖς χρῶνται*] Ait, *σπάνιοι*, **) quia Gallorum proprium inventum; non Hispanorum, lorica. Varro (L. Lat. IV. p. 29. ed. Dordr.): *Lorica a loreis, quod de corio crudo pectoralia faciebant: postea succuderunt Galli e ferro sub id vocabulum ex annuleis ferream tunicam.* Usos tamen lorica fuisse Celtiberos testatur et Diodorus. CASAUB.

P. 413. l. 1. *οἱ δ' ἄλλοι νευρίνοις κράνεσιν*] Diodorus

---

*) Cap. 33. *ξίφη δὲ ἀμφίστομα καὶ σιδήρῳ διαφόρῳ κεχαλκευμένα φορεῖσιν, ἔχοντες σπιθαμιαίας παραξιφίδας, αἷς χρῶνται κατὰ τὰς ἐν ταῖς μάχαις συμπλοκάς.* Hinc *Falc.*, cui *κοπὶς* i. q. *ξίφος* esse videtur, legendum censet h. l. *καὶ κοπὶς*. Confirmat hoc quodammodo Appian. Annib. c. 20. *Κελτίβηρας ἐπὶ τοῖς μακροῖς ξίφεσιν ὑπὸ τοῖς χιτῶσιν ἄλλα ξίφη βραχύτερα περιζωσεν*, sed ea Annibal demum assumi jussit. Vet. Intp. *gladiolus* aut *pugio*. Recte. Plutarch. Arat. c. 25. *κατασπασάμενος αὐτοῦ μικρὰς παραξιφίδας ἐνέβαψεν εἰς σάγματα.* Eustath. ad Hom. Od. *I.* p. 1629, 61. *Λέγεται ὅτι Κελτοὶ ῥέα πολλὰ ἐν ὕδασι σπογάσαντες καὶ ὀπτὰ ἐπ' ἀνθράκων ἢ ὀβελίσκων προσφέροντες αὐτὰ καθαρίως μὲν, λεοντωδῶς δὲ, ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις αἴροντες ὅλα μέλη καὶ ἀποδάπτοντες. ἐὰν δέ τι ἢ ὀνοπώδοπαστον, μαχαιρίῳ μικρῷ παρατέμνοντες, ὃ τοῖς κολεοῖς ἐν ἰδίᾳ θήκῃ παράκεινται. τοῦτο δὲ δῆλον, ὡς οἱ μὲν παραξιφίδα καλοῦσιν, οἱ δὲ ἐγχειρίδιον.* Hausta haec sunt, exceptis ultimis, ex Athen. IV. p. 151. sq. coll. Eustath. ad Il. *I.* p. 413, 55., unde emendari potest Phavorin. FR.

**) Diod. de Lusitanis: *χρῶνται δὲ καὶ σαυνίοις ὁλοσιδήροις ἀγκιστρώδεσι.* Idem c. 30. de Gallis: *θώρακας δ' ἔχουσιν οἱ μὲν σιδηροῦς ἁλυσιδωτούς.* Ald. Hopp. *ἁλυσ.* FR.

auctor est, Lusitanos φορεῖν ἐν τοῖς πολέμοις πέλτας μικρὰς παντελῶς, διαπεπλεγμένας νεύροις καὶ δυναμένας σκέπειν τὸ σῶμα περιττότερον διὰ τὴν στερεότητα. Idem *) Celtiberis κράνη tribuit χαλκᾶ. CASAUB.

[P] P. 413. l. 1. οἱ πεζοὶ δὲ καὶ κνημῖδας **) ἔχουσι] Diodorus de Celtiberis: καὶ περὶ τὰς κνήμας τριχίνας εἱλοῦσι κνημῖδας. CASAUB.

P. 413. l. 2. ἀκόντια δ' ἕκαστος πλείω] Gaesa intelligit. Glossarium [p. 22. ed. Lond.]: Ἀκοντίου εἶδος, *Gesa*. Sunt autem gaesa Hispanis propria. Nam qui Gallorum inventum esse volunt, quia dixit Virgilius (Aen. VIII. 661.):

— — — — Duo quisque Alpina coruscant
Gaesa manu.

falluntur, nisi me Athenaeus fallit: qui lib. VI. auctor est, gaesorum usum didicisse Romanos ab Hispanis. Scio tamen, gaesa Gallis tribui a plerisque scriptoribus.***) Pollucis (VII. c. 33.) vero, dum de gaeso agit, merito inscitiam mireris. CASAUB.

P. 413. l. 4. Λακωνικῶς διάγειν φασί] Lacones in Hispania olim fuisse, et testatur infra Strabo diserte, et ex aliquot oppidorum nominibus, quae commemorant Plinius et Ptolemaeus, facile est intelligere. CASAUB.

P. 413. l. 5. ἀλειπτηρίοις χρωμένους δὶς †) καὶ πυρίαις] Explicat, quid sit Λακωνικῶς διάγειν: oleo nimirum unguere se, et uti πυρίαις. Dio lib. LIII. [c. 27. ubi v. Intp.] de Agrippa: τὸ πυριατήριον τὸ Λακωνικὸν κατεσκεύασε. Λακωνικὸν γὰρ τὸ γυμνάσιον, ἐπειδὴ περ οἱ Λακεδαιμόνιοι γυμνοῦσθαί τε ἐν τῷ τότε χρόνῳ καὶ λίπα ἀσκεῖν μᾶλλον ἐδόκουν, ἐπεκάλεσε. Straboni alio interprete non fuit opus. Porro, quid sit πυρία, hoc est caldarium sive ††) tepidarium

*) C. 33. περὶ δὲ τὰς κεφαλὰς κράνη χαλκᾶ περιτίθενται φοινικοῖς ἠσκημένα λόφοις. FR.

**) Cor. Sieb. Alm. κνημίδας. Male. V. *Spohn.* de Extr. Odyss. p. 171. *Tzschuck.* ad Strab. T. III. p. 485. sq. *Schaefer.* ad Long. Past. p. 347. FR.

***) De gaesis v. quae disputantur a *Wesseling.* ad Diod. Sic. XIII, 57. *Schweigh.* ad Polyb. II, 22, 1. Intpp. ad Poll. l. l. FR.

†) *Falc.* conjicit δέ. Causam non exputo. Tum καὶ deest Par. 1. 3. Esc. Mosc. Stroz. Bemb. Ven. ante ψυχρολουτροῦντας, de cujus v. forma cf. *Lobeck.* Specim. in Phrynichi Ecl. IV. p. 5. Addo Lucian. Icaromen. 32. ψυχρολουτῶ T. II. p. 788. ed. Reitz. FR.

††) Dampfbäder. Sic de Medea Palaephat. c. 44. [ubi cf. Ind.

Laconicum, praeter alios vide apud Vitruvium lib. v. cap. x. Athenaeus lib. xii. (c. 3. p. 519.) tradit, apud Sybaritas inventas fuisse pelves, in quibus sedentes calefierent. εὑρέθησαν, inquit, καὶ πύελοι, ἐν αἷς κατακείμενοι ἐπυριῶντο. quem locum interpres longe aliter accipit. Notandum autem, non apud Lacones tantum fuisse in usu τὰ πυριατήρια. nam Aristoteles et Plutarchus, et alii Graeci auctores passim eorum meminere. CASAUB.

P. 413. l. 6. καὶ μονοτροφοῦντας] Phylarchus apud Athenaeum (II. c. 6. p. 44.) testatur, τοὺς Ἴβηρας πάντας ὑδροποτεῖν, καίτοι πλουσιωτάτους ἀνθρώπων ὄντας· μονοσιτεῖν τε αὐτοὺς λέγει διὰ μικρολογίαν, ἐσθῆτας δὲ φορεῖν πολυτελεστάτας. CASAUB.

P. 413. l. 7. καθαρίως καὶ λιτῶς] Sic de se Ausonius semihispanus: *victum, vestitum, supellectilem, munda, non splendida.* Diodorus Siculus [c. 35.] de Celtiberis testatur, esse eos ἐπιμελεῖς καὶ καθαρίους τὰς διαίτας. CASAUB.

Ptolemaeus Tetrabibli lib. sec. docet, Tyrrheniae, Galliae et Hispaniae gentes esse φιλοκαθάρους [deest h. v. Lexicis] et munditiei studiosas: et causam scilicet affert, διὰ τὸ συνοικειοῦσθαι τῷ τοῦ Τυξέτου καὶ τῷ τοῦ Διός. De Italis et Gallis certissimum est: et diserte nostris Gallis hanc laudem tribuit Geographus lib. seq. Athenaeus lib. iv. [l. l.] de conviviis Gallorum: προσφέροντας δὲ ταῦτα καθαρίως. Porro vox haec apud Pollucem scribitur per ει, καθαρειως, qui quidem grammaticus nimis superstitiose vocem καθάρειος damnat, qua usi sunt cum alii, tum Aristoteles non uno loco, ut Rhetor. l. i. c. 4. καὶ τοὺς καθαρείους περὶ ὄψιν, περὶ ἀμπεχόνην, περὶ ὅλον τὸν βίον. tum Diodorus Sicul. atque alii. Locus Poll. est lib. vi. c. 4. *) CASAUB.

Fisch.] et saepe in Hippocr. V. Foes. Oecon. Hippocr. s. v. αὐρίη p. 547. et Böttiger. Gr. Vasengemäld. T. I. P. 2. p. 178. — Reinesius adscripserat in ed. Cas. *fomentis e lapidibus candentibus.* [Quam recte, v. ap. *Wesseling.* ad Herodot. IV, 75. FR.] TZSCH.

Attigit rem *Jacobs.* ad Anthol. Pal. T. III. p. 698. *Cor.* laudat Cels. II, 17. III, 27. Galen. Expl. Hippocr. s. v. Πυρίαι. FR.

*) V. *Porson.* Adverss. p. 86. Lips. *Wyttenbach.* ad Eclog. Hist. p. 375. ed. alt. *Sturz,* Lex. Xenoph. T. II. p. 602. *Schweighaeus.* ad Polyb. XI, 9, 4. — Tum l. 11. καὶ ante δὲ ἀνθρ. deest Med. 1. Par. 3. Stroz. Bemb. Ven. Deinde l. 13. ἐν τοῦ

P. 414. l. 5. *Πάντα* *) *θύειν ἑκατὸν*] *Πάντα*, hoc est *ἑκάστου γένους*. Sic apud Athen. lib. IV. (cap. 10. p. 144.) *ἑκατὸν πάντα παρατίθεσθαι*. Sic ille: *Θεόπομπος δ' ἐν τῇ τριακοστῇ καὶ πέμπτῃ τῶν ἱστοριῶν, τῶν Παφλαγόνων φησὶ βασιλέα Θῦν ἑκατὸν πάντα παρατίθεσθαι δειπνοῦντα ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἀπὸ βοῶν ἀρξάμενον.* **) CASAUB.

[P] P. 414. l. 9. *χρῶνται δὲ καὶ ζύθῳ*] *ζύθος* est *πόμα ἐκ κριθῶν κατασκευαζόμενον*: praeter Grammaticos ***) Diodorus lib. quarto [V, 26. ubi v. *Wessel.* T. I. p. 350.] *εὑρεῖν δ' αὐτὸν καὶ τὸ ἐκ κριθῆς κατασκευαζόμενον πόμα, τὸ*

πτώματος Breq. vertit *ex cadavere*; taxatus ideo a *Cor.*, qui laudavit Strab. L. IV. T. II. p. 61. *ἐμαντεύοντο ἐκ τοῦ σφαδασμοῦ* et Diodor. IV, 31. *ἐκ τῆς πτώσεως καὶ τοῦ σπαραγμοῦ*. Denique l. 17. *καὶ* ante *βαθεῖαν* deest Par. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Ven. Stroz. Vet. Intp. omissum a *Cor.* Nempe in Ald. Hopp. *βαθεῖαν καὶ κατακ.* male insertum, ne plane interiret, retraxit *Xyl.*, unde in reliquas edd. manavit. FR.

*) H. l. de Pindaro excripsit Eustath. ad Hom. Il. *Δ*. p. 49, 11. Rom. cf. Ignarra de palaestr. Neapol. c. 4. p. 82. sq. TZSCH. V. *Schneider.* fragm. Pind. CIX. FR.

**) P. 414. l. 4. *γυνικοὺς*] *Cor.* in vers. gall. propter seqq. *ὁπλιτικοὺς* et *ἱππικοὺς* malebat *γυμνητικούς*, qui sane opponuntur *ὁπλίταις* et *ἱππεῦσιν*, ut pluribus docet *Cuper.* Observv. L. I. c. 7. p. 40. sqq. ed. Lips. Mosc. et Esc. scribunt *ὁπλητ.* atque ante *πυγμῇ* inseritur *καὶ* a Vet. Intp. Tum l. 6. *Cor.* vituperat *Xylandrum*, *Penzelium*, *Brequignyum*, quod male omnes reddiderint *τὰ δύο μέρη τοῦ ἔτους duobus anni temporibus*, v. *bis per annum*, v. *dimidiam anni partem*; rectius Vet. Intp. *duabus anni partibus* et supra L. I. T. I. p. 155, 8. *Xyl. τῆς πόλεως τὰ δύο μέρη bessem.* Par. *ἀπ. καὶ εἰς χρ.* FR.

Ibid. l. 8. *ἀποτίθεσθαι εἰς χρόνον*] i. e. non *ad suum* tempus, sed ad *longum*. V. Toup. opusc. crit. T. I. p. 157. Lips. TZSCH.

***) Schol. Vat. marg. h. l. *ζύθος· οἶνος ἀπὸ κριθῶν ἀρτητός· οὕτω καὶ τὸ Σλαυηνῶν ἔθνος τὰ περὶ τὸν οἶνον χρῶνται.* De structura v. *χρῆσθαι* c. accusat. cf. quae dixi de Med. Syll. Pent. p. 344. sq. et *Wessel.* ad Herodot. I, 210. Similia docent Hesych. ubi cf. Intpp. T. I. p. 1588. Suid. Eustath. ad Hom. Il. *Λ*, p. 871, 54. Rom. V. *Sturz.* de dial. Alex. p. 91. *Jablonsk.* voc. aegypt. p. 76. (in Nov. Thes. Gr. L. H. Steph. Lond. Vol. I. P. I. p. CCXVIII.) Zosimi Panopol. de zythorum confectione fragm. gr. et lat. ed. Chr. G. *Gruner.* Solisbac. 1814. 8. Qui liber ex parte redditur ab Anglis l. l. p. CCCLXXII. — Mox l. 10. *Cor.* pro *γενόμ.* dedit *γινόμ.* FR.

De *ζύθῳ* cfr. Plin. H. N. 22, 25. Barth. Advers. 11, 32. Triller. observv. crit. c. 10. p. 197. Junius in Batavia p. 212. Animadvss. 2, 12. Gruter. thes. crit. T. 4. p. 376. sq. De Zosimi fragmentis v. Gruneri academ. Abhandlungg. No. 3. a. 1803. TZSCH.

προσαγορευόμενον μὲν ὑπ' ἐνίων ζύθον, οὐ πολὺ δὲ λειπόμενον τῆς περὶ οἶνον εὐωδίας. Idem alio quoque loco [I, 34.] zythi commendat εὐωδίαν. Non ita Julianus (Anthol. l. c. 59. 174. ed. 1604.) in Epigrammate εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς *):

Κεῖνος, νέκταρ ὕδωδε· σὺ δὲ, τράγον. ἦ ῥά σε Κελτοὶ,
Τῇ πανίῃ βοτρύων, τεῦξαν ἀπ' ἀσταφίδων. CASAUB.

P. 414. l. 11. ἀντ' ἐλαίου δὲ βουτύρῳ χρῶνται] Butyri usus Graecis Latinisque fere incognitus. Ideo Plinius lib. XXVIII. (c. 9.) *E lacte*, ait, *fit et butyrum, barbararum gentium laudatissimus cibus, et qui divites a plebe discernat. Plurimum e bubulo, et inde nomen: pinguissimum ex ovibus.* Plura Dioscorides l. II. (c. 81.). CASAUB.

P. 414. l. 14. προκάθηνται δὲ καθ' ἡλικίαν καὶ τιμὴν] Locus igitur apud Lusitanos in accubitu honorificentissimus erat primus et summus. Apud Gallos medius. Athenaeus lib. quarto (c. 13. p. 152.): ὅταν δὲ πλείονες συνδειπνῶσιν, κάθηνται μὲν ἐν κύκλῳ· μέσος δὲ ὁ κράτιστος ὡς ἂν κορυφαῖος χοροῦ, διαφέρων τῶν ἄλλων. **) CASAUB.

P. 414. l. 16. ἀλλὰ ***) καὶ ἀναλλόμενοι καὶ ὀκλάζοντες· ἐν Βαστητανίᾳ δὲ καὶ γυναῖκες ἀναμὶξ ἀντιπροσαντιλαμβανόμεναι τῶν χειρῶν] Xylandri interpretatio non convenit voci ἀναμὶξ, quae refertur ad viros, de quibus loquebatur, neque voci ἀντιπροσαντιλαμβανόμεναι. Ego sic puto exprimi Latine debere: *In Bastetania vero etiam mulieres viris admixtae*, vel, *una cum viris facie adversa manus invicem tenentes.* Inde manavit hoc genus Satyricae saltationis, quam Hispanico vocabulo vocant *sarabanda*, et quam ob morem illum antiquum

*) Brunck. Anal. T. II. p. 403. ubi cf. *Jacobs.* ad Anth. Gr. T. X. p. 188. FR.

**) Ibid. l. 14. περιφορητὸν δὲ τὸ δεῖπνον] Par. 1. 3. Med. 1. 2. Mosc. F. περιφερητόν. Mosc. Tz. περιφερῆτον δὲ (sic) i. e. περιφερῆ τόνδε. Nam uncus iste ὑφὲν est, de quo cf. *Bast.* Commentat. Palaeogr. p. 859. Male cessit correctori emendatio. FR.

***) *Cor.* scripsit *ἀλλὰ* tanquam spuriam notans vocem. Sed ante ἀλλὰ καὶ non semel omittitur οὐ μόνον: v. *Schaefer.* ad *L. Bos.* Ellips. p. 788. sq. et quos laudat *Fabric.* ad Plutarch. Tib. Gracch. c. 1. p. 57. in diversa re. Accuratius nec damnes ἀλλὰ, nec suppleas οὐ μόνον, si h. l. vertas: *imo vero etiam.* FR.

et motus lubricos proavi nostri vocabant *une quaye antiquaille*: in ea enim mulieres cum viris ἀντιπρόσωπος multa manuum et brachiorum gesticulatione moventur, et de hoc more Martialis lib. 5. ep. 79. et lib. 6. ep. 71. et Juvenalis Sat. XI. PALMER.

Libri scripti *) ἀντιπρόσαντε λαμβανόμεναι τῶν χειρῶν. CASAUB.

P. 415. l. 2. *μελανείμονες ἅπαντες, τὸ πλέον ἐν σάγοις*] Diodorus de Celtiberis: *φθορᾶσι δ' οὗτος σάγους μέλανας τραχεῖς*. CASAUB.

P. 415. l. 3. *Κηρίνοις* **) *ἀγγείοις*] Plura hîc sunt corrupta. *καταπετροῦν* saxis obruere, an de saxo praecipitem deturbare sit, dubito, hoc tamen puto. XYLAND.

De Gallis id significare videtur Diodorus Siculus lib. quinto [c. 26. ubi *Casaubono* obloquitur *Wessel.* *τὰ κηρία* de favis accipiens (nam sis, non *κήρινα* legitur in Diod.), quocum facit *Cor.* in vers. gall.] sic scribens: *καὶ τὰ κήρινα πλύνοντες τῷ τούτων ἀποπλύματι χρῶνται.* Athenaeus tamen, qui lib. IV. (c. 13.) Celtarum vasa explicat, qualia fuerint, horum non meminit. CASAUB.

P. 415. l. 5. *ἀντὶ δὲ νομίσματος*] Diodorus lib. quinto [c. 17.] capital fuisse ait incolis alterius Gymnesiarum, invehere in insulam pecuniam. CASAUB.

P. 415. l. 6. *οἱ δὲ λίαν ἐν βαθεῖ φορτίων ἀμοιβῇ χρῶνται*] Prior interpres legisse videtur *λίαν ἐμβαρεῖ*. ***) Ve-

*) Una voce Med. 1. Mosc. Ven. Vat. Vet. Intp. *invicem manibus promiscuae innectuntur. Cor.* in vers. gall. legendum censebat *ἀναμὶξ ἀνδράσι προσαντιλαμβανόμεναι*, nunc vero omisso *ἀνδράσι* scripsit *ἀντιπροσλαμβανόμεναι*, qua voce carent Lexica. Tum l. 2. pro *σάγοις* Mosc. Esc. *πάγοις*. FR.

**) *Breq.* legendum censuit ex Athen. l. l. *ἐν ἀγγείοις ἢ κεραμίοις ἢ ἀργυροῖς* in Strabone etiam *Κεραμίοις*, quod olim et nunc secutus est *Cor.* Vet. Intp. *caerea vasa.* „*Κερατίνοις* Athen. L. II. Lege *χηλίνοις ἀγγείοις*. V. Hesych. et Hemsterh. in Addend. ad Polluc. p. 2. " *Toup.* ap. *Falcon.* Possis eodem jure suspicari *ξυλίνοις*; nam Athen. l. l. *οἱ δὲ κάνεα ξύλινα καὶ πλεκτά.* Tum l. 4. ordinem sic mutant Par. 1. Med. 1. 2. Mosc. *αἱ γυναῖκες δ' ἐν ἐνδύμασι καὶ ἐσθῆσι.* Eton. Mosc. Paris. habent *ἐσθήσεσι*. V. *Schleusn.* Lex. N. F. s. v. Intpp. ad Thom. Mag. p. 570. Etym. M. p. 382. fin. Sylb. (p. 346. fin. Schaef.), ubi locus, qui affertur, petitus est ex Evang. Luc. XXIV, 4. *Cor.* in vers. gall. eo paene inclinat, ut *ἐνδύμασι* habeat pro scholio, sed tamen statim addit, *ἔνδυμα* superiorem, *ἐσθῆς* interiorem vestem posse notare. FR.

***) Habet enim *hi gravi admodum sarcinarum permutatione*

rum sine auctoritate librorum nihil necesse mutare. οἱ ἐν βάθει sunt, qui mediterranea incolunt. Nam apud Strabonem sexcentis locis hoc loquendi genus reperies. Lib. v. [T. II. p. 180.] τῇ δὲ Ἄλβᾳ διὰ τὸ ἐν βάθει τῆς χώρας ἱδρῦσθαι. exempla passim occurrunt. Casaub.

P. 415. l. 7. ἢ τοῦ ἀργύρου ἐλάσματος ἀποτέμνοντες διδόασι] Idem fere Caesar de Britannis. [B. G. V, 12.] Cas.

P. 415. l. 8. καταπετροῦσι] Καταπετροῦν est aliud nihil, puto, quam κατὰ πέτρας βάλλειν, *praecipitem dare de saxo*. Κατὰ πέτρας in hoc loquendi genere fere semper Graeci dicunt, non ἀπὸ πέτρας, ut Homerus Ὀδ. ξ. [v. 399.] κατὰ πέτρης βαλέειν et Theognis [v. 176. Bekk.] Ῥίπτειν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων. Ergo idem καταπετροῦν. Simili ratione dixere et κατακρημνίζειν *): nam et κατὰ κρημνῶν βάλλειν dicunt. In Euangelio Matth. (VIII. c. 32.) ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν. At πετροῦν Scholiastae **) explicant λιθάζειν, *lapidibus obruere*. unde etiam καταπετροῦν dici potest, ut καταλεύειν et καταλιθάζειν. Casaub.

P. 415. l. 9. ἔξω τῶν ὅρων] Lego, ἔξω τῶν ὅρων ἢ τῶν πόλεων. ***) Casaub.

[?] P. 415. l. 10. τοὺς δὲ ἀῤῥώστους] Quos Latini depositos. Res pueris nota. †) De Assyriis id narrat Herodotus [I, 197. ubi v. *Wessel.*] et Strabo lib. XVI. ††) Cas.

P. 415. l. 13. διφθερινοῖς τε πλοίοις ἐχρῶντο] Coria-

---

utuntur. Mosc. Tz. habet οἵδε. Alm. οἱ δὲ. *Cor.* scripsit οἱ λίαν ἐν βάθει. Ald. Hopp. φροντίων. Par. 1. φορτίῳ. V. *Wessel.* ad Herodot. IV, 196. Fr.

*) V. *Schleusn.* Lex. N. F. s. h. v. Addo Diod. Sic. XVI, 28. κατὰ τῆς πέτρας — κατακρημνίσαι. IV, 31. κατεκρήμνισεν ἀπὸ πύργου. Polyb. III, 116, 12. κατεκρήμνισαν ἀπὸ τῶν ἵππων. Plutarch. Sull. 1. 18. Idem S. N. V. T. VIII. p. 193. Reisk. Polluc. Onom. VIII, 70. T. II. p. 896. Fr.

**) V. Schol. ad Eurip. Orest. v. 50. Fr.

***) Jam *Xyl.* ὅρων voluisse videtur, ut apparet ex versione. Vet. Intp. *extra montium confinia vel ultra flumina ejectos.* Primus, etsi in notis tantum, *Cas.* secutus est *Breq.*; post eum reliqui edd. Fr.

†) Cf. Coel. Rhodig. lectt. antt. 18, 22. De Iberis idem narrat Sozomen. hist. eccles. 2, 7. Plura dabit de hoc ritu Hundertmarck. in Ackermanni opusc. p. 164. Tzsch.

††) T. VI. p. 284. ubi *Cas.* p. 1082. ed. Alm. h. l. pro Αἰγύπτιοι legendum suspicatur Ἀσσύριοι. Haud temere profecto, ut ipse *Cor.* in vers. gall. judicat. Fr.

ceorum *) navigiorum in veteri historia non infrequens mentio Plinio [IV, 16. VII, 56.], Solino, Dioni [XLVIII, p. 559. ubi v. Intpr.], aliis. Antiphilus in Epigrammatis (Anth. l. 1. c. 57. Ep. 14.) **):

Πλοτόμοι, παύσασθε νεῶν χάριν· οὐκ ἔτι πεύκη
Κύμασιν, ἀλλ' ἤδη ῥηϊδίοις ἐπιτροχάει·
Γόμφος δ' οὐκ ἔτι χαλκὸς ἐν ὁλκάσιν, οὐδὲ σίδηρος,
Ἀλλὰ λίνῳ τοίχων ἁρμονίη δέδεται. Casaub.

P. 415. l. 15. ἄλες πορφυροῖ, τριφθέντες ***) δὲ λευκοί] Salem rubrum et Memphi fuisse repertum, testis Plinius XXXI. 7. Casaub.

P. 415. l. 16. ἔστι δὲ τῶν ὀρείων] Scripti βορείων. †)

---

*) V. Schwartz. Miscell. polit. humanit. p. 47. Wesseling. ad Herodot. I, 194. Strabo p. 1124. C. [L. XVI. T. VI. p. 437. δερματίνοις πλοίοις.] Tzschi.

**) *Brunck.* Anal. T. II. p. 176. ubi v. *Jacobs.* Anth. Gr. T. IX. p. 56. sq. et *Zeun.* ad Xenoph. Anab. Cyr. II, 4, 28. Mosc. Tz. habet διφθερίνοις, ut scripsit *Cor.*, pro — ῥινοῖς. Bene. Hac voce carent Lexica, nisi quod *Schneider.* in Addend. ex Var. Lect. Xenoph. l. l. adduxit pro ἐπὶ σχεδίαις διφθερῶν. *Falc.* ad h. l. affert Avien. Or. marit. v. 106. *Navigia junctis semper aptant pellibus, Corioque vastum saepe percurrunt salum*, iisdemque Britannos etiammunc uti [de priscis desertum est Caesaris testimonium B. C. I, 54.] et lingua Wallica appellari *Cwrgwl.* — Tum l. 14. πλημμυρίδας habent Par. 3. Eton. Esc. Mosc. et e Reg. primus exhibuit *Breq.* V. supra T. VII. p. 192. Mox Med. 2. νυνὶ δὴ καὶ. *Cas.* in marg. conj. νυνὶ δ' ἴσουσι καί. Denique l. 15. ἃ δὴ σπάνια Vet. Intp. reddit *et quidem. Cor.* sepsit * ἃ δὴ *. Nisi forte excusandum. V. *Hermann.* ad Viger. ed. sec. p. 725. *Ast.* ad Plat. Legg. T. II. p. 326. Fr.

***) *Cor.* in hanc rem laudat *Bowles* Stor. natur. di Spagna. T. II. p. 196. Fr.

†) Stroz. Ven. βορείων. Vet. Intp. vulgatam retinet. Mox l. 16. pro ὥσπερ ἔφην Vet. Intp. *quem commemoravi*, unde ὃν πρὸ legisse videtur. *Cor.* olim suspicatus, nunc scripsit ὥσπερ ἔφην. λέγω [δὲ] τοὺς κτλ. Particulam δὲ addidit haud dubie respiciens L. I. T. I. p. 171, 2. λέγω δὲ ἀπὸ τῶν ἄκρων. L. II. T. I. p. 202, 17. λέγω δὲ τοῖς περὶ Βάκτρα. Sed L. II. p. 253, 2. μέχρι τοῦ ἰσημερινοῦ λέγω. Lucian. Nigrin. c. 8. τῶν συριττομένων λέγω τούτων καὶ διαφθειρόντων τὰ ποιήματα. Dion. Hal. de Thucyd. jud. c. 24. τὰς παρισώσεις λέγω καὶ παρονομασίας καὶ ἀντιθέσεις. c. 53. τὰ τάχη λέγω καὶ τὰς συστροφὰς καὶ τοὺς τόνους. Idem de admir. vi dic. Demosth. c. 24. λέγω δὴ τὰς παρεῖναι πολλοὺς ταῖς ἐκκοπαῖς. Aristot. de Mund. c. 5. p. 23, 16. Sylb. οὐρανοῦ λέγω καὶ γῆς. Eodem modo tragici, v. c. Sophocl. Philoct. v. 1261. Φιλοκτήτην λέγω. V. *Schaefer.* ad *L. Bos.* Ellips. p. 628. *Lobeck.* ad Soph. Aj. p. 306. et 443. sq.

Nihil muto. Sic enim supra [T. I. p. 414, 6.]: *Οἱ δὲ ὄρειοι τὰ δύο μέρη.* Casaub.

P. 416. l. 3. *ὀκνῶ δὲ τοῖς ὀνόμασι πλεονάζειν*] Hoc saepe queritur Plinius, ut lib. III. de Hispania: *Ex his digna memoratu, aut Latiali sermone dictu facilia.* *) Cas.

P. 416. l. 5. *Πλεντανύρους*] Veteres legunt **) *Πλευτάρους*. Casaub.

P. 416. l. 5. *Ἀλλότριγας*] Fortasse, *Ἀλτριγόνας*. Ptolemaeo et Plinio Autrigones. ***) Casaub.

P. 417. l. 2. *Κατέλυσεν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ*] Vide Epitomen Livii lib. CXLV. et Florum lib. quarto, cap. ult. Suetonius de Augusto (c. 20.): *Externa bella duo omnino per se gessit: Dalmaticum adolescens adhuc: et Antonio devicto Cantabricum.* [cf. h. l. *Casaub.* T. III. p. 272. Wolf.] Vellejus (II. c. 90.) etiam *ληστήρια* ab Augusto fuisse sublata indicat: scribit enim de Hispaniis: *Has igitur provincias tam diffusas, tam frequentes, tam feras, ad eam pacem abhinc annos ferme L. perduxit Caesar Augustus, ut, quae maximis bellis nun-*

---

quanquam in alia etiam re versantes, et *Reis.* ad Viger. Hermann. ed. sec. p. 755. Fr.

P. 416. l. 1. *Ἀστοίρους*] *Ἀστυρας* Ven. Stroz. Mosc. Tz. *Ἀστυρας* Mosc. F. Par. 1. Med. 1. Eton. Esc. *Austribus* Vet. Intp. *Cor.* scripsit *Ἀστυρας* ex p. 433, 16. Phira dabit descript. *Tzschuck.* ad Mel. III, 1, 9. Tum l. 2. pro *Πυρήνης* Eton. Esc. Mosc. Stroz. et e corr. Med. 2. *Τυρήνης*. Denique l. 4. pro *ἀηδὲς* Mosc. Tz. Reg. *ἀεὶδὲς*, quod in Casaub. ed. 1. displicuit *Reinesio.* Sequens *πρὸς ἡδονῆς* exemplis illustrat *d'Orvill.* ad Charit. p. 538. Lips. Fr.

*) De nominum barbarorum asperitate cf. Lucian. Necyom. c. 9. T. I. p. 470. Amst. Ovid. Her. 13, 54. Lucian. *Ἱππ.* c. 3. Fr.

**) *Βαρτόνητας Cor.* in vers. gall. eosdem censet, qui postea p. 433, 15. *Βαρδύητας* vocantur et in ed. gr. dedit *Βαρδύητας*. Fr.

***) Floro IV, 12. appellantur *Aurigones.* V. *Mannert.* Geogr. T. I. p. 352. sq. Tum l. 8. *ὃ οὐκ ἐκ τοῦ π.* Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Ald. Hopp. Primus *ὃ* delevit *Xyl.* Tum l. 14. pro *ὅσοις δ' ἧττον τοῦτο συμβαίνει Cor.* scripsit e conj. *ὅσοις δὲ μὴ τ. σ.* Si opus est emendatione, scribam *ὅσῳ δ' ἧττον τ. σ.* Mox l. 15. pro *τοσαύτης δ' οὔσης καὶ ἀπὸ τῶν τόκων ἀνηρότητος ἐνίοις Cas.* in marg. conj. *καὶ ἀπὸ τῆς τῶν τ. Cor.* scripsit *καὶ* [*τῆς*] *ἀπὸ τ. τ.* Med. 2. e corr. *ἀνηρότατος.* Vet. Intp. *ἐνίοις* trahit ad *καὶ τῶν ὀρῶν.* Denique p. 417. l. 1. cum Vet. Intp. *Cor.* delendam censet v. *μάλιστα*. Quae ratio mihi non sufficit. Pro *Καντάβρους* Par. 1. — *αἴρους*. Fr.

quam vacaverant, ea sub C. Antistio, ac deinde P. Silio legato, caeterisque postea etiam latrociniis vacarent. CASAUB.

P. 417. l. 4. *οἵ τε Κωνιακοὶ*] Hi fortasse sunt, qui *Κωνίσκοι* *) paullo post appellantur. CASAUB.

P. 417. l. 5. *πλὴν Τουΐσοι*] Hic ergo unicus Augusto invictus totis Hispaniis populus remansit: quod mihi quidem non fit verisimile. Nam disertis verbis paulo post [T. I. p. 423, 15.] dicuntur *ἁπαντας ὑποχειρίους λαβεῖν* Romani: nec vestigium hujus rei in historia reperio: sed nec *Τουΐσων* nomen. *Τιτθους* quidem quosdam vocat Appianus [Hisp. 44.]. Idem *Λουσόνων* [Hisp. 42.] quorumdam meminit, qui Iberum accolunt, sed ea nihil, opinor, ad hunc locum. Quare videndum, annon potius ita locus sit legendus, *καὶ οἱ πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ Ἴβηρος οἰκοῦντες πόλιν Τουΐσι*, ut hoc sit urbis nomen, non gentis. Sed praestat *ἐπέχειν*. **) Vulgata lectione *Ἑλληνίζει* quidem. CASAUB.

[P] P. 417. l. 12. *τὸ μὲν πλάτος ἀνώμαλος*] Lege, ut est in libris antiquis, *τὸ μὲν πλάτος ανωμαλος, τὸ δὲ μῆκος μυριῳ πλειόνων*. ***) CASAUB.

P. 417. l. 14. *πλείονα καὶ β.*] Quasi vero tantum XL stadiis voluerit dicere longiorem mediterraneo tractu oram. Si summam concipias ex his, quae sequuntur, habebis sex millia. Ergo pro *μ* scribendum *β*, aut more antiquo u. quae nota †) haud dubie est in *μ* ab imperito librario versa. XYLAND.

---

*) Delrius ad Senec. Hippol. v. 110. ex Horatio [Od. III, 4.] et Silio [III, 361.] scribendum ait *Κώνναυοι*· verum P. Merula Cosmogr. P. II. L. II. c. 11. mavult *Κονναυοί*. ALM. *in Addend.* Dissentit *Mannert.* T. I. p. 350. Mox *οἱ* ante *πρὸς ταῖς π.* deest Par. 1. Eton. Mosc. Ven. Paris. FR.

**) Paris. *του σοι*, Reg. *Τούσοι*. Par. 1393. *Τοῦσοι*. Med. 2 e corr. *τοῦ ἴσοι*. *Cor.* in vers. gall. antiquitus scriptum fuisse putat conjunctim *Πληντούσιο* s. *Πληντοῦσοι* s. *Πηλόντιοι*, qui incolae dicuntur urbis *Πηλόντιον* ap. Ptolem., quam cum *Mannerto* T. I. p. 348. ad Pisuergam collocat. Idem l. 7. pro *στρατιωτικῶν* scripsit — *κὸν* referens ad *τὸ ἀποδειχθὲν*, ut supra L. II. T. I. p. 307. *τῆς εἰς τὸ στρατιωτικὸν δαπάνης*. V. Intpp. ad *L. Bos.* Ellips. p. 388. Schaef. Idem e Tacit. Ann. IV, 5. affert: *Hispaniae, recens perdomitae, tribus habebantur* [legionibus]. Mox l. 8. *τῶν Σ. Κ.* error est typ. pro *τοῦ*. FR.

***) Vulg. ante *Cas. ἀνώμαλον* et *πλεῖον*. Secutus est *Breq.* cum Reg. Vet. Intp. *plurium*. FR.

†) V. supra laudatos VV. DD. T. VII. p. 569. FR.

Feliciter vir eruditus locum emendavit. Nam scripti libri ita habent: *ἐπὶ πλεῖον ἢ διοχιλίους σταδίους εἴρηται.* *) Sed aliter locum interpretor, quam ille: longe enim fallitur, cum haec refert ad sequentia, quae ad praecedentia pertinent. Dixit enim supra Geographus, Hispaniae longitudinem esse stadiorum VI CIↃ. modo autem dixit, restare describendam Hispaniae partem stadiorum IV CIↃ. Iam, inquit, Baeticae longitudo est stadiorum CIↃ CIↃ. quod etiam supra docuit. Scribit enim de Baetica, *Μέγεθος δ' οὐ πλεῖον ἐστὶ τῆς χώρας ταύτης ἐπὶ μῆκος καὶ πλάτος ἢ διοχίλιοι στάδιοι.* Jam bis mille et quater si conjungas, habebis VI CIↃ. quae est summa τοῦ μήκους, superius posita, ad quam non dubium respicere hìc Strabonem. CASAUB.

P. 418. l. 1. *διοχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους*] Lege, ut habent scripti **), *διοχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους.* Polybius [III, 59.] ait CIↃ CIↃ CIↃ. CASAUB.

P. 418. l. 5. *ἄλλους τοσούτους*] Polybio sunt stadia CIↃ CIↃ ↃↃ. ***) CASAUB.

P. 418. l. 6. *μέχρι Πυρήνης καὶ τῶν Πομπηΐου ἀναθημάτων*] Plinius: *Pompejus Magnus tropaeis suis, quae statuebat in Pyrenaeo DCCCXLVI. oppida ab Alpi-*

---

*) Par. 1. *ἐπὶ πλέον καὶ διοχιλίους.* Mosc. Esc. et e corr. Med. 1. *ἐπὶ πλεῖον καὶ διοχ.* Med. 2. *ἐπὶ πλείονι καὶ διοχ. τετρακόσιοντα*, sed e corr. *ἐπὶ πλεῖον καὶ διοχ.* Par. 3. *ἐπὶ πλεῖον καὶ μ.* Med. 1. et edd. ante *Cas. ἐπὶ πλείονι καὶ μ.* Vet. Intp. *supra stad. mille duo. Cor.* in vers. gall. [*on a déjà remarqué que le surplus de la côte (des Colonnes au cap Sacré) en a plus de* 2000.] volebat *ἐπὶ πλείονι ἢ διοχιλίους σταδίους εἴρηται*; nunc dedit *ἐπὶ πλεῖον διοχιλίους στ. εἴρ.* Ultimorum verborum hunc ordinem servant etiam Ven. Mosc. Tz. Antea pro *τετρακισχιλίων Gossellin.* in Recherches T. IV. p. 27. mavult scribi 4500 st., ut numerus conveniat cum Eratosthenis mensura ap. Strab. L. II. T. I. p. 282. sq. FR.

**) Alii cum edd. ante *Cas.* tertio casu efferunt. Ven. *β καὶ ε.* Tum l. 2. *Cor. ὑπὸ B.* pro *ἀπὸ B.* Mosc. Tz. *Βαστητάνων.* Dein l. 4. pro *Ὠρηγ.* Par. 1. Eton. Esc. Mosc. et al. m. Par. 3. *Ἠρωτανῶν*; Stroz. Ven. *Ἠρωτονῶν.* Pro *Ἴβηρα* l. 4. Esc. Mosc. Paris. *Ἴβηρσιν.* FR.

***) Ibid. pro *Αἰλητανοὺς* Eton. Mosc. Par. 1. 3. *Ἐλητανοὺς.* Reg. *Ἐλητ.* Med. 2. *Αἰλετ. Helet.* Vet. Intp. *P. Merula* l. l., ut monet *Almel.* in Addend., c. 15. legendum censet *Ἀαλητανούς. Mannert.* T. I. p. 395. mutat in *Ἐδητανούς*, quos T. I. p. 436. Strabo appellat *Ἀιδητανούς.* Paulo infra Par. 2. *Αἰλετ.* Ald. *Αἰλετ.* FR.

V. Florez. Espan. sagr. T. 8. p. 56. sq. TSCHR.

bus ad fines Hispaniae ulterioris in ditionem a se redacta testatus est. Horum non semel mentio est in hoc opere. CASAUB.

P. 418. l. 7. χίλιοι καὶ ἑξακόσιοι] Polybio quoque ab ostiis Iberi ad Emporias stadia sunt CIↃ DC. [Paris. ᾱ καὶ χ̄.] CASAUB.

P. 418. l. 8. Αἰλητανῶν] Apud Ptolemaeum in Tarraconensis Hispaniae descriptione est Λαιητανῶν, trajectis litteris, Laeetanorum, quorum urbes Suber et Barcino, et dubium non est, quin hi sint, de quibus Strabo loquitur. Indigetum Plinius meminit 3, 5. Oppidum, inquit, Subur, oppidum Rubricatum, a quo Laletani et Indigetes. Haec plane ad Ptolemaica quadrant: ut appareat, in Strabone et Plinio esse mendum corrigendum e Ptolemaeo, cum et scriptus codex consentiat. Laeetani ergo erunt, atque sic infra apud descriptionem Tarraconis fere legitur Λεητανῶν. In Indigetibus κ pro γ positum est, res non insolens. XYLAND.

Scripti semper fere vocant Ἐλητανούς. CASAUB.

P. 418. l. 9. τοὺς προσαγορευομένους Ἰνδικήτας] Latinis [Avien. Or. mar. v. 523.] Indigetes, Ptolem. [II, 6.] Ἐνδιγέται. Ita tamen scripsisse Strabonem, testis sit Stephanus, qui Ἰνδικὴν urbem in hac Hispaniae parte commemorat, unde dicti sunt, ait, Ἰνδικῆται. *) CASAUB.

P. 418. l. 10. ῥάχις **) ἐστὶν ὀρεινή] Ilipulam itemque Ortospedam et Idubedam videtur unum montem διηνεκῆ facere. CASAUB.

P. 418. l. 15. πρώτη Μάλακα] Stephano Μαλάκη. In scriptis perpetuo errore Μάλα. ***) CASAUB.

---

*) Sic Strabo p. 241. A. [T. I. p. 427, 15.]. V. Holsten. ad Steph. Byz. p. 146. B. TZSCH.

**) Ald. Hopp. ῥᾶχις. Male. V. Tzschuck. ad Strab. T. III. p. 345. T. IV. p. 228. T. V. p. 229. 464. 588. Antea Mosc. Tz. ἀπὸ Κάλπ. ἀρξαμ. Mox l. 13. vox τὴν, uncis inclusa in ed. Alm., abest a Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. Ven. Stroz. Vet. Intp. Primus tacite omisit *Breq.*, quocum faciunt *Cor.* in ed. gr. et *Paetz.* in Not. MSS. FR.

***) Par. 3. Eton. Esc. Mosc. Ven. Stroz. et e corr. Med. 2. Μάλα καὶ ἴσον. V. *Tzsch.* ad Mel. II, 6, 7. p. 544. sq. exeg. not. FR. Bochart. Malacam a מלח, condire sales, ducit. Alii haud inepte a מלך, rex, i. e. urbs principalis. De antiquitatibus h. l. v. Carterum nostrum in Hisp. t. 2. l. 4. c. 1. et Dillon. Ep. 11. et 12. FALC.

P. 418. l. 16. *ἴσον διέχουσα τῆς Κάλπης*] Hoc est stadia secundum quosdam D, secundum alios DCC, sunt et qui DCCC scribant. CASAUB.

[P] P. 419. l. 1. *τοῖς ἐν τῇ περαίᾳ ἐμπόροις*] Forte Saemadibus emporium in opposita degentibus Mauritania, sed ii mihi ignoti sunt. XYLAND.

Locus corruptus, ut etiam pueri videre possunt. Legendum aliquando putavi *ἐμπορεῖον δὲ ἐστὶ τοῖς τ' ἐν τῇ περαίᾳ καὶ τοῖς ἐν τῇ μεσογαίᾳ* vel *καὶ τοῖς μεσογαίοις*. Movebar simili loco infra de Carthagine nova. Nunc sustineo me. *) CASAUB.

P. 419. l. 3. *τῇ Μαινάκῃ*] Stephanus *Μαίνης* cujusdam meminit, quam et *Μαινάκην* vocari ait: sed *Κέλτην* esse urbem scribit. **) CASAUB.

P. 419. l. 3. *ὑστάτην τῶν Φωκαϊκῶν πόλεων*] Phocaenses enim in Hispaniam ad Arganthonium venisse, testis locupletissimus Herodotus (I. c. 163.). CASAUB.

P. 419. l. 4. *οὐκ ἐστὶ δέ*] Nec confundit has urbes Ptolemaeus, eas ita recensens, *Μάλαια*, *Μάνοβα*, *Σῆξ*. Nam *Μάνοβα* Ptolemaei dubio procul est *Μαινάκα* Strabonis, sive Strabo ita scripsit, sive, quod verius puto, corrupta veteri *τοῦ μ* pro *β* scriptura *κ*. Cujus rei passim obvia sunt exempla. Plinius III. c. 1. quoque: *Malacha cum fluvio foederatorum: dein Menoba cum fluvio Sexi.* CASAUB.

Ultima verba Casauboni, ut sunt excusa, multum habent obscuritatis. Sed ex ejus sententia patet, legendum esse *corrupta τοῦ β per κ scriptura.* ***) Ita putat vir summus, Strabonem ex Ptolemaeo corrigendum esse,

---

*) Ven. *ἐστὶν ἐν τῇ περαίᾳ σημάσῃ*. In Strox. quoque *ἐν τοῖς* desunt. Vet. Intp. *in ulteriore terra Emporium est, quod ingentia habet salsam.* Cor. in vers. gall. suspicatus est *ἐμπορεῖον δ' ἐστὶ τοῖς ἐν περαίᾳ σύμπασι* ex p. 424, 6. *ἐμπορεῖον — τῶν δ' ἐπιθὸν τοῖς ἔξω πᾶσιν*. Ita dedit in ed. gr. In eandem conjecturam incidit *Paetz.* FR.

Florez. l. l. T. 12. p. 275. corrigit *Σεγαίοις*, quos Plinius contra ponit. TZSCH.

**) Confundit Avien. Or. marit. v. 426. *Malachaeque flumen, urbe cum cognomine, Maenace prior quae vocata est saeculo.* BREQ.

***) *Casaub.* voluit sibi hoc: In Strab. scriptum fuisse antiquius *β* eo ductu, qui simillimus est literae *μ*, indeque ortum ex prava interpretatione librarii *κ*. Verissime. V. supra T. VII. p. 352. *Bast.* Comment. Palaeogr. p. 721. sq. FR.

eo quod apud Plinium eadem vox *Menoba* invenitur. At pro Strabone facit nomen hodiernum: nam eodem situ, quo Ptolemaeus ponit Menobam, et Strabo Maenacam, est adhuc pagus seu oppidulum nomine *Al munecar*: *al* vero est articulus Arabicus. *Munecar* ad *Maenaca* prope accedit. *) PALMER. [in Exerc.] ALMEL.

P. 419. l. 7. καὶ πλησίον μᾶλλον Φοινίκ. τῷ σχήματι] Lego, καὶ πλησίον μᾶλλον, Φοινικική τε τῷ σχήματι. Nam ei, quod de Maenaca dixerat, esse eam ἀπωτέρω, opponit πλησίον, et quod dixerat, apparere in Maenacae ruderibus vestigia urbis Graecanicae, opponit hanc esse Φοινικικήν. Cave igitur, ne in unum duo haec membra confundas: quod fecere interpretes. **) CASAUB.

P. 419. l. 8. ἡ τῶν Ἐξιτανῶν πόλις] Quam Mela [II, 6, 7. ubi v. *Tzsch.* p. 545. exeg. et p. 447. crit.] Hexi, Ptolemaeus Σὶξ vocat, Plinius Sexi. quod non mirabitur, qui eorum meminerit, quae de Salmydesso aliisque id genus lib. pr. docuimus. CASAUB.

P. 419. l. 9. ἐξ ἧς καὶ τὰ ταριχη ἐπωνύμως λέγεται] Plinio Sexitana salsamenta dicuntur. Meminit Athenaeus lib. III. (c. 34.) hunc locum proferens, non Stratonis, ut stulte quidam putant. CASAUB.

P. 419. l. 10. Μετὰ ταύτην Ἄὔδηρα] Alii Ἄβδηρα, Abdera. Vide Stephanum. ***) CASAUB.

---

*) Contra Casaub. v. Vossius ad Melam 2, 6, 63. TZSCH.

**) Vet. Intp. *M. vero Phoeniciae civitatis propinquioris tenet formam. Siebenk.* errore, an de industria scripserit Φοινικικῇ τε pro Φοινίκης, nescio. *Cor.* in ed. gr. *Cas.* conj. reddidit. Nisi quis vulg. retinere malit, et ad praecedentia ἴχνη Ἑλληνικῆς genitivum referre. Nam forma ipsa Φοινικός, etsi repudiata a plerisque commentatoribus, saepius tamen recurrit. V. *Spohn.* ad Niceph. Blemm. p. 31. not. 133. *Schneider.* ad Xenoph. Anab. T. II. p. 16. b. Antea pro *Μάλαια* Par. 3. Eton. Esc. Mosc. et e corr. Med. 2. *Μάλα.* FR.

***) Ἄβδηρα Par. 1. 3. Med. 1. Eton. Mosc. Vet. Intp. Unde sic dedit *Cor.* post *Breq.* praeeunte *Gronov.* in Varr. Geogr. p. 170. V. *Tzschuck.* l. l. p. 445. crit. et p. 542. exeg. *Heyn.* ad Apollod. II, 5, 10. p. 188. ed. alt. Eandem hujus n. corruptionem notavit *Tzschuck.* ad Strab. T. V. p. 92. Nempe oritur ex literarum υ et β confusione: v. *Schaef.* ad Greg. Cor. p. 218 et 354. *Brunck.* ad Apoll. Rhod. II, 594. *Wyttenb.* Epist. Crit. p. 241. Lips. *Weisk.* ad Longin. p. 662. *Boisson.* ad Marin. Vit. Procl. p. 138. *Montefalc.* Palaeogr. Gr. p. 263 et 269. *Tzschuck.* ad Strab. T. II. p. 332. T. III. p. 375. — Mox Mosc. Tz. καὶ αὐτὴ pro ἡ. αὐτή. Tum l. 11. post Περὶ δὲ τόπων *Cor.* addidit [τούτων], quod item inse-

P. 420. l. 1. Ἐν Καλλαϊκοῖς δὲ τῶν μετὰ Τεύκρου στρατευσάντων] Justinus (XLIV. c. 5.): *Gallaeci autem Graecam sibi originem asserunt: siquidem post finem Trojani belli Teucrum, morte Ajacis fratris invisum patri Telamoni, quum non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse, atque ibi urbem nomine antiquae patriae Salaminam condidisse. Inde, accepta opinione paternae mortis, patriam repetisse. Sed quum ab Eurysace, Ajacis filio, accessu prohiberetur, Hispaniae littoribus appulsum loca, ubi nunc est Carthago nova, occupasse: inde Galleciam transisse, et positis sedibus genti nomen dedisse.* Silius Italicus lib. III. (v. 5-8.):

Dat Carthago viros, Teucro fundata vetusto. CASAUB.

P. 420. l. 4. τὴν δὲ Ἀμφίλοχοι] Justinus (XLIV. 5.): *Gallaeciae autem portio Amphilochi dicuntur.* *) CASAUB. **)

---

vere voluit Bak. ad Posidon. p. 125. post Ὑπὲρ, renitente tamen Cens. Jenens. p. 552. allegatis locis Strab. T. II. p. 216. Χῶνες δὲ καὶ Οἰνώτροι τοὺς τόπους ἐνέμοντο. p. 221. οἰκῆσαι γὰρ τοὺς τόπους τούτους Χῶνας, Οἰνωτρικὸν γένος, et p. 335. τοὺς δὲ Κίμβρους ὁρμήσαντας ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, sed p. 441. sq. ὅτι πρότερον πλεύσαντες εἰς τοὺς τόπους. coll. *L. Bos.* Ellips. p. 364. ed. Schaef. Idem sentit *Reisk.* ad Polyb. II, 15, 1. T. V. p. 375. ed. Schweigh., ubi pariter legitur κατὰ τοὺς τόπους scil. τούτους. Addo Strab. T. I. p. 383. T. II. p. 137. 141. 191. 248. 250. 274. 333. 441. 453., ubi plus minus ad v. τόπος desideres pronomen, quanquam manum cohibuerit *Cor.* FR.

Ibid. l. 13. Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανός] V. Eustath. ad Hom. Il. 11, 632. p. 816, 38. Bas. [p. 869, 43. Rom.] Subnectit statim ἤγουν ὁ ἐκ τῆς Φρυγιακῆς Μυρλείας, τῆς νῦν Ἀπαμείας. Idem ad Odyss. 11, 521. p. 453, 30. V. etiam Suidas, unde Parthenius c. 35. TZSCH.

Ibid. l. 14. Esc. Mosc. Τουρδητ., ut *Cor.* constanter et l. 15. pro ταύτῃ Par. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Vet. Intp. Ald. Hopp. ταύτης. V. supra T. VII. p. 178 et 551. Add. *Boissonad.* in *Wolfii* Analect. Litter. T. III. p. 77. FR.

P. 435. l. 8. *Νομαντίαν*] Idem dixit etiam supra: ubi scribebatur *Νουμαντία* per *ου*, ut apud Ptolem. Stephanus, *Νομαντία, πόλις Ἰβηρίας. Τὸ ἐθνικὸν Νουμαντῖνος λέγεται διὰ τῆς ου.* Apud Appianum utrumque per *o* scribitur in Iberica [c. 66. 67.]. Casaub.

P. 435. l. 8. *καὶ τὴν Σεργουντίαν*] Placet Hermolao Barbaro legi *Σαγουντίαν, ut*, inquit, *apud Plinium Saguntia.* **) Habet et Ptolemaeus [II, 6.] *Σεγουντίαν*, quam *παραμίσιον* cognominat, sed paulum diverso situ. Cas.

P. 435. l. 12. *Καντάβροις ὁμόρους τοῖς Κονίσκοις*] Supra *Κονιακοὺς* vocabat. An hi sunt *Κόνιοι* Polybio lib. dec. [c. 7.], quem ille populum *ἐντὸς τῶν Ἡρακλείων στηλῶν* locat? Apud Horatium [Carm. III, 4, 34.] *Concanos* Celtiberiae gentem interpretantur plerique omnes, qui fortasse hi sunt. ***) Casaub.

P. 435. l. 13. *Κελτικοῦ στόλου*] Ambiguum. potest enim etiam intelligi, eos de Gallica classe extitisse. fortasse pro *κελτικοῦ* legendum *ἑλληνικοῦ*, ut a Graecis orti intelligantur, uti supra dictum est. Xylandr.

Nulla hic ambiguitas, quam frustra commiscitur Xylander: qui non leviter errat, quum putat, *στόλον* amictum posse verti: *στολὴν* aut *στολισμὸν* id Graeci dicunt, non *στόλον*. †) Significat igitur, Verones quoque e Celtis esse oriundos, et una cum reliquis [?] Hispaniae partem occupasse. Auctor mihi hujus interpretationis Strabo, cujus sunt haec: *εἶτα Κελτοῖς, οἳ νῦν Κελτίβηρες καὶ Βήρωνες καλοῦνται.* Miror vero, *τί παθὼν* Xylander putarit legendum *τοῦ Ἑλληνικοῦ στόλου*. An putavit, *στό-*

---

579. Postea l. 7. pro *Δουρίας* Par. 1. Mosc. Vet. Intp. exhibent *Δουρηΐας; Cor.* dedit *Δούριος*. Fr.

*) Hoc amplexus est *Cor.* in vers. gall. et ed. gr. Fr.

**) *Brcq.* hanc urbem a Ptolem. II, 6. significari putat s. v. *Σεγουβία* prope Numantiam cum *Harduin.* ad Plin. III, 3. *Mannert.* T. I. p. 574. collocat ad hod. *Perlanga* s. *Verlanga* d'Anvill. Fr.

***) V. Intpp. ad Mel. III, 1, 10. p. 49. not. crit. et p. 41. sq. exeg. *Tzsch.* Fr.

†) Reinesius adscripsit: „Verte: etiam ipsi e Celtica in Hispaniam missione s. expeditione.“ v. d'Orvill. ad Charit. p. 425. Tzsch.

Add. *Siebelis.* ad Hellen. p. 56. et Intpp. ad Thom. Mag. p. 811. ed. Bern. Fr.

λον non posse dici, nisi de colonia, quae mari deduceretur? Id vero falsum esse liquet. Dionysius Halicar. lib. VII. [c. 13. T. III. p. 1343. ed. Reisk.] de colonia, quae Roma Velitras missa est, *Οὗτός τε δὴ ὁ στόλος εὐπρεπεῖ ἀνάγκῃ εἰς Βελίτρας καταληφθεὶς ἀπεστάλη.* Casaub.

P. 433. l. 13. *πόλις Οὐαρία*] Ptolemaeo *Οὐάρια* Veronum urbs: sed paullo remotior ab Ibero in ejus tabulis. *) Casaub.

P. 433. l. 15. *οὓς οἱ νῦν Βαρδυάλους* **) *καλοῦσι*] Forte *Βαρδούλους*. Videntur esse Barduli Ptolemaeo. Plinius (IV. c. 22.) *Turdulos* cum Bardulis librariorum fortasse culpa confundit. Quod sequitur apud Plinium, *et Tapori*, gentis alius nomen esse puto; non aliud Turdulorum cognomen, ut doctos viros illum locum accipere video. *Βαργούσιοι* Polybii [III, 35.] nescio an huc faciant. Vide Stephanum. Casaub.

P. 433. l. 19. *καὶ Λιττανῶν*] Lego *Λαιητανῶν* ex ipso Strabone, qui Laeetanos supra in hac ora collocavit. Dittanos diligenter quaerens, nusquam reperio. ***) Cas.

P. 434. l. 3. *Ἀρεουάκοι*] Secutus sum Plin. III. c. 3. et IV. c. 20. ac Ptolemaeum in hac emendatione. †) Xyl.

P. 434. l. 6. *τῷ Κελτιβηρικῷ πολέμῳ*] Bellum Numantinum alii vocant: de quo lege historicos. Casaub.

P. 434. l. 7. *εἰκοσαετεῖ γενομένῳ*] Florus paullo aliter lib. sec. cap. dec. oct. de Numantia: *Quatuor millibus Celtiberorum, XL. millium exercitum per annos XIV.*

---

*) Hanc Plinius III, 3. ad eam Iberi partem collocat, qua jam navigabilis fit. Brcq.

**) *Βαρδυῖτας* eosdem *Cor.* habet cum *Breq.*, quos supra Str. vocat *Βαρδυήτας*. Tum Eton. *Βαρδιάλους*, Vet. Intp. *Bardyuli*. Mox l. 18. Eton. Esc. Mosc. *Ὠρηνοί τε* pro *Ὠρητανοί τε* et Mosc. Tz. *Ὀροσπίδαν*. Fr.

***) Reinesius: „Vulg. tamen lectionem Appianus, qui inter populos Celtiberiae cum Bellis et Arevacis, finitimis Numantinis, nominat Titthios, et Plinius 3, 3. qui regionem Deitaniam, confirmaverint." Tzsch.

Idem sentiunt *Breq.* ad h. l. et *Mannert.* p. 375. Sed *Cor.* in vers. gall. *Διδητανῶν* malit, propter Strabonis verba T. I. p. 436, 7. *Διδητανοὶ μέχρι Καρχηδόνος, καὶ Βαστητανοί, καὶ Ὠρητανοί.* Fr.

†) Ald. Hopp. *οἰουράκοι*. Par. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. F. Vet. Intp. *οἱ Οὐράκοι*. Mosc. Tz. *οἱ Οὐρακοί*. V. *Schweigh.* ad Appian. Hisp. c. 45. T. III. p. 256. Mox l. 8. Mosc. Tz. *Νομαντῖνοι* pro — *ινοί*; illud vides in Appiano. Fr.

sola sustinuit. Sed Strabo Celtiberici belli nomine etiam illud complecti videtur, quod aliquot ante annis cum Viriatho est gestum, itemque illud, quod Metellus in Celtiberia gessit. CASAUB.

P. 434. l. 9. *πολιορκούμενοι* *) *διεκαρτέρησαν*] Aliter rem alii narrant. Consule Appianum, Orosium, Frontinum et alios. CASAUB.

P. 434. l. 10. *καὶ οἱ Λούσωνες*] Lusonum meminit saepe Appianus *Ἰβηρικῇ*. CASAUB.

P. 434. l. 12. *καὶ Σέγιδα πόλις*] Stephanus, *Σεγίδη, πόλις Κελτιβήρων.* **) Segedam aliam habet Plinius (III. c. 1.) inter Baetin et Oceani oram in mediterraneo sitam. Ptolemaeus urbem Arevacorum quandam *Σεγουσίαν* nuncupat. CASAUB.

P. 434. l. 12. *καὶ Παλλαντία*] Et Appiano [Hisp. c. 80.] et Ptolemaeo [II, 6.] Pallantia Vaccaeorum est ***), non Arevacorum. CASAUB.

P. 434. l. 14. *ἐπὶ τῷ Ἴβηρι ἱδρύσθαι*] Imo *ἐπὶ τῷ Ἴβηρι* †) dixit, et ita legendum. CASAUB.

P. 434. l. 14. *σταδίους ἐπὶ ὀκτακοσίους*] Lege *περὶ ὀκτα-*

---

*) *Cor.* in vers. gall. *Xyl.* versionem vituperat, quum *διαπαρτερεῖν* sit *famem ad mortem usque perferre*, ut Herodot. III, 52. VII, 107. Vid. etiam *Irmisch.* ad Herodian. IV, 15. T. II. p. 1021. *Ἐνδόντων* autem nemo non videt esse necessitate factum; tum *τεῖχος* cum Appiano interpreter *ἐκτείχισμα*. Mox l. 12. Ald. Hopp. Vet. Intp. Par. 3. Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc. *Ἀρουακτῶν*. *Tzschuck.*: „Surit. ad Anton. Itin. p. 448. ed. Wessel. Corrupte *Arvactorum* pro *Vaccaeorum*; nam statim ab eodem auctore *Vaccaeorum* fit mentio.“ *Cor.* Arevacos limites subinde commutasse judicat. FR.

**) *Σέγηδα* Par. 3. Mosc. Vet. Intp.; *Σεγήδα* Mosc. Tz. Optime de ea disputat *Mannert.* p. 377. sq. FR.

***) Add. Plin. H. N. III, 3. et cf. *Tzschuck.* ad Mel. II, 6, 4. p. 514. not. exeg. *Mannert.* p. 360. FR.

†) Par. 1. 3. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. Ven. *ἐπὶ* confirmant, ut supra p. 431, 1. *Ἐπὶ δὲ τῷ Ἴβηρι πόλις ἐστὶ Καισαραυγούστα καλουμένη.* Etsi vero *Segaar.* in Act. Soc. lit. Rheno - Traj. T. I. p. 103. et *d'Orvill.* ad Charit. p. 206. Lips. *ἐν* viciniam denotare volunt, nuperque *Spohn.* ad Niceph. Blemm. p. 29. sqq. id fusius ostendit, laudo tamen *Cor.*, quod codd. suffragio h. l. aliquid dedit [nam *περὶ* propter ejusdem vocis repetitionem ex errore typogr. factum videtur], praesertim in tam prona utriusque vocis confusione, de qua v. *Bast.* Commentat. Palaeogr. p. 742. praeter VV. DD. a *Spohnio* allatos. Eodem modo codd. conclamantium voci obtemperavit *Tzschuck.* in Strab. T. V. p. 414. FR.

σταδίους. *) Ex Itinerario Antonini facile intelliges, cur dixerit περί. Sic ille iter hoc describit [p. 442. sq.]:

Numantia	
Augustobriga	M. P. XXIV.
Turtassone	M. P. XVII.
Caravia	M. P. XVIII.
Caesaraugusta	M. P. XXXVII.

quae sunt omnino M. P. XCVI. at stadia DCCC. conficerent M. P. C. ideo dixit περί. CASAUB.

P. 434. l. 15. καὶ Σεγόβριγα] Ptolemaeo Σηγόβριγα [II, 6. **)] per γ. quod magis Hispanicum videtur. Nam in illa regione τὸ βριγα multorum oppidorum nomina terminat: quicquid illa vox veteri Hispanorum lingua sonet. Apud Plinium in dictionibus hujusmodi τὸ g mutatum est fere in c. Sic ergo Segobricam nominat, ut lib. XXXVI. cap. 22. CASAUB.

P. 435. l. 2. Σεγισάμων ***) καὶ Ἰντερκατίων] Segisamonenses, itemque Intercatienses etiam Plinius (III. c. 3.) commemorat. Ptolemaeo [II, 6.] et Intercatia et Segisama urbes sunt Vaccaeorum. CASAUB.

[P] P. 435. l. 3. Μάρκον Μαρκέλλον πραξασθαι φόρον] In libris scriptis desideratur vox Μάρκον, non recte. Hic enim est M. Claudius Marcellus, qui anno V. C. D. C. circiter bellum adversus Celtiberos feliciter gessit, ut Appianus [Hisp. c. 48.] refert. CASAUB.

P. 435. l. 8. Τιβέριον Γράγχον] Quem de Celtiberis et sociis eorum triumphasse auctor est Livius lib. XLI. (c. 26.) CASAUB.

---

*) Sic scripsit *Cor.* FR.

**) Σεγόβριγα Med. 1. 2. Eton. Esc. Mosc.; Σηγόβριγα Par. 1595.; Σεγοβρίδα Mosc. Tz. *Segobrica* Vet. Intp. *Brog.* Σηγόβριγα dedit hac subjecta nota: „In numis plerumque *Segobriga*, quod huc pertinere non videtur. V. Vaillant. de num. Imper. T. I. p. 64. 116. Gemina extitit urbs Segobriga in Hispania Tarraconensi, altera ad Turulim fl., altera ad Orospedam, et haec est, quae Straboni et Plinio Celtiberorum caput. Cum autem inter urbes stipendiarias a Plin. recenseatur, ad eam numi Segobrigae nomine signati non pertinent; sed ad alteram veteris Latii jure donatam." FR.

De ea multa Florez. c. l. T. 8. p. 97. sqq. et p. 102. sqq. qui ex monumentis *Segobriga* probat. TZSCH.

Ibid. l. 17. Πολύβιος] Reliqu. L. XXXIV. c. 9. Schw. FR.

***) Σεγίσαμων Mosc. Tz. V. *Mannert.* p. 551. *Harduin.* ad Plin. l. l. *Cellar.* Not. O. A. II, 1, 3. FR.

P. 435. l. 8. *κωμῳδῶν φησί*] Posidonius Polybii dictum exagitans. *) Casaub.

P. 435. l. 9. *τοὺς πύργους καλοῦντα πόλεις*] Hispania arcibus et castellis olim abundabat, urbes in ea non ita multae, nec magnae. Inde apud nos manavit proverbium de castellis Hispanorum [bâtir des châteaux en Espagne]. *Πύργους* autem, id est turres, saepe ab historiarum scriptoribus urbium appellatione honestari, facile Straboni concesserim. Poetae contra urbes ipsas *πύργους* saepe vocant, a qua dictione factam esse vocem Burgum, non illam quidem Latinam, sed Latinitate post translatum in Thraciam imperium donatam, miror esse qui aut ignorent, aut negent. Nam qui vocem esse origine Germanicam censent, satis hoc ipso suam harum rerum ignorationem produnt: est enim, ut dixi, pura puta Graeca, in Macedonia et Thracia primum usurpata: qui *βύργον* pro *πύργον*, ut *Βερενίκην* pro *Φερενίκην*, dicebant. Quare etiam in optimo Glossario [H. Steph. ed. Lond. p. 150.] *Burgum* non aliter explicatur, quam *πύργος*. Sed de his alias. Casaub.

P. 435. l. 10. *ὥσπερ ἐν ταῖς θριαμβικαῖς πομπαῖς*] Notum est, in pompa triumphali oppidorum expugnatorum simulacra praeferri solita. **) Casaub.

P. 435. l. 14. *πλείους ἢ χιλίας*] Ego Straboni assentior: habeo enim Plinium auctorem, qui in tota Baetica oppida fuisse testis est tantum CLXXV. in citeriore CCXCIV. In Lusitania autem non exprimit Plinius, quot essent: tamen non fit mihi verisimile, tot fuisse in ea parte potissimum, ut numerus mille urbium expleretur. Ephorus vero, auctor antiquissimus, tam fuit rerum Hispanicarum rudis, ut Iberiam unius urbis nomen esse putaverit. Auctor Josephus [c. Ap. I. 12. cf. *Marx.* ad Ephor. fragm. p. 142. sq.]. Casaub.

P. 436. l. 3. *αἱ δὲ πόλεις ἠμεροῦσιν*] Distingue: *ἄγριοι γὰρ οἱ κατὰ κώμας οἰκοῦντες. τοιοῦτοι δ' οἱ πολλοὶ τῶν Ἰβήρων. αἱ δὲ πόλεις ἡμεροῦσιν. οὐδ' αὐταὶ ῥᾳδίως, ὅταν πλεονάζῃ τὸ..... τὰς ὕλας ἐπὶ κακῷ τῶν πλησίον οἰκούντων.* In lacuna desunt hujusmodi quaedam verba, *τὸ γένος τῶν*

*) V. *Mannert.* T. I. p. 235. Fr.

**) *Cor.* apte ex Appian. Pun. p. 58. affert: *πύργοι δὲ παραφέρονται μιμήματα τῶν εἱλημμένων πόλεων.* Fr.

τάς. Quod ad distinctionem, eam prior sequutus est interpres. *) Casaub.

P. 436. l. 11. *καὶ κοῦφοι κατὰ τὸν ὁπλισμὸν*] Livius lib. xxii. (c. 18.) de Hispanorum cohorte quadam loquens: *Ea assuetior montibus, et ad consursandum inter saxa rupesque aptior, cum velocitate corporum, tum armorum habitu.* **) Casaub.

[P] P. 436. l. 17. *καὶ αἱ λίμναι πληθύουσιν*] Legendum censeo, *ἔστι δὲ ὅπου καὶ αἱ λίμναι..... πληθύουσι.* Deest autem vox *πτηνοῖς* vel *ὄρνισι* ***): estque haec sententia: Sunt et lacus in Hispania, qui *λιμναίοις* avibus abundent, aves autem hae sunt cycni etc. Sic alibi, *ἡ χώρα ἐλέφασι πληθύει.* et lib. v. *αἱ λίμναι τρέφουσιν ὄψον πολὺ καὶ τῶν πτηνῶν τὰ λιμναῖα.* Possit aliquis putare, *πληθύειν* absolute fuisse positum, nec quicquam deesse: quod equidem non probo. Cycnum animal esse *λιμναῖον*, notius est, quam ut moneri quisquam debeat. Casaub.

P. 437. l. 1. *πολλαὶ δὲ καὶ* †) *ὠτίδες*] Quas Graeci otidas, *Hispani aves tardas vocant*, inquit Plinius (x. c. 22.). Consule Athenaeum (ix. c. 10. p. 390.). Cas.

P. 437. l. 2. *κάστορας φέρουσι μὲν οἱ ποταμοὶ*] Est enim animal *ἀμφίβιον*, ut ait Dioscorides, quem vid. lib. sec. *ed.* et Plinium lib. xxxii. c. 3. Casaub.

---

*) Antea l. 18. pro *ἢ διὰ τὸν ἀντεπισμὸν* Vet. Intp. *at, et ai ante πρόξενος* omittunt Med. 1. 2. Esc. Mosc. Paris. Tum p. 436. l. 5. Mosc. Tz. *αἶναι* pro *αἰναί. Cor.* sine ulla lacuna edidit *οἰκοῦν* pro *οἰκοῦντων.* Idem vult *Paetz.* vel saltem *τὸ τῶν τὰς ὕλας κτλ.*; vocem *γένος* autem alibi etiam omitti, ut supra p. 358. *τὸ μὲν πᾶν ἐστὶν ἱερητικόν, τὸ δὲ — μάχιμον καὶ ἀνδρικόν.* T. II. p. 315. *τὸ μὲν γὰρ ὑπῆρχον, τὸ δ' ἄρρητον.* V. D. anon. ap. *Tzschuck.* ad marg. Ald. adscripsit *πλῆθος.* Vet. Intp. *cum ad vicinorum detrimentum silvae materiem occasionemque suppeditent.* Tum l. 6. Med. 2. e corr. *τὸ Ὀροσπέδα.* Fr.

Ibid. l. 7. De Sidetanis v. Holsten. ad Steph. Byz. p. 120. Tzsch.

Tum l. 8. **δὲ** post *σιδὸν* tanquam spurium notavit *Cor.* Fr.

**) Ibid. l. 15. *ὀρειβατεῖν*] V. Blancard. ad Arrian. p. 184. 205. et de *κατοκλάζεσθαι* v. Sil. Ital. 10, 465. [De more inflexis praebebat scandere terga Cruribus] et Jul. Pollux 1, 11. Tzsch.

***) Hoc dedit *Cor.* Absolute maluit accipere *Breq.* Fr.

†) Mosc. Tz. *ὠτίδες*, ut scripsit *Cor. Schaef.* ad Long. Past. p. 362. laudavit *Schneider.* ad Eutecn. Ixeut. p. 434. Add. *Sturz.* Lex. Xenoph. T. IV. p. 624. sq. Hod. ap. Hispanos vocantur *avutardas.* Fr.

P. 457. l. 4. *καθάπερ ἄλλοις πολλοῖς*] Hoc est, quemadmodum in aliis rebus multis videre est, ut in certis locis optimae nascantur, ita in castoreo contingit, quod e Ponto affertur optimum. Deinde subjicit aliarum rerum exempla, quarum congeriem magnam habes apud Athen. lib. pr. Pertinet huc omnino Latini poetae hic locus (Georg. 1. v. 56.):

— nonne vides, croceos ut Tmolus odores,
India mittit ebur, molles sua thura Sabaei?
At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum?
Continuo has leges aeternaque foedera certis
Imposuit natura locis, quo tempore primum
Deucalion vacuum lapides jactavit in orbem.

Prorsus ista Strabonis mentem explicant. Xylander verba, quae ascripsi, omisit. Casaub.

P. 457. l. 5. *ὁ Κύπριος χαλκὸς μόνος φέρει τὴν Καδμείαν* *) *λίθον*] Quid sit Cadmia, lege apud Plinium lib. xxxiv. cap. 10. Ibi paulo aliter, quam Posidonius [p. 130. ed. Bak.], ita scribit: *Omnis Cadmia in Cypri fornacibus optima.* **) et Dioscorides, *Καδμεία ἀρίστη μὲν ἡ Κυπρία.* Deinde autem ejus *Καδμείας* mentionem facit, quae ex Macedonia, Thracia, Hispania advehuntur. Casaub.

P. 457. l. 6. *καὶ τὸ χαλκανθές*] Plinius cap. seq.: *Sed et aeris flos medicinae utilis est. Fit aere fuso, et in alias fornaces translato.* Mox: *In Cypriis maxime officinis omnia.* Dioscorides *χάλκανθον* dicit, qui cap. *ωπη.* Cypriacum et Hispaniense pluribus describit. ***) Cas.

P. 457. l. 6. *καὶ τὸ σποδίον*] Vide Dioscoridem lib. quint. *ωνθ*, ubi *σποδὸν ἀρίστην* esse *τὴν Κυπρίαν* ait. Confer cum Plinii cap. 13. lib. xxxiv. Casaub.

P. 457. l. 8. *τὰς κορώνας μὴ μελαίνας εἶναι*] Si hoc Hispaniensibus cornicibus proprium est, ut sint nigrae, ergo aliorum locorum non erunt nigrae: quod vel putare stultum est. Sed profecto deest hic negatio, legendumque est, *μὴ μελαίνας εἶναι*: quod in suo codice jam-

*) *Καδμίαν* Pax. 1. 3. Med. 1. Mose. Epit. *Penz.* vertit: *Kobald.* Fr.

**) Memorat Scribon. Larg. 21. ubi p. 65. Rhodius notat. Botryitis intelligitur monente Dioscoride 5, 84. cf. Scribon. 24. Tzsch.

***) Plura debit *Schneider.* Lex. Gr. s. h. v. Fr.

pridem annotaverat vir longe doctissimus, singularis amicus meus, Jacobus Dalecampius. *) Casaub.

P. 457. l. 9. *ὑποψαίρους*] Ψάρος avis est varii coloris. Inde *ψαρὸς ἵππος*, in morem ejus avis discolor, *βαλιὸς*, Eustath. in fine Iliad. ρ. [p. 1126, 55. Rom.] Male ergo interpres subalbum vertit, ut et paulo post *διαγωγὴν* educationem, qua voce lib. 1. etiam usus est pro delectatione p. 11. n. 8. [T. VII. p. 226. sq.] Xyland.

P. 457. l. 10. *εἰς τὴν ἔξω μεταχθῶσιν Ἰβηρίαν*] Lege cum veteribus libris et Epitome *μεταχθῶσι*. **) Casaub.

P. 437. l. 16. *συχνὴ δὲ καὶ τῶν ἐκτὸς*] Legi *καὶ ἡ ἐντὸς*. *Ἡ δὲ παρ'* etc. ***) Infra de Vettonibus ex epitoma Graecum codicem integravi. Xyland.

[P] P. 438. l. 5. *τοὺς οὔρῳ λουμένους ἐν δεξαμεναῖς παλαιουμένους*] Notus jam est eruditis omnibus hic spurcissimus Hispanorum mos ex Catullo [39, 18. ubi v. Doering. Tz.], Diodoro [V, 33.], et Appulejo. Diodorus causam hujus moris indicat: *παρ' ἕκαστα τὸ σῶμα λούουσιν οὔρῳ, καὶ τοὺς ὀδόντας παραπρίοντες, ταύτην ἡγοῦνται θεραπείαν εἶναι τοῦ σώματος.* Casaub.

P. 438. l. 8. *καθάπερ*†) *τοὺς Κανταβρους φασὶ*] Catullus Celtiberos ait (Epig. 36.):

---

*) Codicem Dalecampii, quem inde finxerunt *Breq.* et *Siebenk.*, prorsus ignoro, videturque nihil aliud significari a *Cas.* nisi conjectura a *Dal.* margini editionis, qua utebatur, allita. Constat enim, a criticis istius aetatis editiones vocari codices, ut *Cas.* saepius Aldi codicem commemorat. Mox v. *τοὺς* post *ἵππους* ignorant Par. 1. 3. Epit. [*οἱ τῶν Κελτῶν ἵπποι*], et omisit *Cor.* Fr.

**) Ita Par. 1. 3. Med. 1. Eton. Esc. Mosc. Ven. Primus dedit *Breq.* Med. 2. e corr. *μεταθῶσιν*. Mox l. 13. ante *βαρὺν* deest *τὴν* in Par. 1. Esc. Mosc. Paris. Delevit *Cor.* Fr.

***) *Xyl.* a sensu loci aberrasse [vers. *in mediterraneis*] judicarunt *Breq.* et *Cor.* supplentes *περαλεῶν*. Hic vero in seqq. edidit, quod olim suspicatus erat et quod e corr. in Med. 1. legitur, *Ἡ μέντοι πρόσω*. Vet. Intp. *et exterius frequens est. Quibus oceani pars aquilonaris — indigot.* Fr.

†) Med. 2. addit *καί*. Tum l. 11. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Ald. Hopp. *προεβόρους* simpl. ρ. V. supra T. VII. p. 349. 578. Mox l. 12. post *τινὶ θεῷ Cor.* e conj. addidit *θύειν*, propter tautologiam in *νύκτωρ* et *παννυχίζειν*, laud. Herodot. II, 47. Sed tamen *νύκτωρ χορεύειν* et *παννυχίζειν*, si vis, satis differunt. Fr.

Ibid. l. 10. *δόδους*] Quo sensu, v. Fabric. bibl. antiq. p. 506. et 408. Tum de *ἀνωνύμῳ θεῷ* cf. Strab. 17. p. 1173. [T. VI. p. 626. *Θεὸν δὲ νομίζουσι, τὸν μὲν ἀΐδιον καὶ — τὸν δὲ*

Nunc Celtiber in Celtiberia terra,
Quod quisque minxit, hoc solet sibi mane
Dentem atque russam defricare gingivam. Casaub.

P. 438. l. 15. *πανοικὶ τε*] Libri scripti *πανοικίους τε*. *) Nihil muto. Casaub.

P. 439. l. 6. *ἔχοντα κόραχας καμπτομένους*] Vocat *κόρακας* **) instrumenta, quibus mulieres Hispaniae velum adducebant aut reducebant: quia simile aliquid ha-

---

ἄνητον, ἀνώνυμόν τινα καὶ οὐ σαφῆ.] Notus est locus Luc. 17, 23. De Athenis v. Meurs. de Pirae. c. 10. p. 41. sqq. De Romanis v. Minuc. Fel. 6, 4. Deos *ἀνωνύμους* Eurip. in Iphig. Taur. de Furiis, quod respicit in Orest. v. 57. Hinc formula evocandi Deos ap. Macrob. Sat. 1, 5. v. Plin. 5, 5. Tzsch.

*) Ita Par. 3. Esc. Mosc., unde recepit *Cor.* Antea probavit *Lobeck.* in progr. III. de compos. substant. gr. p. 3. Nam Strab. L. IV. T. II. p. 51. *κατέδυνον εἰς τὰ βάθη πανοικίους*. L. VI. T. II. p. 214. *ἐμβάντας εἰς τὰ σκάφη πανοικίους*. V. *Tzschuck.* ad T. V. p. 689. Tum l. 14. Ald. Hopp. *τότε*, quod *Xyl.* primus correxit in *ὅτε*, ex Epit. haud dubie, idemque indidem adjecit v. *παρῆλθον*, qua carent Ald. Hopp. Par. 1. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Solus Vet. Intp. *intuentes — cernerent*, fortasse ex ingenio dedit. Denique l. 17. *ὑπολαβόντες* pro — *τας* error est typ. ed. *Sieb.* In Epit. *μανίαν ὑπέλαβον, τὴν ὀδὸν αὐτοῖς εἶναι ἐπὶ τὰς σκηνάς* aut corrupta est vox *εἶναι* pro *ἐδείξαν*, aut ex *ὑπέλαβον* adsciscendum *ὑπολαβόντες*. Fa.

**) De *Cas.* explicatione v. Hemsterh. ad Lucian. T. 3. p. 351. Bip. [Necyom. c. 11. T. I. p. 472. Amst.], qui et mavult *προπίπτοντας*. Tzsch.

Hoc agnoscunt Par. 1. 3. Med. 1. 2. Mosc. Epit. et adscivit *Cor.* Vet. Intp. *incumbentes. Hemst.* autem intelligit corvos, qui pone collari ferreo infixi et super caput ad ipsam frontem reflexi velum adtractum sustinebant. In Epit. pro *κατεσπῶντο πάλυμμα* distractis vocibus legendum videtur *κατίσπων τὸ πάλ.* ex Strab. *κατασπᾶν τὸ πάλ.* Deinde nihili est, quod in vers. gall. *Cor.* e Vet. Intp. Lat. [*magnum ornamentum*] et Ital. dedit, *μέγιστον s. μέγαν νομίζειν κόσμον*, a qua interpolatione manum nunc melius retinuit. Fa.

Ibid. l. 10. *τυμπάνιον*] Pilea mulierum CPolitanarum tympani formam referentia, quae ab Alex. Comn. vocantur *γυναικεῖα*. V. Meurs. gloss. graecobarb. p. 734. Tzsch.

Cf. etiam *Ducang.* Gloss. s. h. v. *Cor.* comparat Hesych. s. v. *Θολία* et *Χαλία*, ubi v. Intpp., cum Gallicarum mulierum velamine *salèche*. Deinde *Cor.* reduxit *περικεῖσθαι*, quod habent Epit. Mosc. Tz. Ald. Hopp. Xyl., pro *περιχεῖσθαι*, quod debetur *Casauboni* ingenio nescio an operis. Ve. Intp. *circumducitur*. Deinde ad l. 14. *πρόσωμα φιλοῦν Pensel.* multa affert de *tenui fronte* Graecis Romanisque feminis adamata ex Horat. Od. I, 33, 5. Ep. I, 7, 26. Fa.

buit ei machinae, quam describit Polybius lib. pr. [c. 22.] et *πόρακα* nominat. Vide locum. CASAUB.

P. 440. l. 1. *καὶ ἐώρακαι καὶ μεμύθευται*] Suspecta lectio. *) Et pro *ἀληθείᾳ* dubitavi aliquando, num legerem *ἀηθείᾳ*. CASAUB.

P. 440. l. 6. *καὶ γὰρ τέκνα μητέρες ἔκτειναν*] His nihilo sunt humaniora, quae passim in historiis de Numantinis obsessis, itemque Calagurritanis leguntur, aliisque Hispaniae populis. **) CASAUB.

[P.] P. 440. l. 13. *κοινὰ δὲ καὶ πρὸς ἀνδρείαν*] Lege *καὶ τὰ πρὸς ἀνδρ.* ***) CASAUB.

P. 440. l. 14. *γεωργοῦσι γὰρ αὐτὰς*] Justinus (XLIV. 3.): *Foeminae res domesticas agrorumque culturam administrant: ipsi armis et rapinis serviunt.* CASAUB.

P. 440. l. 15. *ἐκείνους ἀνθ' ἑαυτῶν* †) *καταλλάσσει*] Mirum est, quod Hispani narrant de quibusdam Americanis, qui hunc morem tam a ratione alienum servant, unde conjicio, eos olim ab Europae partibus eo

---

*) Epit. verbotenus cum vulg. convenit. Vet. Intp. *Multa revera perspecta sermonem de omnibus Hisp. pop. divulgant.* *Cor.*, quod olim suspicatus erat, nunc edidit: *Πρὸς δὲ τῇ ἀληθείᾳ τοσαῦτα πολλὰ καὶ εὕρηται καὶ μεμ.* i. e. *ficta.* Mox l. 3. *προσβάρων* simpl. ρ Par. 3. Med. 1. 2. Ald. Hopp. et l. 4. *δὲ* omisit *Cor.*, quod deest Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Stroz. Epit. Idem *ἀνδρίαν* mutavit in *ἀνδρείαν* cum Par. 1. Med. 1. 2. Mosc. Paris. Epit. Grammaticorum fluctuante turba vix quidquam certi definias: v. *Schaefer.* Melet. Crit. Sp. I. p. 41. sq. *Boisson.* ad Marin. Vit. Procl. p. 71. FR.

**) Ibid. l. 7. *τῶν δεδεμένων αἰχμαλώτων γονέων καὶ ἀδελφῶν*] „Malim *τῶν γ. κ. ἀδ. δεδ. αἰχμ.*" *Cas.* in marg. Mosc. Paris. Ven. *τῶν* habent ante *γον.*, quod edidit *Cor.* Mihi placet illud, utpote ex Epit. petitum. Tum l. 9. pro *συρεσῶσι*, quod est in Par. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. Ven. Vat. A. B. Stroz. Ald. Hopp., primus emendavit ex Epit., opinor, *Xyland.* *συρτεῦσαν*. Locum, qui sequitur, ita *Pens.* intelligit, ut ludibrii causa hominem arcessitum existimet, quapropter temere fieri negat *Cor.*, si quis scripserit *Κληθεῖσα δέ τις—αὐτὴν εἰς πυρὰν κτλ.* FR.

Ibid. l. 12. *Θρᾴκια*] Thraces *φιλόμαχοι*, unde apud eos Martis *οἰκητήριον* innuit Homer. Il. 15, 401. ut ibi Eustath. p. 903. 8. Bas. TZSCH.

***) Sic *Cor.* Mox *γεωργοῦσι* Med. 2. Ald. et *γὰρ* deest Par. 3. Esc. Mosc. Ven. Stroz. FR.

†) V. Wesseling. ad Diodor. Sic. V, 14. TZSCH.

advectos fuisse cum eruditissimo Hugone Grotio. *) PALMER. [in Exercitt.] ALMEL.

P. 441. l. 1. *Ἐν δὲ τῇ Λιγυστικῇ φησὶν ὁ Ποσειδώνιος*] A Posidonio [p. 134. ed. Bak.] igitur habet Diodorus Siculus, licet ille hoc dissimulet, qui sane non satis candide adversus Posidonium egit, toties ejus nomen reticens, quum tam multa ex ejus scriptis in sua transferat. Afferam autem ejus locum, ut conferri cum Strabone possit. Sic igitur Diodorus de Liguribus scribens lib. quart. [c. 20. ubi v. *Wessel.* T. I. p. 266.] *Μισθοῦ δὲ ἀλλήλοις ἐργαζομένων τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν, ἰδιόν τι καὶ παράδοξον καθ' ἡμᾶς συνέβη περὶ μίαν γυναῖκα γενέσθαι. Ἔγκυος γὰρ οὖσα καὶ μετὰ τῶν ἀνδρῶν ἐργαζομένη μισθοῦ, μεταξὺ συνεχομένη ταῖς ὠδῖσιν, ἀπῆλθεν εἴς τινας θάμνους ἀθορύβως.* Minus hoc mirabimur, si istius Varronis loci nobis in mentem venerit. *In Illyrico*, inquit, *hoc amplius: praegnantem saepe, cum venit pariendi tempus, non longe ab opere discedere ibique enixam puerum referre, quem non peperisse, sed invenisse putes.* De re rust. lib. sec. cap. 10. Clemens quoque Alex. [Strom. IV. p. 498.] simile de Hispanis mulieribus refert. **) CASAUB. ***)

P. 441. l. 5. *τεκοῦσα δ' ἐπανέλθοι ἐπὶ τὸ ἔργον*] Diodorus, *εἰς ἃς τεκοῦσα, καὶ τὸ παιδίον φύλλοις ἐνειλήσασα, τοῦτο μὲν εἴς τινας θάμνους ἀπέκρυψεν, αὐτὴ δὲ συμμίξασα τοῖς ἐργαζομένοις τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ὑπέμενε κακοπάθειαν, οὐδὲν δηλώσασα περὶ τοῦ συμβεβηκότος.* CASAUB.

P. 441. l. 7. *καὐτὸς ἐπεπόνως ἰδὼν ἐργαζομένην*] Hactenus Straboni pulchre cum Diodoro convenit: in sequentibus variantia est aliqua. Verba hujus sunt: *Τοῦ δὲ βρέ-*

*) Ibid. l. 16. Verba *ἔν τε τοῖς — ἀποκλίνασαι* desunt Par. 5. et punctis notantur in Par. 1. FR.

**) V. Victor. Varr. Lectt. 34, 2. TZSCH.

***) Ibid. l. 2. *Καρμολέων*] *Cor.* eundem esse putat, cujus filius Zenothemis commemoratur a Lucian. de Amicit. c. 24. Mox pro *ὠδίνασα* Esc. *ὠδινοῦσα* et l. 6. verba *καὐτὸς — μισθὸν* desunt in Mosc. Esc. et omnibus codd. *Siebenk.* Paris. et Ven. exhibent *αὐτὸς δ'*, quod recepit *Cor.* e Reg. Mox l. 8. pro *ἀφίησι* Ven. *ἄφησε*, Par. 1. *ἀφῆσε*, Par. 3. Med. 1. 2. *ἀφίη*, quod in *ἀφείη* mutatum edidit *Cor.*, idemque conjecerat *Bak.* ad Posidon. l. l. probante Cens. Zenens. p. 353. Tum l. 9. *Cor.* pro *τὸν νήπιον* e Med. 1. 2. *τὸ ν.* scripsit, itemque l. 11. *σύνδυο* junctim, quod praebet Mosc. Tz. In Ven. l. 12. verba *κατὰ δὲ — ἀγωνίζεσθαι* desunt. FR.

φους κλαυθμυριζομένου, καὶ τῆς πράξεως φανερᾶς γενομένης, ὁ μὲν ἐφεστηκὼς οὐδαμῶς ἠδύνατο πεῖσαι παύσασθαι τῶν ἔργων. ἡ δ' οὐ πρότερον ἀπέστη τῆς κακοπαθείας, ἕως ὁ μισθωσάμενος ἐλεήσας, καὶ τὸν μισθὸν ἀποδοὺς, ἀπέλυσε τῶν ἔργων. Annotatum est, legi apud Diodorum καὶ καθ' ἡμᾶς, quae lectio si vera est, videtur Diodorus illo καὶ innuere voluisse, se non idem narrare cum Posidonio, sed rem, quae suo tempore contigisset. Philosophus certe in libello περὶ θαυμασίων ἀκ. [c. 93. ubi v. *Beckmann.* p. 190.] rem ita narrat, ut videatur id passim in Liguria more gentis fuisse receptum. *Ἴδιον δὲ φασι καὶ τοῦτο παρ' αὐτοῖς εἶναι. Αἱ γυναῖκες ἅμα ἐργαζόμεναι τίκτουσι, καὶ τὸ παιδίον ὕδατι περικλύσασαι, παραχρῆμα σκάπτουσι καὶ σπαίλουσι.* Casaub.

P. 441. l. 9. *πρός τι κρηνίον λούσασα*] Non ergo soli Germani hoc factitarunt: recteque Philosophus multis barbaris in usu fuisse scribit. *Διό*, inquit, *πολιτ.* VIII. [c. 17.] *παρὰ πολλοῖς ἐστὶ τῶν βαρβάρων ἔθος, τοῖς μὲν εἰς ποταμὸν ἀποβάπτειν τὰ γεγονότα ψυχρὸν, τοῖς δὲ σκέπασμα μικρὸν ἀμπισχεῖν, οἷον Κελτοῖς.* De hoc more nihil est necesse ex Virgilio, Graecorumque Epigrammatis et aliis ea proferre, quae jam sunt omnibus nota. Casaub.

[Γ] P. 441. l. 15. *Οὐδὲ τὸ τῶν *) μυῶν πλῆθος ἴδιον*] Recte. Nam a muribus e Gyaro, quae est una de Cyclad**ibus**, incolas fuisse aliquando fugatos, auctor est Plinius [VIII, 29.]. Idem alibi (X. c. 65.) de muribus: *Plurimi ita ad Troadem perveniunt, et jam inde fugaverunt incolas.* Aelianus [Hist. An.] quoque lib. XVII. cap. 41. idem quibusdam Italis contigisse scribit, quod his verbis Diodorus Siculus [III, 50. ubi v. *Wessel.* T. I. p. 196.] confirmat: *Περὶ γὰρ τὴν Ἰταλίαν μυῶν πλῆθος ἀρουραίων ἐγγενηθὲν τοῖς πεδίοις, ἐξέβαλέ τινας τῆς πατρίου χώρας.* Videntur et Diodorus et Aelianus Cosam intelligere, de qua canit Rutilius Rufus (Itiner. I. v. 289.):

Dicuntur cives quondam migrare coacti,
Muribus infestos deseruisse lares. **)

*) Mosc. Tz. Paris. Vat. A. B. Stroz. *μυρίων.* Fr.

**) Sic cladem Sanheribo intulerunt, de quo v. Herodot. 2, 141. Simile quid vid. ap. Aelian. H. An. 12, 5. Schol. ad Hom. Il. 1, 59. Cic. de Divin. 2, 27. De muscarum copia pestifera v. Plin. 10, 28. Aelian. 11, 28. allatos a Bochart. in Hieroz. l. 4. c. 15. P. 2. p. 557. et l. 5. c. 34. P. 1. p. 1018. Tzsch.

Hieronymus Mercurialis corrigit hunc locum, et legit *μυσῶν*, ut de muscis intelligatur, non muribus. At falli Mercurialem docet similis locus sup. [L. III. T. I. p. 386, 6.]. *) CASAUB.

P. 441. l. 18. *καὶ ἄλλων σπάνις*] Scripti, *τῶν ἄλλων*.**) Probo. Nam ita quoque prior interpres in suis reperit. CASAUB.

P. 442. l. 1. *ἐκ τῆς Ἀκουϊτανίας*] Scripti, *Ἀκουϊτανίας*, ut apud Ptolem. ***) CASAUB.

P. 442. l. 3. *ἀναπεπηγότες ἐπὶ τῶν σταυρῶν* †) *ἐπαιώνιζον*] Videtur tangere historiam, quae est apud Justinum (XLIV. c. 2.): *Celebratur etiam bello Punico servi illius patientia, qui ultus dominum inter tormenta risu exultavit, serenaque laetitia crudelitatem torquentium vicit.* ††) CASAUB.

P. 442. l. 7. *τοὺς ἄνδρας διδόναι ταῖς γυναιξὶ προῖκα*] Ne hoc quidem Hispanis proprium: nam etiam veterum Judaeorum moribus hoc fuisse receptum, docent nos sacrae literae non uno loco. †††) Et aetate Homeri tale quid fuisse quibusdam in locis usitate indicant ista *Od. θ'*. (v. 317.):

— ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμὸς ἰφθίσει,
Εἰσόκε μοι μέλλα πάντα πατὴρ ἐποδώσει ἔδνα,
Ὅσσά οἱ ἐγγυάλιξα κυνώπιδος εἵνεκα κούρης. a)

---

*) Ibid. l. 16. *ὥστε καὶ μισθοὺς ἀρνοῦσθαι καὶ μυσθηρεῦντας*] *Cor.*, quod olim proposuerat, edidit *μυσθηρεῦντας*, transposito *καὶ* post *ἀποδιχθὲν*, quam vocalem revera ignorant Par. 3. Eton. Esc. Mosc. Hic cum Paris. etiam *ἴσως τε* pro *ὥστε* et Stroz. *ἴσως καί*. Vet. Intp. *ut essent, qui mercede accepta mures venarentur, et quantitate designata salutem vix assequerentur.* FR.

**) Ita Med. 1. 2. Vet. Intp. Reg., quod et *Cor.* exhibuit. FR.

***) *Cor.* hic et supra scripsit *Ἀκυῖταν*. FR.

†) Mosc. *ἐπαιόν*. Par. 3. *ἐπαιών*., quod adscivit *Cor.* cum *Breq.* Sed unius cod. auctoritas non tanta videtur, ut mutatione opus sit: v. *Dak.* ad Thucyd. I, 50. *Wessel.* ad Diod. Sic. XIII, 16. coll. Etym. M. et Phavor. Lex. s. v. *παιανίζω* et *παιωνίσαντες*, e quibus nescio an ap. Tim. Soph. s. h. v. scribendum *τινὶ* pro *τῇ*. Fusius de his duabus formis agit Eustath. ad Hom. Il. *A*. p. 137. fin. et Od. *P*. p. 1109, 27. Rom. FR.

††) Alia *Cor.* affert ex Valer. Max. III, 7. Polyb. II, 36. et Pausan. X, 21. FR.

†††) I. Mos. XXIX, 19. XXXIV, 12. I. Sam. XVIII, 25., quos laudat *Penz.* ad h. l. simul cum *Feith.* Antiq. Homer. II, 11. FR.

a) *Cor.* ex Aristot. Polit. I, 2. II, 8. annotat, non solum bar-

[illegible] scribit Cornelius Tacitus de Germanis c. 18. [illegible] *marito dotem, sed uxori maritum af-* [illegible] de Gallis nescio quid non dissimile narrat Caesar lib. [illegible] c. 19.). Quid quod hodie quoque Transylvani [illegible] morem retinuerunt? CASAUB.

P. 442. l. 8. *κληρονόμους ἀπολείπεσθαι*] Scripti *) *ἀπολείπεσθαι*: quod verbum extremis voluntatibus esse [illegible] aptum, sciunt omnes ex formulis veterum, et libris Jurisconsultorum. CASAUB.

P. 442. l. 11. *ἐν ἔθει*] Suspicabar legendum *ἐν ἔτει*, ut scilicet quotannis, si vitae exactae poeniteret, liceret eam cum morte commutare, meminique tale quid alicubi legere. De devotis simile est, quod Caesar lib. III. habet de Solduriis Adcantuanni. XYLAND.

παρατίθεσθαι τοξικόν] De toxico Hispanorum vide Plinium lib. dec. sexto cap. 10. quamquam id aliud est ab eo, quod hic describitur. Fit enim e taxi baccis, hoc e cicuta. CASAUB.

P. 442. l. 13. *ὥστ' ἔχειν ἐν ἑτοίμῳ πρὸς τὰ ἀβούλητα*] Mos veterum hic fuit, ut ad incerta fortunae paratum haberent venenum: quod reges potissimum aliosque magnos viros factitasse constat: ideoque morem hunc regium vocat Livius lib. xxx. (c. 15.) de Massanissa: *Ingenti ad postremum edito gemitu, fido ex servis uno accito, sub cujus custodia regio more ad incerta fortunae venenum erat, ei mistum in poculo ferre ad Sophanisbam jubet.* Idem de Demosthene aliisque magnis viris legimus. Quod Strabo dixit *πρὸς τὰ ἀβούλητα*, Livius *ad incerta fortunae*, Diodorus lib. quint. *πρὸς τὰ παράβολα τῆς τύχης*. CASAUB.

P. 442. l. 14. *καὶ τὸ κατασπένδειν* **) *αὐτοὺς, οἷς ἐὰν*

---

baros, sed et Graecos antiquitus emisse feminas, idemque de Indis diserte refert Strabo L. XV. T. VI. p. 112. *Falc.* Germanos, Gallos, Hispanos non vere emisse feminas contendit, quum Tacit. in seqq. narret: *atque invicem ipsa armorum aliquid viro affert.* FR.

*) Sic Par. 3. Esc. Mosc., quod recepit *Breq.*, sprevit *Cor.* FR.

**) Med. 2. *οἷς ἂν πρ.* Tum pro *ἑαυτῶν* Par. 1. 3. Med. 1. Esc. Ven. Stroz. Bemb. *αὐτόν*. *Cor.* scripsit *ὑφ' ἑαυτῶν*, Caesaris verba respiciens: *neque adhuc hominum memoria repertus est quisquam, qui, eo interfecto, cujus se amicitiae devovisset, mori recusaret.* Vet. Intp. *ut se pro iis, quibus concilientur, immolent, et pro eis morti se devoveant.* Quod mihi ita sufficit, ut Strab. scripsisse putem: *καὶ τὸ κατασπένδειν*

προσθῶνται] De Gallorum Solduriis ex Caesaris Commentariis (B. Gall. III. c. 22.) et Damasceni [ubi v. *Orell.* p. 220. et not. suppl. p. 61.] loco, qui apud Athenaeum [VI. p. 249.] extat, res etiam pueris hodie nota. Puto autem, a Gallis ad Hispanos manasse hoc institutum. Nam id quoque in Hispania usitatum fuisse, praeter Strabonem, alii quoque testantur. Plutarchus in primis, qui in Sertorio [c. 14.] ita scribit. *ἔθους δ' ὄντος Ἰβηρικοῦ, τοὺς περὶ τὸν ἄρχοντα τεταγμένους συναποθνήσκειν αὐτῷ πεσόντι, καὶ τοῦτο τῶν ἐπὶ βαρβάρων κατάσπειστον ὀνομαζόντων, τοῖς μὲν ἄλλοις ἡγεμόσιν ὀλίγοι τῶν ὑπασπιστῶν καὶ τῶν ἑταίρων, Σερτωρίῳ δὲ πολλαὶ μυριάδες ἀνθρώπων κατεσκευασμένων ἑαυτοὺς κατηκολούθουν.* *) *Κατασπένδειν* dixere Strabo et Plutarchus pro *devovere*, et τοὺς κατεσπευσμένους vocant *devotos*. Dio dixit *καθοσιοῦν* et *καθοσιοῦσθαι*, quem vide lib. LIII. [c. 19. p. 715. ubi v. Intpp.] itemque Valerium Maximum, qui Celtiberis hoc tribuit, lib. II. cap. 6. CASAUB.

[?] P. 442. l. 16. *Τινὲς μὲν οὖν εἰς* **) *μέρη διηρῆσθαι φασὶ*] Mendum, quod in hac lectione latet, nemo facile odorari poterat, nisi additum esset a Strabone *καθάπερ εἴπομεν*. Nam falsum est, dixisse eum, ante Celtiberiam in duas partes esse divisam. Verba ejus [L. III. T. I. p. 454, 2.] sunt, *πρὸς ἕω. δ' Ἰδούβεδα. Αὐτῶν τε τῶν Κελτιβήρων εἰς τέσσαρα μέρη διηρημένων*. Ergo legendum hic quoque *εἰς δ μέρη*. Imperitus aut aliud agens librarius, qui primus hunc locum corrupit, ex *δ* fecit *δύο*, quod genus mendi non uno loco in hoc infelici scriptore deprehendimus. ***) CASAUB.

P. 445. l. 14. *φιλόδημον*] Suspectum. †) XYLAND.

ἑαυτοὺς, οἷς ἂν προσθῶνται, ὥστε ἀποθνήσκειν αὐτοὺς ὑπὲρ αὐτῶν. FR.

*) Horum epitaphium a *Swinburn.* voyag. en Esp. ep. 9. afferri monet *Cor.* FR.

**) H. l. ap. *Sieb.* excidit *δ'*, quod daturus erat, probabilius, quam quod *Cor.* scripsit *εἰς μέρη τέτταρα*, et *διηρῆσθαι* e Med. 1. pro *διηρῆσθαι*. Mox p. 443. l. 5. *αἱ ἄλλαι μετ.* Par. 3. et e corr. Med. 1. Tum l. 6. Mosc. Ta. *Θρυλλ.* simpl. *λ* et l. 8. Med. 2. e corr. *μαφόχ.* pro *μυφόχ.* FR.

***) *Cor.* p. 443. l. 8. v. **καὶ** ante *βάρβαρα* spuriam habet et l. 10. pro *ὅσα δὲ δὴ* scripsit *ὅσα δὲ καὶ κτλ.* Neutrum probem. FR.

†) Par. 1. *φιλέδημον* et in marg. *φιλεῖδ.* Med. 1. *φιλόδ.* et e corr. *φιλόνιμον*. Vet. Intp. *non longe suae nationis studium*

[illegible] corruptus. Legendum suspicor ἐξ ἑαυτῶν δ' οὐ [illegible] προσφέροντας τὸ φιλεῖθημον. nisi quis malit τ' φιλεῖθημον, quam utramque vocem lib. pr. [T. I. p. [illegible]] conjunxit. Illam tamen malo, et quae sequuntur eam lectionem videntur confirmare. CASAUB.

Tentabam legens ab ingenio, vel τὸ φιλόδαιμον: vel εἰς: ἢ τὸ φιλόδικον, q. d. nihil adferunt praeter contendendi ac vincendi studium. Post vidi magnum illum Criticum εὐστοχίᾳ praevertisse. Legit enim, sed majore mutatione atque interpunctione κ. τ. λ. SCHOTT. *Observ. Human. lib.* 3. *cap.* 55. ALMEL.

P. 444. l. 1. Ἐπεὶ καὶ Ἰβηρίαν] Ἰβηρίας vocem, ut sit, varie veteres acceperunt. Polybius [III, 37, 10.] diserte docet, hoc nomine oram tantum Hispaniae nostro mari obversam intelligi, reliqua, ut incognita, nullo nomine sua aetate fuisse insignita. Καλεῖται δὲ, inquit, τὸ μὲν παρὰ τὴν καθ' ἡμᾶς παρῆκον ἕως Ἡρακλείων στηλῶν Ἰβηρία, τὸ δὲ παρὰ τὴν ἔξω καὶ μεγάλην προσαγορευομένην θάλατταν μὲν ὀνομασίαν οὐκ ἔχει, διὰ τὸ προσφάτως κατωπτεῦσθαι, κατοικεῖται δὲ πᾶν ὑπὸ βαρβάρων ἐθνῶν πολυανθρώπων. CASAUB.

P. 444. l. 5. καὶ *) Ἱσπανίαν μόνην ἐκάλουν] Attende, lector, verba haec: facile intelliges, deesse hic aliquid, et hoc aut simili modo esse legendum. τὴν αὐτὴν Ἰβηρίαν λέγουσι καὶ Ἱσπανίαν· οἱ δ' Ἰβηρίαν μόνην ἐκάλουν. οἱ δὲ, hoc est, alii. Hispaniam autem etiam Spaniam veteres vocabant: ut Lucas in Actis, (Paul. ad Rom. xv. 24, 28.) et Plutarchus De fluminib. **) CASAUB.

P. 444. l. 7. οἱ δ' ἔτι πρότερον, αὐτοὺς τούτους Ἰγλήτας] Lego Γλῆτας. Stephanus: Γλῆτες, ἔθνος Ἰβηρικόν. Vel, Εἰδῆτας. Idem Stephanus ex Hecataeo: Εἰδῆτες, ἔθνος Ἰβηρικόν. ***) CASAUB.

---

dilatavere. Cor. in vers. gall. corrigebat οὐ πολὺ τὸ φιλευδαίμον προσφέροντας καὶ τὸ φιλίσθημον. In ed. gr. * μὲν * uncis inclusit et *Sieb.* secutus est; sed in praefat. p. ξέ malit etiam προφ. pro προσφ. Mox l. 15. pro οὐκ ἔστι Eton. Mosc. Vat. B. Stroz. οὐκ ἔτι, Par. 1. οὐκέτι. FR.

*) Par. 1. 3. Esc. Mosc. Ven. τὴν Ἱσπ. Vet. Intp. verba μόνην ἐκάλουν omisit. *Cor.* utrobique secutus est *Cas.* FR.

**) V. *Tzschuck.* ad Mel. II, 6. in. p. 497. not. exeg. FR. Ex Artemidoro ducta haec esse videntur, uti adparet ex Constantin. Porphyrog. de admin. imp. c. 25. in. TZSCH.

***) At sic Gnetes et Ignetes. v. Holstem. ad Ortel. p. 88. et ad

[P] P. 444. l. 11. *ἄλλοις δ' ἄλλας διαιροῦσιν*] Vel vide Justiniani Novell. Casaub.

P. 444. l. 12. *Νυνὶ δὲ τῶν ἐπαρχιῶν*] Vide ad finem totius operis. [L. XVII. T. VI. p. 705. sqq.] Casaub.

P. 444. l. 15. *πέμπεται στρατηγὸς ἐπ' αὐτὴν*] Sic vocat *τὸν ἀνθύπατον*. Vide Dionem. Casaub.

P. 444. l. 16. *ἔχων ταμίαν τε καὶ πρεσβευτήν*] Quid sit *ταμίας*, certum est. Vocat autem *πρεσβευτήν*, quem magis proprie *πάρεδρον* vocasset. Sed ita usus tamen obtinuit. Notat hoc Dio lib. LIII. [c. 14. p. 707. ubi v. Intp.] *Πέμπονται*, inquit, *ἐς μὲν τὰ τοῦ δήμου, τῆς τε βουλῆς λεγόμενα ἔθνη, οἵ τε ταμιεύοντες, οὓς ἂν ὁ κλῆρος ἀποδείξῃ, καὶ οἱ παρεδρεύοντες τοῖς τὸ κῦρος τῆς ἀρχῆς ἔχουσιν· οὕτω γὰρ ἂν ὀρθῶς αὐτοὺς, οὐ πρὸς τὸ ὄνομα, ἀλλὰ πρὸς τὴν πρᾶξιν, ὥσπερ εἶπον, καλέσαιμι· ἐπεὶ οἵ τε ἄλλοι πρεσβευτὰς καὶ τούτους ἑλληνίζοντες ὀνομάζουσι.* Casaub.

P. 444. l. 27. *πλησίον Καστάωνος*] Jam millies dixi, legendum esse *Καστάλωνος*, vel *Κάστλωνος*. *) Hanc esse Castulonem, ut supra [T. VII. p. 603.] disputavimus, ecce testem omni exceptione majorem: Plinius lib. sec. cap. sec. *Baeticae longitudo nunc a Castulonis oppidi fine Gades:* ubi notabis vocem *nunc*. Nam plane idem significat, quod Strabo. Casaub.

P. 445. l. 1. *πέμπονται δ' ἀπ' αὐτοῦ δύο πρεσβευταί*] Quia mox addit, istos *πρεσβευτὰς* alios infra se *πρεσβευτὰς* habuisse, existimant doctissimi viri, corruptum esse istum locum: nam eos quidem, qui missis a Caesare parerent, *πρεσβευτὰς* recte dici: illos autem *τοὺς ἔχοντας τὸ κῦρος τῆς ἀρχῆς*, ut loquitur Dio, non recte. Sane *πρεσβευτὰς πρεσβευτῶν* dici non temere leges. Verum omnem scrupulum eximit nobis Dio, qui tam diligenter annotat, *πρεσβευτὰς* istos omnes a Graecis rerum Romanarum scriptoribus dici. Imo diserte docet idem, Caesarem jussisse, ut *πρεσβευταὶ* sive legati vocarentur, quos ipse cum imperio mittebat, non tantum eorum *πάρεδροι*. Quare in Strabone nihil omnino mutandum. Casaub.

Steph. Byz. p. 86. a. Vid. etiam, quae monet Florez l. l. T. 13. p. 26. Tzsch.

Cor. scripsit *Ἰγλῆτας* eosque oriundos putat ab Ignetibus, Rhodi incolis. Fr.

*) *Cor.* dedit *Καστελῶνος* et antea *πρὸς ἡῶ* pro *πρ. ἑσ.* V. supra T. VII. p. 291. Mox p. 445. l. 1. pro *ἀπ' αὐτοῦ* idem recte scripsit *ὑπ'*. Fr.

P. 445. l. 4. *δυωδεκατῶνων Ἀυσσανῶς*] Legendum e veteribus libris *δυωδεκατήσων*. *) Theophilus, *παρὰ τοῖς συγκλητικοῖς ἦν ὁ ὕπατος, δυωδεκατῶν καὶ τέτταρα τὰς δίκας*. Casaub.

P. 445. l. 5. *μέχρι τοῦ Δουρίου*] Qui fluvius latus Baeticae aquilonium efficit. Anas autem, in quo desinit Baetica, ut supra dictum est, latus meridianum. Sic Plinius quoque et Ptolemaeus Lusitaniam vocant eam tantum regionem, quae est inter Anam et Durium. Mela (II. c. 6.) longe aliter, cui *Lusitania Oceano tantummodo objecta est, sed latere ad septentriones, fronte ad occasum.* [ubi v. *Tzschuck.* ad §. 3. p. 510. not. exeg.] **) Casaub.

P. 445. l. 15. *ἦν οἱ μὲν πρότερον Ἀυσσανοὺς*] Locus de meando mihi suspectus. ***) Casaub.

P. 445. l. 16. *Ῥεῖ δὲ διὰ τῶν Δουρίων*] Omnia haec usque ad *τῆς δ' ἑξῆς παροδίας* in veteribus libris desiderabantur. Et sane cum Strabonis Geographia duas contineat partes, *τὴν περιήγησιν καὶ τὴν ἱστορίαν*, videri possint illa ad *περιήγησιν* potius pertinere, quam ad *ἱστορίαν*, in qua nunc versatur. Veruntamen nihil censeo mutandum multis de causis. Casaub.

P. 445. l. 17. *Μέλσος ποταμὸς*] Est opinione mea is, quem Ptolemaeus [II, 6.] *Μεμδὸν* vocat: quanquam in *περιηγήσει* magna est differentia. †) Casaub.

---

*) Ita Esc. Mosc., et paulo post redit *δυωδεκατῶν*. L. XI. T. IV. p. 417. *ὁ δὲ δεύτερος δυωδεκατεὺς καὶ στρατηλατεῖ*. Plut. philos. esse c. princ. T. IX. p. 116. Reisk. *δυωδεκατῶν, νομοθετῶν, πολέμων τοὺς πονηροὺς, αὔξων τοὺς ἐπιεικεῖς καὶ ἀγαθούς*. Diod. Exc. de Virt. et Vit. T. II. p. 608, 35. Wess. *διὰ τὸ μηδαμοῦ Ῥωμαίων ἀρχὴν δυωδεκατεῖν*. Fa.

**) Ibid. l. 6. In Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. *οὕτω* est ante *τὴν χώρ*. Mox l. 9. *Ἡ λοιπὴ* ante *Xyl.*, ut fit in Mosc. Tz. et Vet. Intp., ad antecedentia trahebatur, quod fieri debere jam negavit Florez. l. l. T. I. p. 215. monente *Tzsch. Cor.* scripsit *Ἡ [δὲ] λοιπή*. Fa.

Ibid. l. 11. *ταγμάτων*] Lipsius ad Tacit. Hist. I, 16. vertit *legionum*. Almel. *in Addend.* [*Xyl.* nempe *cohortium.*]

***) Antea pro *Δουρίου Cor.* habet *Δουρίου*, ut Med. 1. 2. Mosc. Paris. Tum l. 15. idem in vers. gall. retinuit *ὅρη*, nunc scripsit *μέρη*. De Lusitaniae finibus v. *Mannert.* T. I. p. 511. Mox male Par. 3. Med. 2. *Καντανρων*. Fa.

†) Mearus memoratur a Mela III, 1, 9. ubi v. *Tzsch.* not. crit. p. 43. sq. Eundem esse cum Melso negat *Breq.*, quem *Man-*

P. 446. l. 1. *καὶ μικρὸν ἀποτέρω πόλις Νοῖγα*] Plinius (IV. c. 20.): *Aegia Asturum, Noega oppidum in peninsula Pesici.* In Ptolemaei descriptione hujus tractus legimus, *Καντάβρων Νοῖγα οὐνικόλα*: quae verba ita nonnulli accipiunt, ut Noega fluvii sit nomen, quod non puto: licet in veteri versione addita sit vox fluvius. *) CASAUB.

[P.] P. 446. l. 12. *διχαιοδοτῶν*] Latini dicunt, Praesidem conventus agere, sive forum agere, quando in provincia juri dicendo vacat: quod recte ait Strabo hyeme fieri solitum: vide apud Graecum paraphrasten Institutionum juris. **) CASAUB.

P. 447. l. 2. *τὰς μὲν Πιτυούσας* ***) *δύο*] Placet Straboni, duas esse insulas, quae uno communi nomine Pityusae appellentur: quarum altera Ebusos, altera Ophiusa dicatur. Idem et Ptolemaeus docet. Pomponius quoque Mela [II, 7, 20. ubi v. *Tzsch.*] idem sentire videtur, licet Pityusas utramque communi appellatione dici non moneat. At Plinio (III. c. 5.) longe alia mens, qui utrique huic insulae nomen Ebusus convenire ait: et Colubrariam sive Ophiusan aliam facit a Pityusis. Longe falluntur, qui Plinium Straboni et Ptolemaeo conciliare quaerunt. Diodorus Siculus [V, 16. ubi v. *Wessel.*] eos-

---

nert. p. 549. a Ptolem. Noelum appellari credidisse videtur *Ortelio.* FR.

*) Mentio ejus etiam ap. Mel. l. l. Hod. v. Navia v. Pravia v. St. Ander. Mox l. 3. pro *παροφίας* Esc. habet —*ορίου*, Par. 5. Eton. Mosc. F. —*ορίου*, Mosc, Tz. —*ὁρίων*, Stroz. Ven. —*ορίαν*. Vet. Intp. *Dehinc montium sunt radices. Cor.* scripsit *παραλίας*, ut *Breq.* in vers. gall. Deinde l. 5. *τῶν ἤδη λεγομένων* [*Τογάτων*] *ὡς ἂν εἰρηνικῶν* ex ingenio supplevit *Cor.*, cui ad v. *ὡς ἄν* deesse aliquid videtur propter usum Strab. Supra L. III. T. I. p. 429. *Σπαρταρίᾳ ὡς ἂν σχοινοῦντι*, p. 432. *Πομπήλων ὡς ἂν Πομπηϊούπολις.* Porro p. 404. *τογάτοι* commemorantur inter eos, qui *εἰς τὸν Ῥωμαίων μεταβέβληνται τρόπον* et Dio Cass. XLVI. fin. *ἐκαλεῖτο δὲ ἐκείνη μὲν τογάτα, ὅτι εἰρηνικωτέρα παρὰ τὰς ἄλλας ἐδόκει εἶναι.* Tum l. 6. pro *τὸν ἥμερον* Med. 1. Esc. Mosc. Vet. Intp. *τὸ ἥμ.* et pro *τηβεννικῇ* Stroz. Ven. *τῇ βερνικῇ.* Mosc. Tz. l. 8. inverso ordine *τοῦ Ἰβ. πλ.* idemque *ἐπιθαλαττιαίοις* pro —*ττίοις*. V. supra T. VII. p. 477. FR.

**) De his conventibus juridicis in Hispania v. *Mannert.* T. I. p. 258. sq. FR.

***) *Cor.* duplicavit *ee* cum Mosc., ut l. 9. in *Ὀφιοῦσσα* cum Med. 1. Esc. Mosc. FR.

dem cum Plinio sequi auctores videtur. *Πιτύουσαν* enim agnoscit unam magnam insulam, in qua urbs sit, quae appellatur *Ἐρεσός*: nisi ejus codex sit corrigendus, et pro *Ἐρεσὸς* legendum *Ἔβυσός*. Idem Diodorus annotat, Pityusam a copia *τῶν πιτύων*, quas illa insula fert, nomen invenisse. Plinius (III. c. 5. in fine) a frutice pineo. *) CASAUB.

P. 447. l. 3. *καλοῦσι δὲ Βαλεαρίδας* **)] Vide lib. XIV. [T. V. p. 605. sq.]. ***) CASAUB.

P. 447. l. 5. *εἰσὶ δὲ καὶ πελάγιαι μᾶλλον*] Diodorus situm Pityusae accurate ita describit. Est, inquit, *πελαγία*, distans ab Herculis columnis trium dierum totidemque noctium navigatione: ab Africa diei et noctis unius, ab Hispania diei unius. Livius (XXVIII. 37.) Pityusam a continenti centum ferme millia abesse auctor est. Plinius a Strabone etiam hîc dissentit, qui *μᾶλλον πελαγίας* esse vult Baleares, quam Pityusas. CASAUB.

P. 447. l. 6. *καὶ πρὸς ἑσπέραν πεπλωμέναι*] Plinius de mari Iberico: *Insulae per haec maria primae omnium Pityusae a Graecis dictae.* CASAUB.

P. 447. l. 7. *Καλεῖται δ' αὐτῶν ἡ μὲν Ἔβουσος* †)] Eustathius in Dionysium Periegeten [v. 457.] scribens, et hunc Geographi locum afferens, videtur legisse *Βοῦσος*, ut lib. sec. [T. VII. p. 556.] notavimus. Dio autem appellat *Ἔβεσον* lib. XLIII. [c. 29.] CASAUB.

P. 447. l. 11. *Τῶν δὲ Γυμνησίων ἡ μὲν μείζων ἔχει δύο πόλεις*] Plinius (III. c. 5. in fine) de Balearibus: *Major c. m. passuum longitudine: circuitu vero* CCCLXXX. M. *Oppida habet civium Romanorum Palmam et Pollentiam, Latina Civium et Cunici, et foederatum Bochri fuit.* CASAUB.

---

*) Ibid. l. 5. *Γυμνησίας*] Ald. Hopp. —*σείας*, quod *Sieb.* demum cum *Breq.* mutavit. V. *Tzsch.* ad Mel. l. l. p. 884. not. exeg. et, quem in Mss. laudat, *Schwarz.* Antiqq. Balear. Torgav. 1757. 4. p. 5. FR.

**) Mosc. Tz. Eustath. l. l. *Βαλιαρ.* V. *Tzsch.* ad Mel. l. l. p. 604. not. crit. et ad Strab. T. V. p. 606. FR.

***) Vox *δὲ* deest Par. 3. Med. 1. 2. Ald. Hopp. Xyl. *Paetz.* conj. *ἃς καλοῦσι καὶ Bal. Cor.* scripsit (*καλοῦσι δὲ καὶ Bal.*). Eustath. *ἐκλήθησαν δέ ποτε καὶ Bal. αἱ τοιαῦται νῆσοι.* In Paris. Stroz. deest *ἃς*, et Eton. Mosc. habent *προσκεῖσθαι* pro *πρὸς*. Mox *Cor. Ταγόντιον* et *Ταράκ.* FR.

†) Par. 1. 3. Med. 1. 2. Esc. Mosc. *Ἄβ.* Mosc. Tz. *Ἄϊβ.* FR.

P. 447. l. 12. *Παλμαν* *) *καὶ Πολλεντίαν*] Sic Ptolem. et Plin. III. 5. Iidem Pollentiam, quae hic constanter Potentia. **) Xyland.

